VOCABVLARIVM VTRIVSQVE IVRIS

Nuperrimè summa cura summoque iudicio reco gnitum ac emendatum; atque ex confusa vocum serie in rectum ordinem redactum, multisque multarum vocum significationibus, quæ hacte nus à Iuris studiosis maiorem in modum deside rabantur, locupletatum: Cum tractatu admo dum utili de ratione studij.

Accessit præterea LEXICON IVRIS CIVILIS: in quo varij & insignes errores Accursij notantur: ANTONIO Nebrissensi viro doctissimo autore.



VENETIIS,

APVD MICHAELEM BONELLVM.

M D L X X V.

ADVERSVS INFANTES IVRISPERITOS,

VERBORVM CVLTVM NON ESSE ASPERNANDVM.

VOCVM *proprietas, significatio ac interpretatio quanti in ciuili prudentia sit momenti, hoc ipso manifestum est: quòd Iurisconsulti fere simul ac edictum aliquod propositum est, mox ad verborum interpretationem properant: nec in edictis modo id obseruant: sed in cæteris quoque ferè omnibus iuris tractatibus. Hinc Labeo Antistius, teste Gellio, iuris quidem ciuilis disciplinam principali studio exercuit: & consulentibus de iure publico responsitauit: cæterarumque bonarum artium non expers fuit: & in Grammaticam sese, atque Dialecticam, literasque antiquiores penetrauerat: latinarumq; vocum origines rationesq; percalluerat: eaque præcipue scientia ad enodandos plerosque iuris laqueos vtebatur. Hinc M. Fabius*

Quintilianus Romanæ togæ gloria: quem omnibus sine controuersia ingenijs anteponit Vallensis, exactissimi vir iudicij, quæstionem omnem iuris verborum proprietate, aut æqui disputatione, aut voluntatis coniectura contineri asserit. Sic quodam loco Cicero, tantus ille vir, vt Romanum forum similem nunquam habuerit proprietatem sermonis Iurisconsultorum peculiarem esse affirmat. Et planè Iurisconsulti omnes, qui inter manus versantur, hoc est, hic de quorum scriptis excerptæ sunt Pandectæ (ne quid de priscis illis dicamus, quorum ad nos scripta non peruenerunt) nihil est mea sententia, inquit Valla, quod addi adimive posse videatur, non tam eloquentia (quam quidem materia illa non magno pere patitur) quàm latinitatis atque elegantiæ, sine qua cæca omnis doctrina est, & illiberalis, præsertim in iure ciuili. Vt enim Quintilianus inquit, omne ius, aut in verborum interpretatione positum est, aut in æqui prauique discrimine. Quod igitur legulei isti dicunt, prudentiam in rerum esse cognitione, orationis facultatem nihil ad rem pertinere, videamus qualiter constitui possit. M. Tullius libro tertio de Oratore, de eloquentia loquens: Neque verò, inquit, hoc fugit sapientissimũ Regem Philippum, qui hunc Alexandro filio doctorem accierit (de Aristotele loquens) à quo eodem ille & agendi præcepta acciperet, & loquendi. Nũc sine quis volet eum Philosophorum, qui copiam no

bis

bis rerum orationisque tradat, per me appellet oratorem licet: siue hunc oratorem, quem ego dicam sapientiam iunctam habere eloquentiæ Philosophum appellare malit, non impediam, dummodo hoc constet: neque infantiam eius, qui rem norit: sed eam explicare dicendo non queat: neque inscitiam eius, cui res non suppetat, verba non desint, esse laudandam. Item in oratore perfecto, Res sic se habet, composite & ornate sine sententiis dicere, insania est: sententiose autem sine verborum & ordine & modo, infantia: & rursus alibi, Illud verius, inquit, nequè quēquam in eo disertum esse posse quod nesciat: neq; si id optime sciat, ignarusq. sit facundæ ac poliendæ orationis: diserte ipsum quod sciat dicere posse. Phœnix item apud Homerum ad Achillem loquens ita inquit, Pater tuus Peleus cum te primū ex Phthia patria ad Agamennonē misit paruulum adhuc & bellicarum rerum ignarum, me tibi ideo adiunxit, vt vtroq; in genere instituendum te susciperem. Censuit enim te & dicendi præcepta accipere debere & agendi. Vt iam manifestum sit iungendum esse cum eloquentia rerum prudentiā, & contra, si quis modo non aut infans, aut insanus dici uelit. Proinde miramur nostri temporis iurisperitos tam ab eloquentia alienos, in quibus vel peculiare esse debuerat, discrete atq; ornate dicere: vt qui in maxima reipublicæ luce versantur, atq; omniū oculis, qui se consultos, prudētes, peritos deniq; iuris dici volūt, dignosq. so-

 los,

los, omnium literatorum hominum existimant: qui rerum humanarum diuinarumque arbitrium disceptationemque habeant: quique viros principes & supra humanum fastigium euectos soluere & illigare legibus interpretationibus suis possint. Non me fugit quid Lactantius libro quinto sextoque de eloquentia disputarit, vir ipse loquendo lautissimus, sed nos de latinitate, & elegantia, & sermonis puritate loquimur, ne scilicet illetis manibus, (quod Caius Iurisconsultus vetat) diuinarum humanarumque rerum scientiam aggrediantur, sed latinitatis modo ac proprietatis verborum notitia instructi, non de diserta illa & oratoria eloquentia, quæ iuris studiosis nostro seculo necessaria non est, tametsi olim vt quisque iuris erat peritissimus, ita etiam in dicendo præstantissimus. Sed nunc proh pudor, nullam isti verborum rationē habendam autumant, dum sensus assequantur: Sanguinem scilicet legum quærendum, non cutem (ut eorum verbis vtar) arbitrantur: non florem, sed frugem scientiæ consectandam autumant. Atque hæc ita dicunt, quasi aut verba, rerum imagines esse nesciant, & sensuum inuolucra, quæquam maximè effingi congruenter & accommodatæ rebus debent, aut quasi Bartholus & Bald. & reliqui eiusdem ordinis, quos isti verborum contemptores pro numinibus colunt, & quorum scripta inter sacrorum vatum oracula in lararijs habent, verba non ipsi appendere quasi

ad Critolai libram soleant. Vt enim ille quadam solertia in altera libræ suæ lance animi bona imponens, in altera corporis & externa, multum admodum propendere illam animi lancem deprehendebat, sic isti iurisperiti vnumquodque verbum atq; adeo syllabam, in quibus commodum sit locis ad constituenda sua dogmata, ponderanda solerter admonentes, verborum vires excutere se & scrupulari etiam differentia æstimare credi volunt. Quos sibi imitandos isti (id quod fatentur) proposuerunt, nisi manifeste cum ratione insanire velint, sibique pugnare, uerba quoq; ipsi curent necessum est, non sensum modo, quandoquidem ex verbis sensus dependent. In hoc enim comparatæ sunt voces, vt id, ad quod sunt institutæ, & audientibus & legentibus insinuent, alioqui frustraria esset verborum institutio, si non suo munere fungantur, sed vel audientis vel legentis arbitrio deseruiant. Frustranei essent tituli illi integri de verborum significatione, non in iure modo ciuili, sed etiam pontificio. Sed age, viuant isti suo more, & iniquissima tyrannide venerandam illam priscam maiestatem legum conculcent, opprimant, euertant: nos quod institutum est nostrum persequamur, recti fiducia subnixi. Nec enim debet ob hoc à virtute quis desistere, quòd paucior sit numerus eorum, qui rectè viuunt, sed eo magis ad probitatem contendere. Hæc habui quæ huic lexico præponerem poscente loco, quò peruicaciam

 eorum

eorum refellerem, qui se verborum contemptores ex professo iactitant, ne quis verborum proprietatem ac significationem, quæ est huius libelli materia, negligendam, ab illis falso persuasus, credat. Vale lector candidissime, & nostram diligentiam his quoque minutijs benigno fauore prosequere.

PROOEMIVM.

QVONIAM iuri operam daturum prius nosse oportet vnde nomen iuris descẽdat. ff. de iusti. & iure. l. j. in prin. Etiam vt ait Philosophus primo elenchorũ, qui virtutes uocabulorum ignorant, de facili paralogizantur; id est decipiuntur. Nisi enim nomen rei scieris, cognitio rerum perit, secundum Isio. Turpe etiam uidetur patricio & nobili uiro, & causas oranti, ius in quo uersatur ignorare. ff. de ori. iuris, l. ij. §. Seruius autem Sulpitius, & de heret. cum ex iniuncto. 38. dist. sedulo. Ex quibus omnibus habetur quòd nemo debet ignorare scientiam in qua uersatur. Quod attendens legislator Vlpianus dicit. Bene est priusquam ad uerborum interpretationem perueniamus, pauca de ipsius significatione tituli referre. ff. si certum petatur. l. j. Idcirco quorundam terminorum qui in iure utroque maximè frequentantur: necessarium fore duxi descriptiones & significationes clarius exponere tam ex summis Azo. & Goff. quàm aliunde collectorum

rum propter iuuenes maximè iuris utriusque alumnos. Et hoc breui alphabeti ordine ut eo melius memorię commendentur, & tanto citius inueniantur, perstringēdo etiam cum allegationibus in locis suis: ut in iure modicum perfecti per ignota minimè procedentes, his cognitis principijs & terminorum significationibus, accessum faciliorem habeant ad vtriusque iuris notitiam, quia omnium habere memoriam, & in nullo penitus errare potius est diuinitatis quàm humanitatis, C. de uete. iur. enucle. l. ij. §. si quid autem. uer. quia omnium. Et notat Bern. de rescr. c. cum adeo. in gl. j. de confirma. uti. uel inuti. c. porrecta. in gl. ij. Et si lectori aliqua uocabula occurrerint quorum expositio non inueniatur, de hoc non miretur, quia nec omnium memoria potuit occurrere.

DE LITERA A.

A. Qñ facit sepa rationẽ & qñ ĩcludit, & qñ excludit, no. Io. And. de præb. ca. statutũ. lib. 6. & Arch. de elec. c. j. eo. li. Et a & ab, ĩ simili no. Arch. 31. dist. aliter. Et de a, in c. ꝑut de dolo & cõt. Et ẽt a & ab, denotat sepa rationem C. de nupt. l. à Caligato, & ibi ꝑ Cy. in gl. 3. l. ordinata. ff. de lib. cau. & ff. de duob. re. l. si ex duob. ubi textus cum gl. ff. de actio. emp. l. 3. §. fi. Itẽ a uel ab, est dictio sigñatiua primi termini à quo, sicut dictio usq;, termini ad quẽ. Hic autẽ terminus à quo, sigñat exclusiuè uel inclusiuè, de quo Barto. in l. patro nus. ff. de legat. 3. Vnde a vel ab, sigñat exclusiuè dicẽdo in statuto. A pul su cãpanæ, desero nullus uadat per uicos sub pœ na tali. Nam hoc statutũ ĩtelligiť pulsata cãpana. Ideo si qs uadat qñ pul satur, non incidit in pœ nam inclusiuè significat, ibi. A pulsu campanæ de mane quisque potest do mum exire, quia statuẽs sic uideť intellexisse. &c. Et uide plenius de istis dictionib. per Ioannem de Ferra. in sua practica in forma capituli, qñ te stes ꝑducunť ad æternã rei memoriã, Adde hic ꝙ aliqñ hæc præpositio a, ponitur pro fine: ut le ge 1. ff. de lega. 3. §. hi q̇ bus. & ibi gl. super uer. apolides, & gl. in l. quidã decedens. in princip. su per uerbo, alogistas, de administrat. tuto. & de ædili. edict. l. si quis sit fu gitiuus. §. apud Labeonẽ. super uerbo asylum. Ali qñ ponitur causatiue. 27. q. 2. cõiuges. & capit. coniunx. & c. sic. §. ex his. Aliquando pro ex. ut ff. de acquirendo rerũ do minio l. adeo. §. quod si ex vno. & 16. q. 3. post quingentos. §. item si de reb. & cap. si sacerdotes. Aliquando ponitur pro per. C. ad legem Fla. de plag.

plag.l.1.ibi à quo. id est per quem.& l.seruo lega to.§.i.ff.de lega. 1.Aliqñ subauditur à iure, ut ff. de re militari.l. milites. ibi militia .i. à militia. & de negotiis gestis.l. liberto.§. litem. ibi,sen tentia.i.à sententia.

De istis dictionibus a, uel ab, an includant uel ex cludant: uide Bar. in l. patronus.§.j.in fin. ff.de le.3.& an separationem denotent,Bar.in l.memi nisse.ff. de off. procõ.& in l. si ex duob. de duo. reis.ff.

Adde, ꝙ præpositio à, ex ponit aliquãdo ꝓ post. l.2.§.ꝙ ad magistratus. de orig.iur.

A ante B.

AB, aliquando ponitur pro cõtra.ut l.commis sa ff. de publ. ibi ab hęre dibus,id est, contra hęre des. Aliquãdo ponit ꝓ ob.C.si quis impera. ma le.l.i.ibi,ab iniuria.i. ob iniuriam. Aliquãdo pro per. extra de appel. ab eodẽ lib.vj.Et differũt a, & ab,ut his uersibus cõti netur. Quod facit a, fa cit ab, sed ĩ hoc differre uidẽt. Ab cum uocali reliquis vult associari. De ab not. ff. de aqua quoti.& esti.l.i.§.æstatẽ. & C. de tẽp. ap. l. fin. in princ. & 55. dist. c. qui parte. & lxxvij. dist. in ueteri.xxxv.q.6. ab isto. 37.dist.à quibusdam. & per Arc. xxxj.dist.aliter.

Ab, aliquando denotat se parationem: ut est gl.ex pressa in c. statutum. de præben.in vj. glo. in l. si ex duob.in uerbo ab al tero.ff.de duo.reis.& in l.3.§.fi. ĩ uerbo à Brũdu sio.ff.de act. emp. & uẽ. Bal. & Alex. de Im. in l. j.ff.si quis cau. in 4. col. Io.de Im.& Dom.in ca. frequens.in 7. colum.su pra gl.in ver.15.arctatur tempus.de rest. spol.lib. 6.cum conc. ibi. positis.

Interdum ponitur ꝓ post. glo.in l.neminem. C. de dec.quandoq; pro fine, ueluti.cũ dicitur ab re.i. sine causa.l. si quis.ad fi. C.de fur.

Abaces erant repositoria uasorũ pretiosorũ. l. hæ res.§.cui.de leg.3.Alc.tñ lib.Parer. 4. legit bases.

Abactor secundũ Isid.lib.x. etymo. est fur iumẽtorũ uel pecudũ, quẽ uulgò uocamus abigeũ. Nã abigeus est q crimẽ abigeatus cõmittit, & propriè ille qui pecora alicuius à pascuis & armentis subducit, abigendi studio, hanc artem exercens, ut per aliquod signũ qđ facit ipsa animalia fugiãt, separentur & dispergantur, & ea sic recipiat. s. cũ panno rubeo uel aliàs oues quasdã ad nemora fugãdo, ut alias accipiat & deprædetur. Et est abigeatur crimẽ capitale. C. de abigeis. l. unica. Et maximus orator apud Grę cos Demosthenes differentiã ponit īter furẽ & abigeũ, dicẽs ꝙ ille, qui unã solãpecudẽ surripit fur est, & ut fur coercebitur, sed qui totum gregẽ subtrahit, abigeus est, & crimine abigeatus tenebit. Et sine scriptione recipitur huiusmodicrimi nis accusatio, ut d. l. unica. C. de abigeis.

Abamita est soror abaui. ff. đ gra. l. ꝑal. §. auũculus.

Abauia est mater ꝓaui uel proauię. ff. de gra. l. iurisconf. §. quarto gradu.

Abauunculus est frater ab auiæ secundum Isidorũ.

Abauus est pater ꝓaui uel proauiæ.

Abbas ante benedictionẽ appellatẽ abbas: secus in epo. ita Feli. in c. eã te, de resc. col. 5. uer. 3. restrĩ gitẽ. & ibi quæ sit differẽ tia inter episcopũ & abbatem, uide ibidem Fel.

Abbas habet dignitatẽ. ca. ut apostolicæ. de priuil. in 6. & in cle. & si principalis. de rescript. & ibidẽ Card. 1. q. imo abbas omnib. prælatis post episcopum debet preferri. de quo per Fel. in d. ca. meminimus. eo. uersic.

Abbatissa habet dignitatẽ. cap. indẽnitatib. de elec. in 6. in §. uerum. & l. generali. C. de sacros. eccl. Dom. de sancto gemi. in ca. indemnitatib. Fel. in c. meminimus. de accu. uersi. ulterius quæro.

Abbreuiatura dicitẽ instrũ notarii nõ extensũ. Bar. l. chirographis. in princ. ĩ 2. not. ff. de admini. tut.

Abdicatio quid sit, uide l. 2. §. & cũ placuisset. ff. de orig.

orig.iur.in l.liber homo. de statu homi. & l. pen. de offic.præsid.& l. abdicatio.C.de pat.po.

Abdicas, id est absconsas. l. 1.C. de thesau.lib. 10.

Abduci, est à ueritate separari. Item not.q᷑ abduxisse non solùm is dicitẽ qui ꝑ uim abduxit, sed ẽtq; ꝑsuasit alicui ut ab alio discederet. l. item apud. §.abduxisse. de iniur.

Abeat sinę h, id est recedat. ff.de in diem addic.l. i.

Abesse quandoque dicitur qui in iure non est ut. l. 4.§.abesse.ff. de dam. in fec. Quandoq; qui à tribunali abest. l. nõ tantũ. §.senatus.de fideic. libe. aliis quoq; modis quis abesse intelligitur, ut infrà in uerbo absens.

Abesse non dicitur res quæ casualiter abest.Bar.in l. quæsitũ.§.fi. ff. de leg.3.

Abesse causa reipublicæ dicitur quis quãdiu durat officiũ & finito officio q̃diu redire potuerit secundũ qualitatẽ suæ personę.s.à die recessus usq; ad reditũ, si ob cõmodũ suũ nõ abfuit.Bar.in l.abesse.ff.qui ex.cau. maio.

Abhinc aliquãdo ponitẽ tẽporaliter, & respicit futũ iũ tempus, ut abhinc, id est ab hoc tẽpore in antea.C.de sacrosan. eccle. l. placet.

Ab hoc.i posthac.ff.de ori. iur.l.2.§. hunc.

Abhorrere aliquãdo ponitẽ pro differre.l.si tibi areç. §.sed si puerum de præscrip.uerb.

Abigere est à se expellere, uel crimẽ abigeatus exercere.

Abigere partũ ẽ ꝑ abortione eiicere. l. Cic. de pœ.

Abigeus, uide Abactor.

Abiicere est spernere, ut in auth.quib.mo. natu. ef. legi.§.sit igitur.

Ab intestato.i. sine testã. insti.de hær.q̃ ab ĩtest.de se.in rubro & in nigro.

Abiudicare & adiudicare differunt.Nã abiudicare idẽ est qđ remouere & abdicare.adiudicare aũt idẽ est qđ applicare: facit tex.& ibi no.ĩ c.cũ uenerabilis. uers. q̃ uerò ibi, eidẽ cpo adiudicauimus.de excep.& ĩ c.audistis.in uer.adiudicãtes.de p̃sc.& c.cũ cã in uer.adiudicare curaui.de re iu.&

adiu

adiudicatio ꝓprie habet locum in his quæ habent causam mixtam, id est in cõmunibus iudiciis. l. si quis fundum. §. officio. ff. communi diui. & l. sed &. si res. in princ. ff. de pub. Aliquando exponit̃ adiudicare .i. iudicare ad se spectare. uide Io. Mo. Archi. & doct. ĩ cap. Abbate sanè. in prin. & ibi Dom. de sancto Gemi. in 2. col. in uersic. Nota ꝙ procedit conclusio, cum seq. uersic. de re iudic. lib. 6. Quandoque ponit̃ ꝓ cõfirmare, ut in c. ut qs duas. in fi. de electio. lib. 6. & uide Alberi. de Rosa. ĩ suo diction. in uer. adiudicatio.

Ablatiuus casus aliquando resoluitur in accusatiuũ & prepositionẽ ꝓpter, ut mandato, id est propter. ff. mand. l. si mandato. §. fi. & l. dotẽ ferro. §. eam rem. de pub. Aliquando in accusatiuum & præpositionem in, ut quiete, id est ĩ quietem. C. de primice. l. i. lib. xii. Item ablatiui absoluti in contractibus non disponunt, sed resoluuntur: patet, quia agi non potest, ita not. Bartolus & Baldus in l. prima. C. quando lic. ab empt. discedere. facit l. euictis agris. ff. de usu. l. euicta re. de euictio. l. acceptis. ad l. Falci. Itẽ in ultimis uolũtatibus. l. à testato re. ubi Bartolus & alii ff. de conditio. & demonstrationibus. nisi uerba referantur ad eum quẽ testator potest grauare, lege fideicommis. §. cùm esset. ubi plenius Barto. ff. de legatis 3. & ibi late per Iasonem. Item adde quod aliquãdo ablatiui absoluti nihil importãt, ut est text. in l. 2. §. posthumis. in uersic. sed si extraneum. iuncta glo. in uerbo filio prçcedẽte. de uulg. & pup. & l. adoptare. ff. de adopt. Item adde quòd ablatiui absoluti faciunt conditionẽ expressam: secundum Bartol. in l. i. in ult. col. ff. de conditio. & demonstratio.

Abmatertera est soror ab auis institutio. de gradib. §. sexto gradu.

Abnepos est filius nepotis.

Abneptis est filia pronepotis, uel proneptis.

Abnoctare significat per totam noctē abesse. l. illud. de offic. præsid.

Abolitio est accusationis institutę perēptio uel absolutio, quaquis nomen alicuius accusauit, cum omni inscriptione iā facta in totū abolet, remissa necessitate accusandi, & habet īpetrare à principe uel iudice ab illo. s. qui aliquā accusationē instituerat, & in ea se inscripserat, talis .n. citra infamiam desistere non potest nisi absolutionē impetrauerit. Sed qn̄ talis impetrat ꝙ desistat, & ꝙ illud qd̄ per accusationē īchoatū erat, deleatur, ritè fit. Et est duplex abolitio .s. generalis & specialis, De generali habetur C. de aboli. genera. l. ult. & ff. de abol. l. abolitio. Et per hanc eximit reus ꝙ nō incidit in Turpilianum si nō desērat accusatū. ff. de abol. cri. l. si interueniente. Et si infra triginta dies post ablitionē generalē causa proposita non potest probari, ad eam redire non potest. C. de abolitio. generali l. 1.

Abominatio appellat̄ seruitus idolorū, ſm Hie. in omilia. Largius tñ sumitur in cōi usu loquendi, pro qualibet re turpi & abominabili. Vnde dicit̄ abominatione populi. extra de cleric. agro. c. tua nos. Vel abominatio est Deo eleemosyna facta de rapina, simonia uel usura. 1. q. 1. nō est putanda. 14. q. 5. scriptū est: Abominationem rectè appellabimus quā dicimus excommunicatione, & abominatum qui est excōmunicatus. Sic enim plerunque appellat Alciatus noster.

Abortiuus ē puer uel alter fœtus antè debitum tps. natus, & ideò sic dicitur ꝙ nō oriatur sed aboriatur, & excidatur ſm Isid. libro decimo.

Abpatruus est frater abaui, ut inst. de gra. cog. §. sexto gradu.

Ab re. i. sine causa, ut habetur in l. si quis seruo alieno. C. de fur. & l. cōsent. C. quomodo. & qn̄ iud.

Abro

Abrogare est destruere uel delere in toto: unde dicitur lex abrogata quando in toto est sublata uel destructa. Sed derogatur ei quando in parte tollitur uel ei detrahitur. ff. de uerb. signif. l. derogatur. & abrogare interdum est addere aliquid. Et septem de causis aliquid abrogatur, ut no. di stin. 4. §. hęc & si legibus.

Abruptum .i. turpiter acquisitum uel aliter, ut ff. quar. rerum actio non da. l. 1. §. si manumisero.

Abscisse, id est fixè & determinatè. l. semper. §. demõstratur. de iur. immu.

Absens quis dicitur in iure multis modis, ut tradit Ias. in §. rursus. in prin. instit. de actio. & post eum Alcia. in l. mulieris, & in l. absentem. de uerb. sig. de quo uide etiam proximè in uerbo absentia.

Absentia est quintuplex, & quando quis obtentu absentiæ in integrum restituatur, uide glo. l. fi. ff. de in integ. restit. & Ias. in præalleg. §. rursus. Absens autem propriè dicitur qui est extra prouinciam, ut C. de bo. au. iud. poss. l. fin. §. ult. Tamen quandoq; accipitur pro eo qui præsens non est eo loco ubi petitur. ff. de uerb. sig. l. absentem. Vnde absens multis capitur modis. Primò ille dicitur absens qui alium audire & intelligere non potest: sic capitur ibi cũ dicitur, stipulatio non potest fieri inter absentes, insti. de inut. stip. §. item uerborũ. Secundò absens dicitur qui non est in eadem prouincia, ut C. de long. tẽp. pręscr. l. fi. Tertiò absens dicitur, ut hic sequitur testiũ productio nõ potest fieri parte absente si uelit adesse. Et sic dicitur absens qui non uidet producere uel iurare testes, ut l. si quãdo. C. de testi. Quartò absens est qui non est in domo ceu respectu cuius nuntiandũ est nouum opus. ff. de no. op. nun. l. de pupillo, §. si quis. Quintò dicitur ille absens qui faciliter non potest inueniri, ut quia præsente principali fideiussor nõ potest conueniri

ueniri. C. de fideiuss. & ma.auth.presente. Sic etiam accipitur in l. præsens. ff. de proc. ubi dicitur. Presens est qui in hortis est .i. qui faciliter potest inueniri. Sextò absens dicitur qui ad lucrandas distributiones materiales præsentiarū abest.s. qui nō est in choro hora determinata, & ita licet sit in ecclesia, tamē extra chorū, in certis horis dicitur absens.

Absentem esse aliud est, q̄ haberi pro absente. Bar. in l.si maritus.§. i. ff. de adult. & quæ absentia prodest.Bar.ibid.& quæ absentia iuuet absentē aduersus gesta cōtra eū. Bart. in l. quia absente. C. de proc.

Absoluere .i. reconciliare, 11.quæst.3. ad mensam. §.penult.

Absolui dicitur creditor cū sibi soluitur.l. & in contraria.ff.de usur.

Absoluo, idest absolutum esse ostendo.24. q. 1. audiuimus.de iureiur. c. 2. & gl.in c.ex diligenti.de simo. quæ exponit absoluimus, id est absolutum ostendimus.

Absoluta dicuntur lecta & a partibus approbata, uel absoluta subscripta, sic exponitur. institu.de contrah.emp.§.1. & pro hoc. C.de fid.instrum. l. contractus.

Absolute exponitur.i.ex toto. extra, de regula.c.beneficium,lib. 6. uel absolute.i.præcise. extrà, de hær.c.cōtra Christianos. lib.6.& in auth.ut fratrū filii.§.j. Aliquando exponitur absolute .i. libere, ut in auth.de man.prin. §.sed neque.

Absolutio differt à reuocatione, nam absolutio fit a sententia excommunicationis, suspensionis, uel interdicti iuxta formam ecclesiæ cum baculo dicendo Psal. Miserere, & De profundis, & fit cum solennitate. Sed reuocatio est sententia uerbalis sine solennitate. Etiam absolutio fit si excommunicatio tenuit,& si non tenuit, fit reuocatio. Item absolutio reddit quod excommunicatio intulit preter quam fructus quos excōmunicatus

municatus iuste perdidit, quia p absolutionẽ tales non recuperat, ut in auth. ut cũ de ap. cog. §. generalem, uer. si uerò post col. 8. Et absolutio ex falsa causa super uoto impetrata non tenet, & est nulla, ut not. c. qđ super his. de fid. instr. Et licet excõicatio sit lata ex falsa causa, semper tamẽ timenda est 11. q. 3. c. i. & de off. or. ex parte. in gl. Et an pecunia possit peti uel dari pro absolutione. uide de simo. ad aures. & c. dilectus, & 1. q. 1. nullus eps.

Absq; est priuatiuũ, ut in l. minus. C. de acq. poss. & qñ ponitur exclusiuè, & qñ inclusiuè no. Arch. de proc. q generaliter. lib. 6. Adde ꝙ ista dictio negat & maximè ĩ positionib. & articulis. Bar. in l. inter stipulantẽ. ff. de uer. obl.

Abstinere hæreditate est idẽ qđ repudiare hęreditatẽ, hoc tamen differũt, ꝙ abstinere pertinet ad suos hæredes, repudiare aũt ad extraneos. §. extraneis, ubi gl. Inst. de hær. qual. & diff.

A ante C.

AC, aliquando ponitur pro. i. ut C. de sacros. ecclе. l. decernimus. ĩ prin. Aliquando ponitur copulatiuè. C. de summa Tri. l. nullus. in fi. Aliquãdo similitudinariè, in clement. i. de iud. insti. quibus nõ est per. §. ex hoc ĩ fi. & ff. de acq. re. domi. l. qua ratione, §. literæ. Aliquãdo abiicitur & p nihilo ponitur, instituta. de tute. §. tutores autẽ. ibi, uim ac ptãtem. i. uiolentam potestatem.

Acceptare est frequenter accipere, uel per acceptilationem liberare. ff. de pac. l. tale. §. post diuisio.

Acceptilatio est liberatio per mutuã interrogationẽ qua vtriusque cõtingit ab eodem nexu absolutio. i. dissolutio. ff. eo. tit. l. i. Vnde acceptifero accepttuli acceptilatũ uerbũ cõpositũ, à quo uenit acceptilatio. i. imaginaria solutio, q̃ simulat debitorẽ suũ sibi soluisse quod non soluit, idq. animo facit remittendi, quia illa uerba dicendo,

quicquid tibi per stipulationē promisi, uel ex stipulatu debui; habes ne acceptum? &tu respōdeas, habeo acceptumq. fero, quasi dicas, perinde habeo ac si accepissē à te per ueram solutionem. Et sic sicut uera solutione liberatus esses, ita hac acceptilatione libertatis, ut C. eo. ti. l. i. in glo. 2. Item acceptilatio differt ab apocha. l. si acceptolatum. eo. ti.

Accepto ferri. i. approbari. C. de susc. & arca. l. securitatis, lib. 10.

Accersitus est collectus uocatus uel circa se situs, 63. dist. qa igitur. 13. q. 2. quàm propostерum.

Accesſio dicitur aliquid adiacens alteri, uel omne id, quod est accessorium & necessarium principali, ut capistrū equo, uel uestis seruo, ut ff. depo. l. i. §. quæ depositis. Si. n. seruum emeris, uestem in q̃ traditur acqris, & si de ea mētio nō sit facta.

Accessorium idem est qđ accesſio, & sequitur naturam sui principalis, in sti. de re. diui. §. Si tñ aliena. ff. si quis cau. l. si cum §. qui iniuriarū, & in regula accessorium, de re. iur. lib. 6. Et quando accessorium uenit officio iudicis mercēnario, tunc sublato principali tollitur & accessorium. C. de po. l. iiij. Secus qñ accessorium uenit officio iudicis nobili. ff. de condi. ind. l. fin. §. Lucius, in gl. alias reglr non tenet accessorium ubi non tenet principale. l. cum princinpalis, de regu. iur. nisi diuersam habeant rōnem, ut ibi tradit Dec. de qua regula latissimè Dy. ī d. c. accessoriū ubi uidēdū.

Accidere interdum significat mori. l. ī vulgari. §. fi. de uerb. sig.

Accipere aliqñ capitur pro recipere, ut in auth. de dep. & denu. circa prin. col. 6. Aliquando accipere exponitur. i. retinere, ibi, Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. 27. q. 2. priusquā.

Accipere uel recipere dicitur quis uerè uel interpretatiuè, ut no. ī gl. l. postulāte, in fi. ff. ad Treb.

Accipere non inducit dñii trau

trãslationem de necessitate. Bar. in l. naturalis. §. & si q dem. ff. de p̄sc. uer.

Accipere & capere differunt. Nã qui capit rem suam facit, sed qui accipit non facit suã. Et qualiter intelligatur hoc uerbum accipit, uide de acq. rer. do. l. in laqueũ, in gl. 1. & 2. & ff. de fur. l. qui uas. in gl. 2. Aliqñ accipere ponitur pro intelligere, & cognoscere. §. cunq;. in ꝓœm. Instit.

Accipere iudicium, pro litem contestari. l. is qui. de rei uendicatione.

Accipiat positum in substitutione est uerbum directum. Bar. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupi. subst.

Accola est qui colit terrã non propriã, unde: Accola non propriã, propriã colit incola terrã. Et dicitur ab ad, & colo, quasi q adueniens colit terrã.

Accommodare apud Iusti. §. pen. in proœ. Instit. est tribuere Gor. in l. si qua. C. fam. erci. posuit ꝓ impartire atq; ĩterponere.

Accõmode. i. multũ cõmode. de elect. ubi periculum, lib. 6.

Accrescat, hoc uerbum inducit fideicõmissũ. Bar. l. codicillis. de usufr. leg.

Accumbere ꝓ iacere. l. hæc uerba. §. subdisiunctiuorum, de uer. sig.

Accurare. i. diligenter, studiose, curialiter, uel cõposite.

Accusator est ille q aliquẽ corã iudice accusat, & criminalẽ sibi mouet q̄ õnẽ. Et dicitur accusator, q̄ a ad causam uocat eũ quẽ appellat, ut ĩ c. forus de uerb. sig. post mediũ.

Accusare iure mariti est in accusando, certa hñt speciala, de q̄b. ĩ l. iure mariti. & ĩ l. q̄uis. C. de adu.

Acephalis. i. sine capite ab a, quod est sine, & cephas, caput 93. dist. nulla ĩ auth. de app. §. gñalem.

Acetũ nõ cõtinet appellatione ui. ff. de ui. & oleo leg. l. si q̄s vinũ. Bar. ĩ l. i. de erog. mil. ann. li. 12. C.

Acinaceũ uinũ appellat ui num secundarium, hoc est qđ ex unis exp̄ssꝭ musto additaq́. aqua maceratis conficitur. l. si q̄s uinum. de ui. tri. & ol. leg.

Acohti Græcè dicuntur ceroferarii, uel accedẽtes

Latinè, à deportandis ce reis quando legendū est Euangeliū aut sacrificiū offerēdū, ut inquit tex. ī c. cleros. ad fi. 21. dist.

Aconitū, species ueneni. l. eiusdē. §. alio. ad l. Corn. de sica.

Acor & mucor sunt uitia uini & panis quādo acescit & mucescit.

Acrimonia est ꝓpriè acerbitas, sed secūdū legistas est pœna quæ infligitur sacrilegis, sicut incarceratio, uel exilii relegatio. C. de sacrosf. eccl. l. placet quæ est canonizata. 16. q. 1. c. placet, sub §. nouarū, ubi ēt dicitur de hoc.

Acta dicuntur publicę scripturæ negotiorū quæ in iudicio aguntur, ordinē eorū, modū & figurā cōtinentes. Vel etiam sunt processus siue gesta curię gl. in l. acta. de re iud. & c. quoniam contra. de prob. Sunt aūt acta triplicia. Nam quędam sunt acta iudicii ordinatiua, quæ ualent ad ordinationem iudicii, ut est libelli oblatio, li. conte. Quædā ualent ad ueritatis indagationem & dicuntur indagatiua ueritatis, ut depositio testiū, editio instrumentorum, & cōfessio partium. Et quædam litis decisiua, quæ ualēt ad decisionem causę. Itē acta etiam quandoq; dicimus locum in quo resident, iudex instructus de causa cognoscēs ubi acta deteguntur, ut quilibet factū suum audiat seu uideat, & suum consequatur meritum, qui locus aliter ēt ius appellatur. de iu. & iur. l. pe. §. fi. Porrò acta & gesta quēadmodū distēt, ostendit Iuris. ī l. labeo. de uer. sig.

Actio significat tripliciter, strictè, latè & latissimè. Strictè significat ius prosequendi quòd oritur ex obligōne. Latè significat dū significat iurisdōnē iudicis. & ita nedū significat personales, sed ēt reales actiones. Latissimè cū ēt significat officiū iudicis, & hoc modo q̄rela in offi. test. dicitur actio. ff. de leg. i. l. cū filius. in pri. facit l. actionis uerbo. ff. de uerb. sig. & l. actionis uerbo. ff. de act. & obl. Et hoc uerbum actio significat

ficat bene simul ius & factū, nec est incōueniēs. Actio ergo significat officium .i. ius prosequendi licet officium sit facti, & ponatur differentia inter iurisdictionem, & officium. Est enim actio ius prosequendi in iudicio quod sibi debetur, in stit. de act in prin. Et addunt quidam quod suū est uel alienū, ita ut illa diffinitio icludat omnē actionem tā in rem, q̄ in personā, sed illa diffinitio pmissa solū cōprehēdit actionē personalē illud aūt quod tuū est, tibi non debetur. Si uero quod nō tuū est, & quicquid est in iudicio debet includi diuersimode qđ petitur, & concluditur in actione reali, & personali, quia ī personali peto mihi debitū, in reali uero actione peto aliqd' vt meū, quare hoc uerbū actio sumitur aliter, & aliter ut præmissum est. Et nota ꝙ hoc uerbū debetur quandoque large sumitur, ut cum dicitur qcquid in iudicio tibi debetur .i. res quā petis ut rem tuam siue rei uenditione actione commodati siue depositi secundum Azo. in sum. tit. de eden. circa prin. Olim dicebatur actio conceptio uerborum formata à magistratib. l. 2. §. deinde ex his. ff. de orig. iur. vnde dicebatur formula uulgaris. ff. de fur. l. si seruus nauem. Hodie autem fit sine impetratione & cōceptione uerborū solennium. C. de formu. & im pe. acti. subla. per totū. Nec hodie est aliqua differentia inter interdicta & actiones cū interdictū nihil aliud sit quā actio ꝑtoria. Dicit ergo actio ius ciuile uel prætorio quo debitū in iudicio à te exigere possum, uel petere rem mihi restitui secūdum Az. & Goff. de iud. c. dilecti, & est actio de iure ciuili. instj. de iur. nat. gen. & ci. §. ius autē. Et secūdum canones actio dicitur causa. c. forus, de uerb. sign. Et secundum leges actio debet poni ī causa, quia nemo sine actione experitur. ff. de neg. gest. l. si pupilli. in fi

& c. examinata. de iud. ꝓhibētur tñ attētius nimis subtiles actionem intentiones, ut in c. dilecti. de iudi.

Adde q̃ actionis uerbum modo sumitur gñaliter, modo specialiter: generaliter accipitur pro omni actione, siue sit in rē, siue in personam. Specialiter, ꝓ actione personali tantum. l. pecuniæ uerbū. §. actionis, de uer. sig. Accipitur, & multis aliis modis, quos annotauit gl. 2. Insti. de actio. in princ.

Actio ad exhibendum datur contra possessorem, uel aduersus eū qui dolo malo possidet: ut rem exhibeat. i. in publicum deducat: ut fiat aduersario copia uēdicandi. ſm Azo. in sum. tit. ad exhi. in prin. Nā exhibere est rem in publicū deducere, & uidendę tangendæq́. & apprehendendæ rei facultatem ꝑbere, & ostendere ut aduersarius copiam habeat rem suā esse contendendi, ut cū q̃s dicit, hęc est res mea, quia tacta seu visa ab eo sibi sua detur, ut ff. ad exhibendum. l. 2. cum ibi not. Et si erit instrm̄ res ipsa exhibenda, debet fieri facultas legendi, & ēt describendi. ff. quemadmodū testa. ape. l. i. & 2. §. inspectio. Et sic exhibere dicitur propriè quasi extra secretū habere; & ſm Placen. quasi extra se habere.

Actio arborum furtim cæsarum habet condemnationē aduersum eum q̃ arbores furtim cædit, insçio & inuitò dño. Et cō petit contra ip̄m dānum dātem ad duplum dāni dati, ĩ quo casu ēt cōpetit huic actio legis Aquilię, ita tñ ut deducere possit in condemnatione, quod actor consecutus est altera actione, ut ff. arborū furtim cęsarū. l. i. & appellatione arborū ēt uires continentur ff. de arb. cæd. l. i. §. arboris. Item continetur hædera, quæ impropriè dicitur arbor ex interpretatione. & plerunq; arborib. hær. ff. arb. fur. cæs. l. uitē. & in gl. etiā. & arundo non male dicetur arbor.

bor.& idem de Salicto, qñ iã radices immisit, ut ead.l.uitẽ.iuncta gl.

Actio caluisiana est ꝑ quã reuocantur ea q̃ in fraudem creditorũ, patroni libertus alienauit. ff. de iure patro.l. si libertus.

Actio cõmodati est triplex .s.directa, utilis & cõtraria. Vnde directa compe tit ei qui rẽ aliquã commodauit cõtra cõmodatariũ ad repetẽdũ ipsam rẽ,ut ei res & eius accessiones restituantur facto & expleto usu ꝑꝑ quem commodatũ est. ff.commo l. i. secundum Plac.

Actio commodati contraria ei cõpetit, qui cõmodatũ accepit,in eum qui cõmodauit ad impensas in re cõmodata factas, ueluti si ægrum seruum curauit. Sed qđ noĩe cibariorũ impendit, nõ repetit.ff.cõmo.l.in reb.§. possunt, cũ §. sequenti.

Actio commodati utilis ſm Plac. cõpetit ubi nõ est uerè cõmodatũ, sed interpretatiue, ut si amicus ex confidentia rem amici ex propria autoritate accepit.Et pone melius exemplum per l.i.§i fi.cum l.2.& 3. in princ. ff.commodati.

Actio cõmuni diuidundo inter eos datur qui sine societate nec ex causa hęreditaria aliquid cõe habẽt,ut id diuidatur, ſm Plac.& Az. Item si ex cõtractu societatis res illa sit cõis,habet locum hęc actio.ff. communi diui. l.2.Et de ista adiectione ff.de iudiciis.l.in tribus.

Actio conducti competit ei qui conduxit à locante uel à locatore fundum, uel prædium, uel domum, & competit ei ad hoc ꝙ liceat sibi inhabitare,uel in usu habere rem conductam etiam competit contra locatorem si aliquis expensas utiles,uel necessarias ibi fecerit.

Actio confessoria est quæ competit ei qui dicit se habere ius uel seruitutẽ per fundum uicini eundi uel agẽdi, uel altius ędes suas leuãdi,uel quãcunq; aliã seruitutẽ in re ipsius, etiam inuito eo. Hæc autem actio in rẽ dicitur vel realis,quia

rem

rem tuam corporalem .s.ius eundi per fundum petis, quamuis ipsa seruitus sit incorporalis, ut ff. si ser, uend. l. 2. in prin. Et dicitur confessoria, quia uerbis affirmatiuis constituitur, & eius contraria uerbis negatiuis proponitur, quæ dicitur actio negatoria, secundum Placen. ff. si seruit. uendic. l. si quando. §. cũ in domo. & ibi no. Vnde actio negatoria competit ei qui dicit aliquem non habere ius uel seruitutem ad aliquid quod facere uolebat alter, & ipsum per hãc actionem prohibet, ut quando dominus fundi intendat aduersus te solitum ire per fundũ suum dicens. Non est tibi ius ire per fundum meum, & hæc actio similiter in rem dicitur, quia dominus fundi uendicat libertatem dum ipsam intendit uerbis negatiuis, dicens ꝙ alter non habet ius eundi uel agendi, per fundũ suum, nec altius ędificandi ædes, ne luminib. suis noceat, & sic per hãc dominus fundi ad hoc agit ut fundus suus declaretur liber, & alter desistat & prohibeatur ne cum de cætero inquietet. ff. si seru. uend. l. 2. & l. loci corpus §. competit, & in stit. de actio. §. contra. Et actio non competit de domnio, sed de iure prędiorum, sicut & confessoria, ut in prcall. l. 2. in prin. Et licet secundũ Pla. dicatur ideò negatoria, quia uerbis negatiuis intentatur, tamen cõtrarium, not. in l. 2. & §. contra. supra alleg. Nam quælibet earum .s. actio confessoria, & negatoria potest dari per uerba affirmatiua, & etiam per negatiua. Non ergo sumunt differentiam per formam verborum, sed differunt rõne materię. Inde breuiter concludẽdo siue per affirmationẽ siue ꝑ negationẽ detur, tñ in hoc differũt, qa cõfessoria datur ad tuendã sibi seruitutẽ debitã, & negatoria datur ad tuendam sibi libertatem suã. Et notant doctor. exempla in quibus confes-

soria

soria intẽtatur uerbis negatiuis, & negatoria uerbis affirmatiuis. in c. cum ecclesia Sutrina. de causa possess. & ꝓpriet. ubi bona gl. de his. extra. de iu. in c. examinata, & in d. l. 2. ff. si seruit. uendic.

Actio criminalis dicitur ex qua pœna fisco est applicãda, licet pecuniaria sit, gl. & Bar. in l. 3. in princ. de sepulchr. uiola.

Actio datiua, quæ, require infra in uersi. actionum 13. species.

Actio depositi est duplex, scilicet, recta & cõtraria. Actio depositi directa cõpetit depositori ad repetendum depositum & accessiones eius, & competit in simplum, nisi fortè res sint incendio, ruina, naufragio, tumultu, depositæ. Hoc enim casu qui depositum sic recepit, si negauerit & inficietur, & de hoc conuincatur in duplo condẽnabitur: hæc probantur ff. depositi. l. j. §. ait pretor. Sed actio depositi. cõtraria cõpetit ei penes quẽ res deposita est ad petendum impẽsas si quas circarem impẽderit, & illas repetit: uel damnum datum per seruum depositum, secundũ Placen. De illa contraria actione habetur. ff. depos. l. si apud. in prin. & l. actione.

Actio de apposito, uel suspẽso quo iter est vulgo: cuius casus nocere poterit: datur aduersus eũ q in sub grũda uel ꝓtecto habet id appositũ uel suspẽsum quod nocere potuit: cuius cõdẽnatio est decem solidorum. ff. de his qui deiec. uel effud. l. si uerò. §. ait prætor.

Actio de cõstituta pecunia competit aduersus eum qui sine stipulatione cõstituit pro se uel ꝓ alio soluere. C. de constitu. pecunia. l. 2. Nam constituere largè dici posset quilibet qui pro alio se obligat: sed C. de cõstit. pecun. constituere ponitur pro eo tantum qui quod alius debet, se solutum constituit: nec distinguitur ex qua causa quis debeat: certa uel incerta, uel ciuili uel honoraria: dum tamen efficaciter debitũ potuerit po

ti &

ti & exigi, uel saltem so lutum retineri : ut quia tantum naturale erat de bitum.

Actio de dolo cõpetit mi hi quando damnum do lo malo à quouis est mi hi datum, uel si quis ad uersus me uersetur dolo sè cõsulẽdo, uel malitio sè negotia mea admini strãdo, nec superest aliqua alia actio qua possum ex periri. ff. de dolo. l. i. §. uerba. sed nõ datur nisi duos aureos excedat. Hec aũt non datur liberis cõ tra parentes. Ratio, quia odiosa est, & in ea condẽ natus, ĩfamis efficiť. Nec dať libertis contra patro nos, nec humili aduersus eũ qui dignitate excellit nec plebeio aduersus cõ sularem receptę autorita tis, nec luxurioso uel ꝓ digo aduersus hominẽ uitę emendatoris. Dať tñ hæc actio in factũ cõtra prædictos, ut fiat mentio bonæ fidei, & uerbis sic tẽperandis in conceptio ne libelli in qua nulla est facienda mentio doli. hæc probantur ff. de do lo. l. si oleum. §. finali cũ l. sequenti.

Actio de dolo & furto eo rum qui sunt in ministe rio cauponũ, stabulario rum, uel nauem exercen tiũ, dať aduersus caupo nes stabularios & nautas qui qñ officio malorum hoĩum utunť: in duplo, seu in duplũ tenenť: cum dolus uel furtũ cõmissũ est in his reb. quas saluas fore recipere. ff. naut. cau. stab. l. i. & infrà actio in factum.

Actio de effusis & eiectis dať aduersũ eũ ex cuius habitatione uel habita culo aliquid effusum vel eiectũ est cõtra iter publi cũ: unde dãnum datũ ali cui transeũti restaurãdũ est in duplum: & si liber homo inde periisse dica tur in quinquaginta au reos hæc dať actio. Si ue rò uiuet, nocitumque ei esse diceť: dať ob eã rem quãtũ uidetur iudici ex bono & æquo: cõpensa tis impẽsis factis & ope rib. quib. est cariturus in utiliter. ff. de his quis de iec. uel effud. l. i. in princ.

Actio de in rem uerso dať aduersus dominum uel

patrē si seruus uel filius pecuniā in rē patris uel domini impedit quā mu tuo accepit.ff. de in rem uerso.l.i.in princ.

Actio de pauperie compe tit aduersus eum cuius animal dānum dedit cō tra naturam sui generis. uerbi gratia, si equus nō ex loci angustia uel non instigatus calce pcutiat: uel bos cornu petat ex naturali feritate. Secus tñ si instigatus uel ex loci angustia dānū dederit. in huiusmodi actionis condēnatione, uenit dā ni dati resartio: aut in so lutione uenit ex l. 12. tab. noxæ deditio, dn̄s.n. noxali iudicio sui noīe cōuentus: seruum actori noxæ dedēdo liberatur: insti.de noxa.actio.§.i.& si animalia noxæ dedan tur, proficiunt reo ad li berationem. institut. si quad. paup. fec. dic. Et utrum malit aut soluen do damnum sufferat, aut alias pro noxa det ani mal: hoc per eum stet. Et probantur hæc ff. si qua dr. paup. fec. dica.l. 1. in prin.& instit.eod.tit.§.i. Et noxia significat deli ctū: sed delinquēs uocat̄ noxa.insti.de noxa. in gl. super verbo noxia. Vnde uersus. Noxia delictum, delinquens noxa uocat̄. Et tamē sæpe unum pro reliquo dicitur seu acci pitur: ut ibidem dicitur.

Actio de peculio, uel pecu lio tenus cōpetit ei, qui cū filio familias, uel ser uo peculium habentib. contraxit.ff.q̄d cū eo.l.i. cum seq. Quę post mortē filii, uel serui est annalis, nec non post emancipa tionem, manumissionē, uel alienationem. ff. quā do actio de pe. est anna lis.l.i. §. quandiu. ubi di citur. Quandiu filius uel seruus ī potestate est: de peculio actio perpetua est: post mortē aūt eius: uel postq̄ emancipatus, manumissus, alienatus ve fuerit: temporalis esse incipit.i.annalis: & com petit hæc actio aduersus dominum uel patrem: ut no.ff.de pec.l. i.§.uerba.

Actio de rationibus distra hendis datur pupillo ad impugnādum rationem à tutore redditā, q fortè

res

res aliquas pupilli abstulit, nec illas in li. rationũ descripsit: Dicta ex eo ꝙ rationis redditio per tutorem facta; distrahẽda .i. dilanianda & inscidenda uenia per eiusmodi actionem. l. 1. de actio. distrahen.

Actio de rebus ecclesiasticis uenditis custodib. earum datur aduersus eos qui sacras res emerunt citra formam: nulla eis actione relicta cõtra sacrosanctas ecclesias de pretio quod dederunt repetendo. Hæc actio datur in factum cum res in aliam rẽ est mutata: ut cũ ex phiala factus est scyphus. Si uerò in forma sua sit: rei uẽdicatio locum habet: si alienetur: quod ex lege datur.

Actio de superficie in rem, competit ei q̃ superficiẽ habet in alieno solo nomine conducti ad repetendũ superficiem si possederat. ff. de superfic. l. j. §. qui superficiem. in fine. & §. quod autẽ. uersi. & sanè.

Actio de tigno iniuncto datur eis cuius tignum ædificio alieno iniunctũ est ab eo qui æstimabat suũ tignũ esse. Si uerò sciens alienum is dolose fecerit id, tenetur de tigno immisso & furti, & actione ad exhibendum: non ꝙ tignũ cogatur eximere: sed quòd intersit præstare. Et hæc probantur ff. de tign. iniun. l. 1. & ff. de rei uendicatione l. in rem. §. 1. cum ibi notatis.

Actio directa est quãdo aliquid directè petitur in ius, ut ex cõmodato uel deposito, & huiusmodi.

Actio utilis est quæ datur non ex iure aliquo directò, sed utiliter & ex æquitate competit: ut in publiciana & huiusmodi, secundum Placẽ. & Azo. De ista actione utili habetur & notatur. ff. de nego. gest. l. actio. & ff. si quadr. paup. fecis. dicatur. l. pe. Et nota. ꝙ actio directa & utilis eiusdem sunt effectus: ut i l. actio præallegata. & nihil differunt, licet secundum quosdã differant, ut no. in l. ex legato. C. de leg. & plenè per Cynum in l. 1.

l.1.C.de act. & obligatio. unde directa datur secũ dùm uerba & mentem, & interdictum unde vi directum. datur tantùm contra spoliantem uel mandantem seu ratã habentem spoliationẽ suo nomine factam, quia verba & intentio prætoris hoc uolunt in hoc interdicto, sed idem interdictum utile datur ex mente tantum, de æquitate quadam, nõ uirtute uerborum. Datur etiam contra eũ qui aliàs ex iusta causa rem possidet, non tamen prædictis trib. modis: sed fortè possessionẽ uacuam intrauit, uel rẽ in domo sua inuenit credens esse suam. de quo in c. cùm ad sedem. de rest. spol. Et dicit Ang. ꝙ habens ius utile, & intentans directum, malè libellat, & quando in principio detecta fuit inceptitudo, succũbere debet.

Actio ædilitia cõpetit multis modis. Et primò, si res uendita sit redhibita propter uitiũ siue morbum. sed tamen à uenditore restituitur pretium emptori cum accessionibus & aliis quæ ædiles inhibent: & in hoc casu est perpetua. de hac habetur. ff. de ædil. edict. l. ædiles. in princ. §. 1. & finali. & l. illud. 2. ref. & l. redhibitoria. eo. tit. Secundò, competit quãdo fit, ut res uendita nõ placet, ꝙ reddatur: & tunc est temporalis usq; ad 60. dies: ut ff. eo. ti. l. ꝙ si nolit. §. si quid ita uenierit. Tertiò, competit si uenditor, non vult tradere seruum, uel mãcipium uel iumentum cum ornamento cum quo ostẽderat tempore uenditionis pro ipso ornamẽto: uel ut fiat redhibitio rei principalis ꝓpter accessoria: & tunc competit etiam usque ad 60. dies. ff. eo. ti. l. ædiles. in princ. & §. uendendi. Quartò uerò, competit quando eo loco quo iter est vulgo: habet quis canem, lupum, ursum, aprum, uerrem, pãtheram, leonem, &c. uel animal aliud qđ nocere posset: siue sit ligatum, siue solutum. ff. cod. titu. l. hi enim. & l. seq.

l.seq.Et si homo liber pe tierit:solidi ducenti præstabũtur: sin aliter ei nocẽatur, quod æquum ui debitur cõdemnabitur: ut l.qua vulgo.ff. eod.ti. sed plenius uide de his Gul.in Spec.in tract. lib. de emp. & uend.§. nunc dicendum est.

Actio empti competit emptori ad rem petendam quam emerat: in qua uenit commodum quod accessit. Et si quid in speciali pacto comprehẽditur,in hac actione attenditur: prout quisq; sibi pasciturr.ff.de act.emp.l. emptor. in prin. & insti. de emp. & uend. §. sed nostra. in fine huius contraria est actio uenditi: quæ competit ueditori ad petendum pretium & interesse & usuras tẽpore moræ, prout inter partes conuentum seu contractũ est, de ista habetur in l. Iulianus. §. ex uendito.eod. tit. & de empt.& uend. inst.in §. præalleg. sed nostra.

Actio æstimatoria, id est, actio p̃scriptis uerbis sic cognominata est actio: quæ æstimatio proponitũ gratia dubitationis tollẽdæ,quando res æstimata uendenda datur.Dubitatum enim est an ex uẽdito sit actio:an ex locato: an ex conducto:an mandati. ut si rem meam tibi do, & æstimo tibi eã decem: ut aut rem, aut decẽ reddas:si uerò plus uendas tuũ sit. ut not.ff. de æsti.actio.in rubro.& l.i.instit.de act.§.actionũ autem.

Actio ex stipulatu nascitur cùm de re certa in genere: sed incerta in specie fit stipulatio, ut institut. de uerborum obligationib.in principio. Nam si res esset simpliciter incerta: stipulatio nõ ualeret. ff. eod. tit. l. ita stipul.in princ. Et stipulatio est uerborum conceptio, ut cùm spõdes dare seruũ: uel spondes te facturum domum. Et pertinet hæc ad actiones in personam quæ oriuntur ex cõtractu uerborum. Et hęc colliguntur. ff.de act.l.i. §.i. & l.actionum gener. §.in personam.& inst.de obl.§.fin.& de actio. §.i. & uer

& uersic,nanque.cū sim.

Actio ex testamento nō solum scripto heredi competit ad petendum hæreditatem, sed etiam cōtra hæredem scriptum à legatariis, & fideicōmissariis.C.communia de lega.& fideic.l. i. Et sapit naturam actionis bonæfidei.l. in minorum. C. ex quib. caus. in integrum restit. non est necessaria. Tamen dicit Bar.q? re uera est stricti iuris:cum nō numeretur inter actiones bonefidei. in §. actionum inst.de actio.ut no. in l.huiusmodi. §. ædes. ff.de leg.i.

Actio exercitoria secūdum Azo.in sum.C. eod.ti.datur contrahentibus cum magistro nauis propter nauigandi necessitatem contra exercitorem nauis: qui magistrum naui præposuit:quem equum fuit teneri ut tenet qui institorem tabernæ uel negotio præposuit.ff.de exercitoria actio. l. 1.in princip. Hæc ergo actio non datur contra magistrum nauis : sed contra eum qui magistrum naui præposuit, scilicet in eam causam in quā præpositus est expresse uel tacite:ut in ea.l. 1.§. non autem.& §. igitur præpositio. Est autem magister cui totius nauis anchora & cura mandata est. l. 1. §.magistrum nauis.ff.eo. qui vulgari Lombardorum & Prouincialium comitus dicit:& in Theutonico & in Almanico styermam dicitur. Nec distinguitur an iste magister sit liber uel seruus maior uel minor. Et sibi imputatur qui eū præposuit:ut l.j.præallegata.§. cuius autē conditionis. Sed exercitus dicitur is ad quem obuentiones quotidianæ,autredditus quæstus & utilitates nauis perueniunt & pertinent:ut ea.l.i.§.exercitorem.siue uerus dominus nauis sit : siue à domino nauem conduxerit ad tēpus uel in perpetuum:vt dicitur ibidem.

Actio familiæ herciscundæ inter eos competit qui communem habent hæreditatem diuidendam. ff. famliæ herciscundæ.

l.i.& 2. Et dicitur actio familiæ hercifcunde .i. hæreditatis uel fubftantiæ diuidendę ẞm Azo. in fum.ut no.ff.eo.tit.in rubro. Nomen enim familiæ quandoque ponitur pro fubftantiæ & hęreditate,ut ff.de uer.fig. l.pronuntiatio. §. 1. Sed hercifco eft uerbum gręcum,idem quod diuido inde hercifcundæ,id eft, diuidendæ,ut no. gl. ff. eo.tit.in rub.

Actio fauiana & pauliana fic dictæ funt ab autoribus & earum inuentoribus, & habent locũ quãdo debitor in fraudem creditoris alienauit ea quæ obligata fuerunt creditori, ut reuocetur ipfa alienatio. Datur ẽt actio Fauiana patrono ad reuocandum alienata per libertum, uel per debitores in fraudem patroni, uel creditoris, in quą ueniunt fructus etiam poft litem conte. percepti, ut no. ff. fi q̃d in fraudem patro.l.2. & ibi per totum. Sed Pauliana datur propriè creditori ad reuocanda alienata in fraudem per debitorem,de qua, ff. quę in fraudem cred.l.i §. fi. & in l.hac in factum. In qua etiam ueniunt fructus,ut eo.tit.ait prætor §.per hãc & §. pręterea. quod intellige iuxta l.fi. §.non folum. eo. tit. de quibus ambabus. ff. de ufu.l. uideamus. 2. §. in Fauiana, & infti. de act. §.item fi qs in fraudem.

Actio finium regundorum competit pro finibus ad diftinguendum, uel ad iudicandum,ff. eo. tit.l. 2.§.iudici.& l.feq. & inter eos agitur qui agros confines hñt uel prędia. infti. de actio. §. item finium regundorum, & habet locum in rufticis prędiis tantum. ff.eo.ti. l.2.& non in urbanis,qa urbana prædia non funt cõfinia, fed uicina quia parietibus diftingui confueuere, fed confinia dicimus, quæ adeo funt ꝓxima ut nullus paries in medio interponatur. ff.eod.tit.l.fed & loci.§. hoc iudicium. cum ibi not. Vrbana prædia dñr oĩa prædia quæ habent

ædificia: etiam si sint in uilla, quia urbanum prædium non facit locus sed materia habitandi causa facta. Vnde si in urbe ędificium, causa nō habitandi, sed gratia reponendorum fructuum fiat, dicetur prædium rusticum. Sed & horti in ædificiis constituti nisi plurimum sint in reddito, uinearii forte, uel etiam olitorii, cōtinentur appellatione urbanorū prędiorū. ff. de uerb. signif. l. urbana. Rustica autem prædia uocantur agri nō habentes ædificia. Et si inter te & me cōtra quē ago finium regundorū: uia publica uel publicū iter uenit. non habet locum hæc actio: quia con finium non intelligitur, secus si riuus priuatus interuenerit, quia finium regundorum agi potest contra dominum riui. ff. eod. tit. l. sed & loci. §. fi. cum l. seq. & ibi not. Est autem hęc actio duplex, quia in ea uterque est actor, & uterque est reus. extra de probat. ex literis ff. eod. tit. l. iudicium communi diuidundo, & l. familiæ herciscundę. & l. inter cohæredes. §. si familiæ. ff. famil. hercis. Item est mixta: quia est in rem & in personam. insti. de act. §. quædam actiones. & §. itē finium regundorum. Item perpetua est, ut C. eo. l. ult. & ff. eod. l. iudicium cōi diuid. & instit. de actio. §. quædam. quod tamen non sic intelligitur, ut si uicinus meus ampliores fines ei cui uendiderat ostenderit, non possit ille qui emit, longo tempore præscribere: hoc enim falsum est, ut ff. de empto. lege 2. §. sed & si fundus, & l. qui fundum. §. si fundum. Sed si oportet intelligi secundùm Azo. ut etiā post decem uel uiginti annos locum habeat hæc actio pro finibus terminandis, quā uis de meis finibus aliquid præscripseris. Nam & si ab initio sine aliqua præscriptione hoc constaret esse tuum, agere possem ut commodius termini imponant agris, ut ita rixarum perimat

occasio, &c. Si quæras qñ incipiat currere præscriptio huic actioni, Respõdet ab eo tempore quo incepit posse hæc actio intentari. Et incipit posse intentari cum fines cęperunt turbari, & ex eo nascitur hæc actio ẽm Azo. in sum. C. eo. tit.

Actio funeraria contra hæredem bonorumve possessorem datur. ff. de rel. & sump. fun. l. at si quis. §. fi. & datur ei qui funerauit nõ ut hæres defunctum, sed causa pietatis, ut d. l. at si quis. §. sed interdum. & §. si quis, cum ibi nota. Per hãc. n. actionem ueniunt reficiendę expensę ibidem à funeratore factę.

Actio furti manifesti secũdum Azo. locum habet quãdo furrem tenens uisus uel deprehensus fuerit, siue in publico, siue in priuato, uel a domino, uel alio antequam ꝑueniat ad locum quo perferre rem destinauit. Si talis deprehendatur uel cum re uideatur, & ad eum deprehendendũ occurristi ei licet abiecto furto aufugerit, fur ti manifesti tenetur. l. si quis ĩ. §. sed Celsus. ff. de fur. nisi surripietis mutetur status, ut tu mihi surripuisti in seruitute, & manumissus in furto deprehenderis cum re furtiua, sed si tu pertuleris quo destinabas, teneris furti non manifesti, cum enim deprehenderis cum re furtiua prius quam eo loco pertuleris quo destinaueras illo die manere cum furto: tunc fur est manifestus. Hæc oĩa dñr. ff. de fur. & datur actio furti manifesti in quadruplum, insti. de obli. quæ ex delic. §. pœna manifesti.

Actio furti non manifesti competit quandocunq; prædictis modis furtum non manifestum probatur. ff. eo. ti. l. nec manifestum, & instit. de obli. q̃ ex deli. na. §. nec manifestum. Et etiam si uidisti furtum fieri: te tñ abscõdisti cum furtum faceret ne te occideret, non est manifestum. ff. eo. ti. l. si quis in seruitute. §. cæterum, & datur hęc

actio

actio in duplum.insti.de oblig. quæ ex deli.nas.§. pœna manifesti.

Actio hypothecaria, uide inst.de actio. §. item Seruiana. Et hęc actio aduocat nudam possessionē, ff.de euic. l. si cum uenditor,§.i.

Actio in factum dicitur quatuor modis, ut not. gl.in §.fi. inst.de act.

Actio in factum aduersus iudicē qui litem fecit suam,datur aduersus iudicem qui per imperitiā male iudicauit, & ideo uidetur quasi ex maleficio teneri, & inquātum de ea re æquum religioni iudicantis uidebitur pœnam sustinebit,ut insti.de obli. quę ex quasi deli.nas.in prin. & ff. de ua.& extr.cog.l.fi. Si uerò dolo malo iudicauit uerè ex maleficio obligatus actione in factum, uel actione de dolo ad omne interesse ei quem læsit & infamis est.Item tenetur crimine falsi,qđ pœnā deportationis uel ultimi supplicii cōtinet ut ff.ad l.Cor.de fal. l. i. §.& q iudicem,& §. ult. & ff.de iud.l.si filius. Item & tenetur crimine concussionis,ut ff. de cōcus.l. ult. Item ciuiliter pōt conueniri ex edicto de calumniatorib. ī qua druplum ab quem debebat dānare per pecuniā, ut ff. de calum.l.i.& 2. §.illud, secundùm Azo. probantur hæc. C. de iud.qui male iud.l. 2. & ibi no.ī gl.fi.iūcta auth. nouo iure ibidem posita.& l.si filiusfam. ff. de iudi. Iudex aūt ecclesiasticus male inductus per gratiam, uel per sordes: ab executione officii ꝑ annum est suspensus:ad æstimationem parti quā læsit,nihilominus condēnandus. Et si durante suspensione se diuinis ingesserit, irregularis est, nec cum eo nisi ꝑ sedem apostolicam poterit dispensari, ut c. cum æterni.de re iud.lib.6.

Actio in factum, de eo qđ certo loco datur: ubi aliquid est promissum dari certo loco: si iudicium in illo loco cōstitui non possit introducta.n.est quædā actio ar

bitraria, ut possit etiā in
alio loco agi. Prætor in.
iniquum esse arbitratur
non posse conueniri de
bitorem in alio loco q̄
in loco destinato solu
tioni, & hęc actio arbitra
ria ex sui natura est stri
cti iuris, in qua habita
consideratione aliarum
actionum stricti iuris qę
q̄d esset omissum, debe
ret haberi omissum, tñ ī
illa uenit etiam quicq̄d
ęquum & iustum uisum
fuerit religioni iudican
tis: & ꝑp hoc appellatur
hæc actio arbitraria irre
gularis: quia contra na
turā aliarum actionum
stricti iuris est, gl. in rub.
ff. de eo q̄d certo loco.

Actio in factum de dolo,
& furto eorum quorum
ministerio q̄s cauponā,
aut nauem, uel stabulū
exercet: datur aduersus
eos qui p̄sunt cauponæ,
aut naui, uel stabulo: qui
q̄m officio malorum ho
minum utuntur, in du
plo tenentur q̄d dolo
aut furto eorum cōmis
sum est in his rebus quas
saluas fore receperunt.
ff. nau. cau. stab. l. j. ī pri.
& §. idem Pōponius. & l.
& ita. §. idem, & §. ait p̄
tor. iuncta l. fi. §. hac au
tem actione. & ff. fur. ad
uer. nau. cau. sta. l. j. inst.
de obl. quę ex delic. uas.
§. item exercitor.

Actio in factum ex edicto
prætoris de alienatione
iudicii mutādi causa fa
cta, datur ei ī cuius frau
dem & illusionem facta
est alienatio: & suis hæ
redibus aduersus eū qui
rem alienauit: quem ad
interesse conuenit quāti
interest actoris corā ordi
nario, uel delegato, de
qua Goff. in summa de
alie. iud. mutan. cau. fac.
c. i. extra eo. tit. in gl. Ces
sat aūt hæc actio s̄m Ho
sti. in sum. extra eo. q̄n is
q̄ alienauit: eandem rē
recuperauit. ff. eod. ex
hoc. §. si quis. Idem si res
non erat petitoris: uel si
mortua est sine culpa, ni
si si quid actoris intersit
rōne quęstus, uel acces
sionum, uel expensarū.
ff. eod. non solum. §. hęc
actio. & de noxa. actio.
electio. §. si is. Itē si reus
paratus sit subire utile
iudicium, quod est in

telligendum qñ: eandē causam promittit se prę statarum: puta promittit se restituere sub maxima pœna, alias si diceret rem non restituā, qa nec habeo sed quanti inter erit tua: uel quanti in litē iuraueris secus esset, nam & si hoc nō offert, tenetur ad idē, cum dolo desierit possidere, ut ff. de rei uen. sinautem, §.1.& l. is qui dolo.

Actio in factum ex iuramēto, per quam quæritur an actor iurauerit, secundum quosdam datur ei, qui cum peteret rē suā, delato sibi iureiurando ab aduersario, eam suā esse iurauit. Ab eo.n. rē suam petit actione in factū, qui iurauit suam esse. ff. de iureiuran. l. nam & postea §.i.& §.fi. Si uero rem suā sibi traditam postea amisit, & ille qui detulit iurm̄: eā nactus sit: aduersus eum publiciana cōpetit actio ff. de public. actio. l. cum qui. §. si petenti. ubi dicitur. Si mihi petenti rem: iurm̄ detuleris, iuraueroq. rem meam esse: cō petit mihi publiciana aduersus te: tñ qo hoc debeat intelligi: ibi notatur plene. & solet iusiurādum referri ei qui detulit. C. de reb. cre. l. gnaliter. §. omne igitur, uer sic. sed iuramento.

Actio in personam dicitur condictio, quando contendis aliquem dare, aut facere tibi oportere. Qñ uero agis, ut restituatur tibi res tua & speciale nomen accipit, ut in deposito dicitur simpliciter actio personalis, & non condictio. Hoc autem nomen condictio inde descendebat, quia olim iudicia erant ordinaria, & certa uerba: & quæ oportuit condici, .i. simul dici ut si quis caderet à syllaba, caderet à tota causa. Sed postea illæ solennitates in dissuetudinem abierunt: attñ nomen remansit, ut adhuc personales actiones quæ solennibus uerbis interpretabantur, condictiones uocentur, & hæc colliguntur insti. de act. §. appellamus, cum ibi no. & ff. eo. tit. l. actio. ge

nera. Et harum actionū genera quædam nascuntur ex contractu: quædā ex quasi contractu, quædā ex maleficio, & quasi male. insti. de obli. §. sequens, & de actio. §. omnium. Require. s. de omnibus his, in uerbo actiones ex contractu.

Actio in rem, dicitur uendicatio rei. s. quando dicis rem de qua agitur tuam esse, & aduersarius dicit. uel ostendit ipsam rem esse suam. ff. de act. & oblig. l. actionum genera. & insti. eo. tit. §. appellamus. Et harum actionum alia est directa in rem actio, ut rei uend. actio confessoria, & negatoria. Alia est actio in rē utilis, quę sunt actiones de dominis nō directę, sed utiles quę ex ęquitate dantur q̄nque non dominis, ut sunt publicianę q̄ ex diuersis causis competunt. Et actio per quam quæritur an actor iurauit, & actio in rem de supficie: & actio Fauiana & Pauliana, & Caluisiana, & actio in rē quæ competit inter dominium tabulæ & pictorem. Sunt & alię in rem actiones in quibus non de dominio, sed de pignore agitur, sicut seruiana & quasi Seruiana, de quibus uidere loco suo. Et nota, ꝙ actio personalis nō sequitur fundum. ff. de cōtrah. empt. & uendi. l. Titius. §. Lucius Titius. ff. ad Treb. l. j. §. si hæres. ff. de iud. l. si fideic. §. tractatum, & ff. de alie. iud. mu. cau. fac. l. 3. §. opus, in gl. per Dy. in l. fin. ff. de no. ope. nu. Item actio personalis est ita affixa ossibus creditoris ꝙ in alium transferri non potest nisi fictione iuris, ff. de peculio, l. quis ergo.

Actio iniuriarum cōpetit ei qui iniuriā passus est, ut not. insti. de iniu. in rubrica contra eum qui ītulit iniuriam, uel inferri procurauit, inst. eo. ti. §. non solum, & pulsauit uel uerberabit uel famosum carmen ad alterius contumeliam scripsit, uel quoquomodo iniuria aliquem affecit, insti. eo. tit. §. iniuria. In qua iudex

iudex condemnabit quã ti actor iurauerit se noll le illam iniuriam susti nuisset præmissa tamen iudicis taxatione, instit. eo.tit.§.pœna. ff. eo.tit. l.const. Quidam enim dicunt ꝙ iurare debet potius uelle de suo per didisse tantum, uel tan tum quàm talem iniu riam sustinuisse. Et hoc uidetur approbare Ho sti.in sum.tit.de iniu. & dam.dato.& Spec.eo.ti. Alii dicunt, qꝫ sufficiat eum iurare sic, ꝙ nollet lucrari tantum, uel tan tum pro eo quod talem iniuriam sustineret, uel sustinuisset. Primum ta men uidetur uerius. Et actio iniuriarum ex pa cto non nascitur, sed ex contumelia.l.sed si vnus. §.si pactum, ff. eo. tit. & dissimulatione aboletũ. Nam si quis iniuriam re liquerit, hoc est si statim passus ad animum non reuocauit, postea ex pœ nitentia remissam iniu riam non poterit reco lere, l.non solum, §. i. ff. de iniu.& neque in hęre dem, neq; hæredib.dat.l. iniuriarũ actio.ff.eo.tit.

Actio inofficiosi testamen ti, inofficiosæ dotis uel donationis, uide infrà in uer.Querela.

Actio institoria secundùm Azo. datur contra illum qui prępostuit aliquem stationi uel negotiatio ni gerendæ contrahenti bus cum præposito in eam causam in quã præ positus est expressim uel tacitè. ff.de instit. act. l. 1.& 2.& l.quicunque. §. non tamen, cum ibi no. & dicitur institoria ab institore pręposito, quã uis exercitoria nomine tur à præponente, insti. quod cum eo.§.exercito ria, & §. seq. Nam insti tor dictus est ex eo ꝙ ne gotio gerendo instet, nec refert an tabernis sit præpositus, uel cuique alteri negotiationis, ut dicta l. quicunque. & l. institor.

Actio legis qd esset apud antiquos, exponit elegã ter Alc.in l.pecuniæ uer bum. §. actionis, de uer. sig. & Bud. l. 4.de adop.

Actio legis Aquilię duo cõ tinet capita uel tria, li cet

cet vnum non sit in usu, ut ff.eo.tit.l.si seruus ser uum,§.huius legis. & in stit.eo.ti. Primum caput est de seruis occisis uel quadrupedibus quæ nu mero pecudum continē tur,ut in l.lege Aq.ff.eo. tit.ubi dicitur de anima lib. quæ gregatim habē tur & pascuntur: sicut oues,capræ,& equi, mu li,& boues,& asini, & se cũdum Labeonem sues: sed non canes. Et longè minus bestiæ,ursi, feræ, & leones,&c.sed elephã tes & cameli quasi mix ti sunt. Et ideo primo ca pite eos contineri opor tet: quo casu tanti sit cõ demnatio quanti pluri mi ipsa res ualuit anno præterito,ut in d.l. lege Aquil.ff. eo.tit. & instit. eo.tit.in princ. Secundũ caput in dissuetudinem abiit. Sed tertium caput huius legis est de eis vul neratis feris bestiis occi sis: cæterisque rebus ru ptis ut ueste, uase, & si milibus. Quo casu quis condemnatur qui dam num dedit: quanti res fuit triginta diebus re tro: rei pretium & ualo rem æstimando, ut d.l. si seruus seruum,§. 3. au tem capite,& insti.eo.§. capite tertio, cũ §. seq. Et in hac actione si quis damnum se dedisse in ficiatur.i.negat condem natur in duplum.ff.eod. l.2.§. i. dicitur aũt lex Aquilia ab Aquilio ple bis tribuno.

Actio mãdati directa com petit mandatori & eius heredi ff.eo.tit.l. si uerò §.fin.& l.si mandato Ti tii.j.responso, & §. i. & econtra mandatarium uel procuratorem post mandatum susceptum, ff.eo.l.si uerò non remu nerandi,§.i.Et inquantũ interest id factum esse, quod mandaui: puta mandaui ut fundũ eme res:si mea ĩtererat emi, teneberis post mandatũ susceptum.tamen si eun dem fundum ego ipse emo uel alius mihi, ne que interest aliud: cessa bit hæc actio ſm Azo nem,ff.eodem titulo. l. si procuratorem. §. man dati actio.

Actio mandati contraria .com

competit mandatario, ff.eo.tit.l.si uerò non re munerandi.§.contrario. uel procuratori ad expẽsas aduersus mandatorem quatenus fines non est egressus. Si uerò aliquid erogauerit utiliter in eo non habet mandati iudicium,sed tantum negotiorum gestorum fm Mar.licet Ioan.& Accursi. contra prout legi. & not. Insti. eo. tit. §. is qui.& ff. eo. l si pro te. cum l.sequenti. in prin. & C.de neg.gestis. l.finali.in gl.ultima. Si uerò mandauerim tibi ut mihi fundum emeres:etiã si nondum pretium solueris ages mecum mandati, ut suscipiam obligationem qua teneris uenditori. Nam & ego agere possum ut cedas mihi actionem empti. ff.eo.ti.si mãdato meo. primo responso. Competit ergo breuiter actio mandati directa contra illum qui mandatum suscepit adimplendum cũ primo cogi non posset ꝙ susciperet mandatũ, inquantũ interfuit mandatoris factũ fuisse qđ mandatur. Et rursus ipsi mandatario qui mandatum suscepit, competit actio mandati contraria ad impẽsas si quas fecit rõne mandati suscepti si fines mandati non excessit, sed si mandatum excessisset in expensis factis non repetet ipsas per huiusmodi actionẽ.

Actio natiua quae, uide Actionum xiij. species infra.

Actio negatoria. Require supra actio confessoria.

Actio negotiorum gestorum duplex est: scilicet, directa, & contraria: unde negotiorum gestorum directa est qua agit dominus rei gestae contra eum, qui negocia eius gessit, ut administrationis rationem red dat, ut puta si ego fui absens. & negotia mea cœperunt esse deserta, & malè se habebant, tu hoc uidens absque mandato a me recepto mei cõtemplationes ex amicitia quã ad me habes: gerebas negotia mea: mihi datur haec actio negotiorum.

gotiorum gestorum di recta: ad hoc ut reddas mihi rationem administrationis, ut ff. de neg. gest. l. 2. & inst. de oblig. quæ ex quasi contr. nas. §. 1. & §. sicut.

Actio negotiorum gestorũ contraria cõpetit illi qui sine mandato se immiscuit alienis negotiis gerendis aduersus dominũ negotiorum gestorũ ad repetendum expẽsas negotiorũ gestione factas. Et ueniunt omnia quæ expendit de suo necessario, uel utiliter, nõ tamẽ uoluptuosè: & hæc colliguntur. ff. eo. ti. l. 2. cum ibi not.

Actio noxalis ẽm Azo. dicitẽ actio quæ nascitẽ uel oritẽ ex delictis seruorum. ff. eo. tit. l. 1. & instit. eo. tit. in princ. & dicitur noxalis à noxia: quod significat ipsum delictum: uel à noxa, quod dicitur ipse delinquens. Versus. Noxia delictum: delinquens noxa uocatur.

Actio pauliana, uide suprà Actio fauiana.

Actio psonalis, requirere infrà in uer. Actionũ q̃dã.

Actio pignoratitia directa competit debitori cõtra creditorem. instit. quib. mod. re contrah. obl. §. fi. uel contra eius tutorem, uel curatorem, si pignora acceperunt. ff. eo. tit. l. solutum. §. fi. & habet locum soluto debito, uel aliter satisfacto, quemadmodum uoluit creditor, licet non sit solutum: ut si pignora alia data sunt creditori, ut à primis recedat, uel fideiussores si ue res aliæ, uel pretium: uel etiã nuda conuentio sine pretio uel pacto. Quoties enim vult creditor recedere à pignore, uidetur satisfactum, si ut ipse uelit, uel uoluit cautum est licet in hoc deceptos sit sui facilitate, secundùm Azonem. ut ff. eod. titu. l. si rem. §. omnis. & l. si necessarias. §. si unus.

Actio pignoratitia contraria datur creditori contra debitorem & datur ad multa. Si enim decipiatur à debitore, uel ipsa re, uel eius proposito: quia obligauit ei rem alienam uel alii pignoratam:

tam:tenebitur ei debitor pignoratitia cōtraria.ff. eod.tit.l.tutor.§. contrariam. iuncta l. si quis in pignore.§.fi.& si debitor malitiosè uersatus sit, obligando æs, uel stannum pro auro uel argento. ff. eod. titu. l. 1. §. si quis. & in §. præall. l. si quis in pign. 2. resp. uel si obligauit seruum per quem damnum datum est: puta furtum uel aliud huiusmodi: & hoc si sciuit tenet insolidum, id est in totum, secus si ignorauit:quia tunc liberabitur noxæ deditione: scilicet, dando seruum pro noxa. In his competit hæc actio secūdùm Azonem & alios. Hæc probantur. ff. eodem titulo. l. si seruus pignori. Item secundùm Azonem agit creditor actione pignoratitia: si seruos pignoratos artificiis instruxit: si cœperant imbui antequàm sibi pignorarentur: uel debitoris uoluntate creditor eos instruxit.Sed si nihil horum intercessit, si quidem artificiis necessariis eos instruxit: secundùm Azonem erit actio contraria.ff. eodem titulo.l. si seruus.

Actio pignoratitia utilis, secundum Placen. datur ei qui impignorauit rē alienam sine consensu domini: & postea dominus pignoris factus est. ff.eo.tit.ff.rem alienam. & ff.de pigno.l.1. §. 1.& l.si Titio. cū seq. & tam directa, quàm illa dantur principali & suis hæredibus: & contra hæredes creditoris: ut potest probari.insti.de perpe. & tēpor.actio.§.non omnes. & ff.de actio. & oblig. l. 1. §. creditor. & instit. quib. mod. re. contrah. oblig.§.fin.

Actio popularis est quæ ius suū populo tuetur, & competit unicuique de populo. de actionib. popularib.uide gl. rubr. ff.eod.tit.

Actio prȩscriptis uerbis ex contractibus innominatis descendit.: ubi, scilicet, ciuilis causa subest sufficiens ad actionē introducendā: & cùm negotiū nō cadit ī certū & speciale

speciale nomen contractus, nec causa huiusmodi actionis exprimitur: sed hæ actionis exprimuntur sic: do ut des, facio ut facias, do ut facias, facio ut des. Ex quibus nascitur actio præscriptis uerbis nominata; aliàs ciuilis, quando mihi aliqd adest, uel abest, uel absuturum est; nec tibi adest nec affuturum est: aut mihi non abest: nec tibi adest: aut si nec tibi adsit: nec mihi absit, & cesses implere quod conuenit inter nos: ego autem si feci, in subsidium intentatur actio de dolo. Nam ubi unus cessat implere quod i se est quod promisit altero implere: locum habet hæc actio.

Actio præscriptis uerbis, quib. casib. competat, uide pulchram glo. in rub. ff. eodem ti. & in §. actionum autem in uersic. ex permutatione. instit. de actio.

Actio ꝓ socio quę ex utraque parte directa est, cōpetit pro usufructu quē solus alter sociorum percepit, uel si dolum commisit in rebus communibus. Nam locum habet quando duo ineunt contractum societatis. Et si aliquis sociorum malè & dolosè uersetur, tunc alteri contra eum datur hæc actio. Nascitur autē hæc actio demum societate finita, quæ finit plurib. modis: prout sequitur Azo in summa eod. titulo.

Actio pro tutelę directa cōpetit ei, cuius negotia gessit quispiam quasi tutor, qui tutor non erat. Contraria datur illi qui existimās se tutorem alicuius, tanquam tutor eius negotia gessit, ad repetendum si quid necessario uel utiliter in rem pupilli expenderit. l. 1. & toto tit. ff. de eo qui pro tu.

Actio publiciana ex æquitate datur ei qui rem bona fide emit à non dño: & rem sibi traditā bona fide cepit: credens uendentem tpe uenditionis & traditionis dominum esse: & sufficit emptori habuisse bonā fidē, licet uenditor

uenditor malam fidem habuerit: & callido consilio uendiderit, ut ff. eo. l. eum qui. §. prætor ait. Si ergo talis emptor ante completam usucapionē à possessione cadit, petat rem à possessione iure quasi dominii. Et appellatur actio publiciana a publico autore qui eam inuenit. instit. de actio. §. aliæ. Ad hoc ut autor obtineat, oportet istum probare iustum titulum, & rem sibi fuisse traditam, & bonam fidem habuisse tempore emptionis & uenditionis, (quod præsumitur nisi contrarium probetur) & quòd credat modo uenditorem uel donatorem tempore contractus dominum non fuisse, aliàs publiciana non competeret. Permittitur autem tali uenditione, ac si usu cepisse uendicare: nisi fortè uerus dn̄s possideat, quia exceptio ueri dominii publicianam excludit. Si autem post usucapionem à possessione cadat: tunc non competit publiciana: sed ciuilis actio uel rei uendicatio: secundùm quosdā utilis, secundùm quosdam directo. ff. de publ. l. 1. De hac materia uide not. per Io. And. de senten. & re iud. c. Abbatè sanè lib. 6. in glo. ubi dicitur, quòd rei uendicatio & publiciana non sunt cōtraria, sed aduersa: cùm ad eundem finem tendunt. secus cùm tēdūt ad fines diuersos.

Actio publiciana rescissoria dat ei, cuius res, quā à non domino emit credens eum dominum ut supra, usucapta est, cùm absens erat causa reipublicę, uel studii, uel peregrinationis, uel legationis ciuitatis, uel causa appellationis prosequēdæ, uel testimonii ferendi, uel quia in captiuitate fuit, uel alia causa necessaria fuit abs̄s. Licet enim pp necessariā absentiam infrà annū postquam reuersus est rescindere usucapionem, ut dicat aduersarium non usucepisse, qui usucepit per auxilium prætoris. A

hoc

hoc auxilium sibi datur. Si autem uerè fuit dominus rei tunc compe tit ei uendicatio rescissoria. Si uerò res talis erat pignori obligata, competit etiam hypothecaria rescissoria, & hoc in realibus actionibus. In actione autem personali conditio rescissoria. De hac materia uide Gul. in Spec. de in int. restitu. in tract. libellorũ super uerbo, sed scias, & sequenti. & glo. 1. in uerbo, dominii uel quasi, circa medium in c. Abbate sanè. de re iu. lib. 6.

Actio quanto minoris quędam est prætoria, quædã ciuilis. Prætoria locũ habet cùm quis emit animal, uel seruum morbosum, seu uitiosum, qui propter morbum uel uitium minus ualet quàm emptus sit. & daẽ ad petendum id, quod minus ualet: puta si res nõ esset uitiosa uel morbosa, ualeret uiginti nunc autẽ ualet quindecim, proponitur hæc actio ad petẽdum quanti minoris interfsit emptoris. Hoc autem scies, quòd de uitio nũquam tenetur uenditor nisi in tribus casib. Primus est, quãdo nominatim promisit, & tunc agetur ex stipulatu. Secundus est, quando sciebat seruum habere uitium & emptorem non admonuit, & tunc tenet ex empto, uel ꝙ redhibeatur, uel ꝙ amittere teneatur. Tertiò, si uitio animi sit admixtum uitium corporis. Datur autem infra annum utilem. Sed ciuilis actio quanti minoris compe tit quando librum uel aliam rem uitiosam uel morbosam emit ꝓpter quod res minus ualet & agitur: quanti minoris esset empturus. De hac actione nihil dicitur in arbore actionum: sed de prætoria solùm. Vide similiter de hac materia in Specul. in tit. de emp. & uenditio. §. nunc dicendum, uersic. est & alia actio.

Actio quasi seruiana quæ etiam hypothecaria dicitur, prætoria est, per quam

quam rem mobilem, uel immobilem tibi pignori obligatam quam possidet aliquis, siue sit debitor siue alius poteris ab eo euocare seu petere, & est actio in rem utilis, & datur creditori ad persequendum pignus hypothecamve. uide de hoc insti. de actio. §. quasi seruiana.

Actio quod iussu perpetuo datur contra patrem, uel dominum, quorum iussu cum filio uel seruo aliquis contraxit, siue dirigatur iussus ad contrahentem, siue ad seruum. Nec est in ea opus uerbis aut scriptura, uel ut distinguatur secundùm Azo. an uideatur iussus uel iussio specialiter in uno contractu, an generaliter, ita ꝙ uolens cũ seruo meo contrahere securè possit. Videor enim omnia iussisse nisi lex certa .i. conditio uel pactum contrarium prohibeat. Habet ergo locum actio quod iussu quando domino uiuente uel patre seruus uel filius contraxit, quia hac dominus, uel pater eo quod iussit tenebitur.

Actio quod metus causa datur ei qui probabili uel iusto metu coactus rem suam uendidit, tradidit uel promisit, aduersus eum qui metum intulit: sed infra annũ erit quadrupli propter contumaciam nolentis rem restituere iussu iudicis ante lit. conte. Post annum uerò simpli. ut in l. si cum exceptione. j. responso. & §. post annũ. ff. quod met. cau.

Actio rei uendicationis est qñ dicis rem corporalẽ esse tuam, ut hunc seruum, hunc equum, hanc uestem. Alia dicitur uendicatio quam legistę nõ habent, quæ datur pro re incorporali, ut no. per doctor. in cap. examinata. de iudic.

Actio rescissoria, triplex est, ut supra de publiciana rescisso.

Actio redhibitoria datur emptori cõtra uenditorem, ut seruũ uel animal morbosum recipiat, & pretium restituat, &

 datur

datur infra sex menses utiles, quia hæc actio tãtum sex mensibus durat ut.ff.de ædil. edict. l. 1. uerbi gratia. Si uendis mihi animal morbosũ latẽtem morbũ habens, uel aliam rem uitiosam tali uitio, quod uitium si sciuissem nullo modo emissem, mihi datˀ actio contra te ad hoc ꝙ precium receptum restituas infra sex menses, & rem tuam morbidam uel uitiosam reassumas.

Actio rerum amotarum competit marito aduersus uxorem de rebus cõstante matrimonio causa diuortii ablatis. Datˀ autem post diuortium, & continet rei persecutionem. Sed si pendente judicio reintegretˀ matrimonium, soluitur iudicium rerum amotarũ, & si redintegratio matrimonio iterum fiat diuortiũ, remanebit actio rerum amotarũ ob res amotas prioris diuortii causa, & ĩ quo casu actio furti daretur contra extraneum in eodem casu actio rerum amotarum locum habet, dummodo illa concurrant .s. ut res mariti dolo malo amoueantur, & econtra. Item ꝙ fiat amotio constante matrimonio, uel ut aliquid fiat, quod pro amotione habeatur. Itẽ quod fiat causa diuortii. Datur etiam hæc actio contra patrem filio uel filiæ, quatenus ex ea re locupletior est factus, uel de dolo malo eius factum est quominus fieret. De hac materia uide not. per Azo. in sum. eo. tit.

Actio rei uxoriæ sublata est: in cuius locum surrogata est actio ex stipulatu, quę datur marito uel eius patri ut dos reddatur. Si enim a datione dos inciperet, hæc actio locum nõ haberet, licet quidem dicunt contrariũ, ut dicit Azo in sum. eo. tit.

Actio reuocatoria datur in eos, quib. alienata fuere bona debitoris in fraudẽ creditorum, uide supra. Actio fauiana, & in §. item si quis in fraudẽ. insti. de actio.

Actio

Actio seruiana domino fundi uel domus cōpetit ad persequendas res conductoris pro merce de domus quasi pignoratas, quæ quamuis non conuentione pignorentur, tamen iuris constitutione obligantur tacitè ꝑ locatione iure pignoris in vrbanis prædiis inuecta & illata, in rusticis uerò prædiis fructus tantum. De hoc uide in §. item Seruiana. instit. de actio.

Actio serui corrupti competit non solum aduersus eum cuius hortatu, uel consilio seruus corruptus uel deterioratus est, sed etiam contra eū noua lex datur qui sollicitauit seruū, licet bonos mores eius corrumpere non potuerit. Hæc autem actio in duplum habet condemnationē, .s. quanti deterioratus est seruus quantive res fuerit a seruo sollicitato subtracta, & tenetur qui corrumpit: siue ex bono malum, siue ex malo deteriorem fecerit. De hoc in l. si quis seruo alieno suaserit. C. de fur. ubi casus de hoc.

Actio stricti iuris, require infra actionum quædā, & de excep. in c: cum uenerabilis, uide instit. de act. §. actionum autem.

Actio subsidiaria dicitur, quia in subsidium & auxilium alterius, quę inefficax facta est datur, ut si tutor res pupilli alienauerit, uel male administrauerit, & ipse tutor & eius hæres sint nō soluendo .i. nō sufficientes ad soluendum pupillo, datur actio cōtra illum ad quem res eius alienatæ sunt.

Actio tributoria datur creditoribus, qui cū seruo aut filiofamilias contraxerunt in merce peculiari, ut distribuatur pro rata crediti inter illos, & dn̄m seu patrē illius cū quo contraxerunt. §. 2. insti. quod cum eo.

Actio tutelæ subsidiaria cōpetit pupillo quando, nec tutor nec hæres soluere habet, contra eum cui iura tradita sunt a pupillo, ut cautionem exigat a tutore indemnitate

tate pupilli, quando uel nullam uel parum idoneam admisit cautionẽ.

Actio tutelæ directa datur aduersus tutorem ipsi pupillo in quantum conuenit si tutor in reb. pupillarib. damnum dedit dolo uel culpa ipsi pupillo.

Actio tutelę contraria cõpetit tutori aduersus pupillum, si in rem eius aliquid de suo impendit, uel pro eo fideiussit, aut rem propriam impignorauit, uel obligauit pro pupillo.

Actio uenditi cõpetit uenditori ad petendum pretiũ & usuras ex tpe morę. Et si aliquid speciali pacto comprehenditur, prout is sibi paciscitur, uel inter pares conuentum est. Et huius contraria est actio empti, quã uide supra.

Actio ui bonorum raptorũ de rebus mobilib. ui surreptis dat̃, & cui res mobiles per uiolentiã sunt ablatę, & competit restitutio infra annum ad quadruplum, ita ꝙ in quadruplo contineatur ei restitutio, & hęc est uis ablatiua.

Actio utilis, uide supra Actio directa.

Actionum quędam sunt in rem, & quædam in personam. Actio in rem dicitur uendicatio rei, qñ s. dicit aliquis rem qua agitur esse suã & aduersarius dicit cõtrariũ. Qñ ergo petis rẽ aliq̃ ut tuã, rei uendicatione, tunc agis actione in rẽ. Actio uero in personam cum petis ab aduersario aliquid tibi dari uel fieri.

Item actiones quædam bonæfidei dñr, quędam stricti iuris. Actiones bonæfidei dicũtur nõ ideo quia in eis debetur seruari bonafides, quia ẽt bonafides seruatur in actionib. stricti iuris, sed dñr bonæfidei ideo qa maxime exuberare debet bona fides inter contrahentes in eis, & ultra id etiam ueniunt omnia antecessoria, & ea de qb. nihil est cogitatũ, ut in actione empti uel uẽditi, uenit ẽt id qđ expresse non est actum, uideli cet à tpe moræ qui alteri

ri nō reddit illud ad qđ tenetur de natura cōtra ctus,ueniunt damna, & interesse quæ debent restitui, & sic in eis multū exuberat officium iudicis pinguius q̄ in actione stricti iuris.Sunt autē actiones bonæfidei. 17. quæ enumerantur insti. de actio.§.actionum. & ponuntur in gl. de exceptio.c.cum uenerabilis. Aliæ uero dñr actiones stricti iuris, ut actio ex mutuo, ex stipulatn ex arbitrio, & consi miles. Et in istis nō uenit accessorium, nec ea de quibus non est cogitatum, ut no. Batt. in gl.præal leg. Nec in his a tp̄e moræ qui alteri non reddit illud ad quod tenetur de natura contractus ueniunt damna, & interesse quę debent restitui. Item actionum realium aliæ competunt pro rebus incorporeis,& sic habet locum rei uendicatio. Aliæ pro incorporalibus & pro seruitutib. acquirendis, seruiendi, & patiendi,& sic competunt duæ actiones quarum una uocatur confessoria,alia negatoria. Item nota ꝙ actiones ꝑsonales usque ad metas 30.ann.extenduntur, ut C.de consti.pecu.l. 2. & C.de præscr.30.ann.l. sicut.Reales autem usque ad metas quadraginta annorum; ut C.de luit. pig.l.2.& ī gl. de utroq; casu.Est ergo (ut clarius dicatur) actio realis quæ obligatum eum contra quem dirigitur non supponit. Sed ideo competit: quia quis contendit restituere contra quem talis actio dirigitur. verbi gratia. Intrasti domum meam uiolentes, ego peto possessionem meam quam occupas: tu nullo iure mihi obligatus es: nec aliquid mihi promisisti: nec tecum contraxi: sed tantum te conuenio, quia res mea apud te est. Sed corporalis actio pręsupponit debitorem cōtra quem dirigitur,obligatum esse ex contractu uel maleficio, seu ex uariis causarum figuris. Et ista datur etiam ad

rem sed præsupponit obligationem personæ ut uendidisti mihi librum, uel locasti mihi domũ, tu mihi obligaris ex contractu licet agam ad rẽ, scilicet librũ uel domũ.

Actionum aliæ sunt particulares, aliæ uniuersales. Particulares dicũtur quę dantur ad res particulares uel singulares, non autẽ ad id quod est uniuersum uel generale, ut si peto uestem, & ago rei uẽdicatione uel alia actione particulari, seu peto decem quæ tibi mutuaui, & harum actionum aliæ dicuntur reales, ut quia competunt ad rem, & non dicunt personam obligatam. Aliquæ uero dicuntur personales, quia non ad rem: sed in personam diriguntur, ut si ago ex empto, uel actione ex mutuo, dico enim personã obligatam, & non rem nec pecuniam, & prosequere latius, ut instit. de actio. in princ. Actiones uniuersales dicit Innoc. in c. conquerente, de off. ord. ꝙ sunt quatuor, quæ omnes competunt pro hæreditate tantum, cuius nomine comprehenditur uniuersum ius defuncti. l. nihil aliud. ff. de uer. sig. & sunt istę petitio hęreditatis, familię herciscundæ, actio ex testamento, quę datur pro hæreditate ex trebelliano restituenda, & actio ex empto quę datur quoties tota hæreditas emitur, & licet ibi dicat Inno. ꝙ sunt quatuor, intellige de istis de quib. iura faciunt mentionem aperte, sed multæ aliæ possunt dici uniuersales ad similitudinem harũ quatuor, ut quando petitur uilla seu castrum, ut sentit idem Innoc. in c. cum ad sedem. de restit. spol. & clarius per Bart. in l. i. ff. de eden. Item quando petitur ecclesia cum pertinentiis suis, ut est gl. in c. significantib. de lib. obla. & Innoc. in d. c. cum ad sedem, & in c. eam te. de rescrip. Vel dic melius secundum Bar. in d. l. i. ff. de edend. ꝙ actio uniuersalis potest intelligi quando datur

tur ad aliquid quod de sua significatione multa in se uniuersaliter continet, siue sit uniuersitas iuris, ut hæreditas uel bon.poss. & similia: siue sit vniuersitas facti, ut peculium, de quo tamen dicẽdum est, ut l.4. ff. de pecul. Actio uero generalis ex eo dicitur, ut dicitur in d. c. conquerente. quia competit ad id, quod sub se cõtinet plura capitula, non tamen uniuersum, ut est actio negotiorum gestorum, tutelæ &c. Nam multa potuit habere defunctus quæ non peruenerunt ad filium, sed continet sub se multa capitula, ut administrationẽ frumenti, uini, olei, & similium, secus autem si ex se & ex proprio significato non continet plura, seu uniuersitatem, tunc enim licet petantur plura bona, non tamen dicitur petitio uniuersalis, uel generalis, uide Panormitanum in dicto capitulo significantibus, num.18.

Actionum 13. species enumerat glo. in §. sunt prætere a. Insti. de actio. quibus adde, actionum alias esse natiuas, alias datiuas. Natiuæ sunt quæ habent materiam sufficientem præexistentẽ, à qua oriantur. Datiuę uerò quę eiusmodi materia carens quod declarat Bar. in l. iuris gen. §. 1. ff. de pactis præterea actiones quędam criminales sunt, quædam ciuiles. de quibus infrà in uerbo, iudicia priuata.

Actiones ciuiles, quæ sunt, & quot: require in Specul. ti. de act. & exceptione propo. §. postremò.

Et nota, ꝙ quandoque distinguitur actio ciuilis contra criminalem: & tunc idem est quod actio intẽtata ꝓ aliquo interesse. Qnque distinguitur contra ꝑtoriã & tũc idẽ est quod actio descẽdens ex aliqua parte iuris ciuilis ueluti l. senatusconsulto, constitutionibus Imperatorum secundũ gl. Insti. de ꝑpe. & temp. act. in prin. Prætoria aũt dicitur, ut infrà actiones prętoriæ.

Actiones ex cōtractu, sunt de actionib. in personā instit. de actio. §. 1. quæ nascuntur ex pacto, siue obligatio surgit ex re: ut condictio certi, de nu merata pecunia, condi ctio certitudinalis, con dictio ob causam, actio commodati, depositi, pi gnoratitia. de quib. om nib. suo loco dicemus. si ue et cōsurgit obligatio est uerbis sicut ī actione ex stipulatu qn̄ res icer ta in stipulationibus de ducta est. Siue et oriatur obligatio ex literis, de quib. condictio odio de sidiæ dat̄ in eum, qui cū spe futuræ numeratio nis scribit se debere qđ ei non est numeratum. Numeratione autē non secuta infra biennium non repetit chirogra phum. Et est introducta & exclusa exceptione nō numeratæ pecuniæ. cum minime cogatur soluere quod scripsit se habere. Siue etiam oria tur obligatio ex consen su, ueluti empti, uendi ti, locati, cōducti, pro so cio, mādati, præscriptis uerbis, & actio constitu tæ pecuniæ, necnō actio in factum de iureiuran. Et de his actionib. in ꝓ priis locis secundum or dinem patebit. Et istæ sunt species actionū in personam quę oriuntur ex contractu, siue re, uer bis, literis, aut consen su obligatio oriatur, de quibus unde ff. de act. & obl. l. 1. & 2. de inst. de obligatio. §. 1. cum §. & tit. seq. usq; ad ti. de obl. quæ ex quasi contractu nascuntur.

Actiones ex quasi contra ctu sunt de actionib. in personam. instit. de act. §. 1. cum ibi nota. quæ ne que ex pacto, neque ex maleficio oriuntur, sed tamen maiorem habent conuenietiā & affinita tem cum pactis, quam cum maleficiis. De his actionibus uidendū. ff. de actio. & obligatio. l. ex maleficiis. §. si quis ab sentis. & §. seq. & instit. de obligatio. quę ex qua si contra. nasc. & de sin gulis exposuimus nomi natim supra suis locis.

Actiones uel obligationes

ex maleficio sunt actiones in personam. inst. de act. §. 1. cum ibi notatis: Quibus delicta hominũ coercentur, quod publicæ utilitatis interest. ff. de fideiuss. l. si à reo §. fina. & ff. ad legem Aquiliam. l. ita uulneratus, cũ similibus, ut est conditio rel furtiuæ, actio arborum furtim cæsarum, actio furti, actio ui bonorum raptorum, actio legis Aquiliæ, actio iniuriarum, quod metus causa, de dolo, actio serui corrupti, actio rerum amotarum, cõdictio ob turpem causam, interdictum unde ui, interdictum quod ui aut clam, interdictum de libero homine exhibendo, de uxore ducenda, de liberis exhibendis, interdictum quorum legatorum, interdictum prohibitorium, ne quid in flumine ripave publica, interdictnm de itinere actuque priuato. De quibus omnibus require in litera I, loco suo.

Actiones uel obligationes ex quasi maleficio sunt actiones in personam, institu. de actio §. 1. quæ neque ad pacta accedunt, neque ad maleficia, sunt tamen similiores maleficiis quàm pactis, ut actio in factum aduersus iudicem qui litem suam fecit, & actio in factum de eiectis & effusis: Et actio in factum de dolo & furto eorum qui ministerium cauponum, aut stabulariorum, aut nauem exercent, ff. de actio. & obligatio. l. ex maleficiis. §. si iudex. vsque ad finem: & instit. de obliga. quæ ex quasi malefi. nasc. per totum.

Actiones hæreditariæ dicũtur quæ transeunt ad hæredes uel contra hæredes secũdum Azo. Item quæ ab hæredibus incipiunt uel contra hæredes. ff. de act. & obliga. hæred. Vt autem plenè sciatur quæ transeũt ad hæredes uel non distingue, aut nascit actio ex maleficio, uel quasi, aut ex contractu uel quasi prout ꝑsequitur Azo. in sum. eodem titulo. &

ſm Plac. in ſum. ſua, eo. tit. Hæ actiones conueniunt his qui ſuccedunt in ius, & non his qui ſuccedunt in rem, ut donatarii uel legatarii.

Actiones interrogatoriæ ad quid intentarētur olim, uide gl. in rub. ff. de interro. actio.

Actiones mixtæ dicuntur actio familiæ herciſcundæ, actio communis diuidundo, & finium regũdorum, §. quædam. inſti. de actio. At quare appellentur mixtæ, & quid differant ab actionib. perſonalib. in rem ſcriptis, declarat ibi Iaſ. col. 3. & in §. 1. col. 1. & 2. eo. tit.

Actiones perſonales in rē ſcriptæ oriuntur ex contractu uel quaſi, ex maleficio uel quaſi, ſicut & merè perſonales, ſed quia comitantur poſſeſſores rerum inſtar realiũ, ideo in rem ſcriptæ appellatæ ſunt. Quæ ſint hæ actiones, docet Accur. in l. 3. §. eſt autem, ff. ad exhib.

Actiones præiudiciales in rem eſſe dicuntur per quas quæritur, an quis liber ſit, an libertus, & de partu agnoſcendo, ut in §. præiudiciales, inſtit. de actio. Sed illa per quam quæritur, an aliqs ſit liber partim ciuilem cauſam obtinet, partim prætoriam. Ciuilem autem ſecundum formam dominii: quia in ea directè agitur, & prætoriam ſm formam, & modum petēdi, quia tuum a teipſo non ab alio petis poſſeſſore. Cęteræ uerò duę formam capiunt ex prętoria iuriſdictione, & in rem dnr eſſe ad inſtar actionum de ſeruitute, quia ĩ hac de iure patronatus in re, in illa de proprietatis iure agitur, & præiudicialis dnr, quia quemadmodũ exceptiones actionibus opponũtur, & ante primam quęſtionem terminantur. Si autem quis quærat quare non exceptiones, ſed actiones dicantur, illa poteſt eſſe cauſa, quia non eſt exceptio niſi ſit actionis excluſio. Hæ uerò præiudiciales nullam actionē excludunt, ſed non competere

petere dicuntur,& ideo actiones dicuntur & nõ exceptiones. Præiudiciales actiones pro tãto dici possunt,quod in ipsis tractatur de magno prę iudicio,uel quia quęstioni motæ prę iudicãt ut agis contra me & aliquid petis, oppono tibi quæstionem status,dicẽdo ꝙ es filius meus, uel seruus in potestate mea cõstitutus, aut libertus: & sic de consimilibus.& prę iudicabit actioni tuę contra me motæ. Sunt & aliæ in rem actiones in quib. nõ de domino, sed de iure pignoris agitur, ut seruiana & quasi seruiana. Require in loco suo.

Actiones prætoriæ quæ sunt,& quot, require in Spec.ti.de actio.seu pet. prop.§.postremò. Dicũtur autem prætorię secũdùm Azo. quia à prætore sunt inductæ, ut inst. de actio. in summa, secundùm eundem.

Actor est qui agit & pulsat alium, rem aliquam ab ipso petens in iudicio.ff.de iudic.l. in trib. & ff.fin. regundo.l. iudicium. Nam in communibus iudiciis quæritur quis actor sit. Est ergo ille qui suo nomine agit uel qui constituitur ad agendum uel defendendum causas uniuersitatis uel alterius. ff. quod cuiusque uniuersi. l. itẽ eorum. §.si decuriones. Vel dicitur qui cõstituitur à tutore uel curatore ante litem contesta. C. de procurat. l.neque tutores.C.de act.à tuto, seu curat. dan.in rub. & in nigro.dictus ex eo, ꝙ tutoris vel curatoris personam agat. Nonnunquam actor põnitur ꝓ uillico, quem vulgo factorem à faciẽdo appellamus. l.fin. ff. de offic. prę fc.unde seruus actor in §.pœna.inst. de iniu. Interdum etiam sumiẽ pro eo, qui aliena bona administrat. l. cum alicui,de neg.gest.

Actuariæ naues,quæ remis aguntur.l.2. ff.de capti. Bud.ĩ l.i.de exerc.actio.

Actuarij sunt notarii,à quibus acta scribuntur.

Actus est quędam seruitus

qua is cui eā debetur, habet ius ꝙ potest per fundum in quo sibi hæc seruitus debetur, non solū ambulare ꝑ se, sed etiā iumentum, & quadrigā secum ducere. ff. de ser. rust. præd. l. 1. uer. actus. & l. inter actum. & insti. eo. ti. §. actus. Aliter capitur actus pro operatione. l. hæredes. in fi. ff. de testa. & l. duos. de duob. reis.

Actus legitimi dñr oēs quacunq; iuris scripti parte inuenti. iuris autem scripti ꝑtes sunt sex, uidelicet lex, plebiscita, senatusconsulta, decreta principum, rñsa prudentiū, & magistratuum edicta ut inst. de iure nat. gen. & ciui. §. constat. & l. ius autem. ff. de iust. & in. uide de hac materia Dy. in reg. actus. de reg. iur. i 6.

A ante D.

AD, ponit ꝑ iuxta. ff. de serui. urb. pd. l. quidam Hyberus. Bart. in l. mil. codic. ff. de test. mil. Itē pro contra. l. commissa. de publi. Aliquando significat post. l. qui duos. de man. testa. utrū autē faciat modū an cōditionem docet Bart. in l. quibus. §. Ter. de cond. & dem. De hac dictione not. Arch. de rescrip. si grario se. lib. 6. & 78. dis. presbyter. Et quomodo differant ad, & in, uide ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. conuitiū. quod notā pro statutis dicentib. quod aliquid fiat ad domum uel in domo.

Adā nouissimus, id est Christus ut in clemē. de sum. Trinit. c. 1.

Addico, ex ad, & dico componitur, & est uendere per licitationē, hoc est in uenditione publica, ubi alius alio maius pretium pollicetur, ut sibi potius quàm alteri uenalia addicantur. Accipitur tamen & pro simpliciter uēdere, ut in l. qui fundum. §. procurator. ff. pro emp. quandoque pro cogere. l. actuarij. C. de ero. mil. an. necnon ꝑ iudicare seu damnare. l. addictos. C. de app. & dicitur in diem addictio generaliter, quādo uendo ti

do tibi rem hoc pacto quod si aliquis in diem talem meliorem conditionem attulerit, sit tibi inempta. Et dicitur melior conditio afferri si aliquid pretio sit additũ, uel maturior solutio aut facilior afferatᷣ, uel locus opportunior soluẽdo pretio adiiciatur, & sic de aliis, ut in ti. ff. de in diem adiec. & ibi per Azon.

Additamentum est quod pristinis bonis postea accedit. ff. de admini. tut. l. quoties. §. cõstat. & C. in quib. cau. hab. tut. l. fi. & de cur. fur. l. fin. §. tali itaque.

Adducor. i. moueor. de fi deic. lib. l. quidam in testamento. §. fi.

Adeo, id est, intantum. media correpta, ut de re scri. cum adeo.

A Deo datus est nomen Dauit prophetæ, qui datus fuit à Deo ad liberationem Israel.

Adempta legata dicimus. illa, q̃ testator adimit legatario, cui primo legauerit, mutata prima sua uoluntate.

Adeptus, id est assecutus cum omni iure. de conces. pb. c. ne captãdę. li. 6.

Adæratio dicitᷣ quasi æris præstatio, inde adærata prædia dicebantur ex quibus æs, seu pecunia præstabatᷣ, ut habetᷣ C. de coll. don. uel releg. aut trãs. seu adęra. l. i. li. x. Nã adærare est ad p̃tiũ redigere siue p̃tio æstimare.

Adesse aliqñ exponitur p abesse, causa euitandæ contrarietatis. Bart. in l. quoties. C. de dign. li. 12.

Adesse non dicunt quę casualiter ad sunt. Bart. in l. quæsitũ. §. fi. de leg. 3.

Adhęrentes dicuntur hi, q sponte sunt eiusdem uoluntatis, cuius est princeps. c. ad apostolicæ. de re iudi. in 6.

Adhærentia facit esse eiusdem status eum qui adhæret, & eum cui adhæretur. not. Card. in cle. de rel. do. ubi loquitur de adhærentia.

Adhibere, id est conuocare, seu citare, ut ff. de adoptio. l. nam ita. Aliquando, id est præstare. ff. q satis. cog. l. de die. §. 1. aliqñ, id est reiterare.

1.quæst.7.per illicitam. Aliquando.i. recipere, seu admittere. ff. de te stib. l. 1. Aliquando ex ponitur.i. habere.ff. de of. proc.l.nec quicquã. §. obseruare.

Adiacentes .i. confines, in authen.de sanct.epis. §.si autem.

Adiectiuum appositum inter duo substãtiua quid importat, uide Bart. in l.cum filio.in fi. ff. de lega.i. & si duo adiectiua adiiciantur uni substantiuo, an reqratur utriusque concursus.Bar.in l. qui concubinã. in prin. ff.de leg.3. uide Alb. in suo dict. in uerb. adiectiuum.

Adigere, id est compellere.ff.de in ius uoc.l.adoptiuum.

Adimatur,id est pro nõ dato habeatur.ff. de adēp. lib.l.una.

Ad instantiam, istæ dictiones sonãt sicut si diceretur, ad petitionem, seu preces talis. uide Fel. in c.cũ M.Ferr.col. 2. uers. not.2. de consti.

Ad instar, de hac dictione uide C. unde ui. l. si de possessione. & de episc. & cle. l. omnia priuilegia.de exercito.l.ulti.ff. de publi. l. cum qui. §. publiciana.C.de libe.exhib. l. si ad instar. & de sponsa.c.2.& de preb.c. dudum.circa fi. lib.6.

Adire hæreditatem nihil aliud est quàm uelle eã habere. Nam adire non tam facti est, quàm animi, imò in nuda & sola uoluntate cõsistit. Nam hoc animo debet esse ut uelit esse hæres.§.fin. ubi uide insti. de hære. qual.& diff.

Aditus domus est anterior pars,siue introitus.ff.de usufruc. l. æquissimum. §.sed si ædium.

Adiudicare, uide abiudicare.

Adiutor idem est quod actor.instit.de cura.§.fi. & ff.de tut.l.solet.quandoq; pro scriniario ponitur. C. de numera. l. nulli.lib.12.

Adiutor laborum,id est ordo.C.de of.mag. of.l.1.

Adminicula dicuntur uehemētia indicia. c. cùm dilectus. de successs. ab ĩtest.aliter accipiũtur in l.1.ff.

l. 1. ff. si usufr. pe. & l. 2. C. de const. pec.

Administrator, qui res alterius administratores reipu. quod rectè Accur. declarat in rubr. C. de adm. reip. lib. 12. At administratores serui dicũtur qui ministrãt domino in mensa secũdum Alc. in cõ. de uer. sig. l. in lege.

Admittere est recipere, ut ff. de inoff. test. l. Papin. §. si quis impuberi. Quãdoque significat delinquere l. spurii. ff. de decurio.

Admodum, id est ualde, penultima correpta. ff. quod cuiusque vni. l. 1. in princ. Aliquando profertur accentu acuto, & tunc exponitur admodum, id est necessitatem: de usufr. l. item si fundi. in fi.

Adnotare, id est reprehendere. ff. solu. matri. l. si uerò. §. de viro & de leg. 2. l. debitor. Aliquando ponitur pro notare. ff. de inoffic. test. l. cùm mater.

Aqua profluens, id est, de cœlo cadens insti. de rerum diui. §. 1.

Aquam euocare pro aquā abducere. l. Proculus. de dam. inf.

Aquarius. i. aquarū custos. C. de aquę duc. l. decernimus. lib. 11.

Aquæductus est ius ducendi aquam per fundum uel agrum alienum ad irrigandum agrum meū uel alterius iure seruitutis constitutæ, ut instit. de seru. rust. pręd. ī principio. Aliter dicitur priuilegium quòd datur illis qui preficiūtur ad custodiam formarū per quas ducitur, uel per quorum fines formarum meatus transeunt, & quo purgant formam uel ductus aquarum. l. 1. C. de aquæduct. lib. 11. & l. decernimus. eo. ti. & l. 2.

Aquæ haustus est ius hauriendi aquam, & portandi per agrum, fundum, seu prædium alterius ratione seruitutis. Et differunt,

runt, nam aquæductus fit in fistulis & meatibus terraneis. Sed aquæ haustus fit per animalia portando, ut l. si prius. §. i. & 2. ff. de aqua plu. arcen.

Aquilegia nomen loci. ff. loca. l. pen. §. i. & dicitur quasi aquis ligata, quia aquis est circundata, & habet patriarcham. 9. q. 3. nunc uerò.

Aquileges siue Aquileces dicuntur artifices inueniendorum fontiū aquarumq. colligēdarum ad aquæductus. l. fin. ff. de iur. imm. uel ut quibusdam placet, sunt qui curam agunt publicorum aquæductuum.

Aquiliæ actio. Require supra. actio legis aquiliæ.

Aquiliana stipulatio est ꝓmissio quæ nouat omnem contractum. Dicitur autem hoc nomine ab inuentore hoc statuente qui uocabatur aquilius. Et habet fieri hoc modo. Si dicam sic debitori meo, Quæcunque mihi debes ex quacunq; causa, illa mihi ꝓmittis animo nouandi, & dicat mihi promitto, tunc postea per acceptilationem tolletur obligatio. Ad cuius euidentiam, nota ꝙ sic habet fieri acceptilatio & aquiliana stipulatio, & est quidam circuitus, sicut quandoq; ꝙ quis per se immediate facere non potest, facit per alium, ita & hic. Vnde supponendum est ꝙ si mihi tenearis in centum libris, quas tibi mutuaui, hæc est obligatio naturalis & re contracta, modo immediate per ciuilem obligationem, quæ uerbis contrahitur, tolli nō potest, quia ciuilis ratio ciuilia iura tollere potest, naturalia uero non: tunc si fiet ꝙ illa naturalis re contracta, in ciuilē mutabitur per nouationem, ut dicendo sic illud quod ego mutuaui tibi, promittis, si tu dicas promitto, tunc obligatio illa prima efficitur ciuilis, & uerbis cōtrahitur per aquilianam stipulationē & nouationē. Post si te dicēte mihi sic, id qđ ego ꝓmisit tibi. acceptū ne habes acceptūq; fers? respō

deam

deā acceptum habeo, ac ceptumq; fero .i. teneo me pro pagato, isto mo do tollitur obligatio ꝑ acceptilationem. Et sic patet qualiter habet fieri aquilia stipulatio & acceptilatio. De hac uisum est supra ac cepti latio.

Aquiminarium, genus ua sis, quod secundum ali quos quoquo uersum erat, aquas fundebat. Mētio fit in l. in argēto. & in etsi. ff. de aur. & ar gen. legato.

A ante R.

ARabia prouincia est, ut l. penul. §. i. de extraor di. crimi. ff.

Arabarches dicebatur præ fectus exigendo uectiga li de pecuariis, quæ ex Arabia in Aegyptum ad ducebātur. Inde Arabar chia, cuius meminit l. usurpationem. C. de ue ctig. com.

Arare. i. colere. C. de thesa. l. i. lib. 11.

Arbiter est qui etiam com promissarius appellatᷓ. Et est ille qui ex cōpro misso, id est ex cōsensu partium & ex litigantiū electione de causa co gnoscit, qui nullā habet iurisdictionem propria seu delegatam. ff. de ar bit. l. i. Sed electus est partibus discordantibus ad earum litem sua sen tentia dirimendam. Et ergo ab ipso non appel latur, cum ipso iure non teneat sentētia eius, sed metu pœnæ statur ei. Et quod non tenet rescindi non potest, hoc uerū in arbitro compromissario secus in arbitro iuris. 11. q. i. peruenit. C. de iudic. l. ulti. de offic. delega. su spitionis. de appel. cum speciali. & clemen. i. eo. titu. in gloss. i. & cap. ab arbitro. de offic. delega. lib. 6. ubi gl. Item arbiter ponitur quandoque pro teste, ut in Genes. c. 39. Accidit ut Ioseph ope ris quippiam absque ar bitris faceret. Et est dif ferentia inter arbitrum, & arbitratorem, & ami cabilem compositorem. Nam arbiter & arbitra tor possunt eligi cum pœna, sed differenter, quia arbiter dicitur iu dex

dex per consensum liti gantium electus, qui iu dicis partes suscipit, & finem controuersis sua sententia se pollicetur impositurum. ff. de arbi. l. si de meis. §. recepisse. Et à sententia talis non potest appellari ff. de ar bi. l. diem proferri. §. sta ri. & l. 1. C. eod. tit. Sed ar bitratorem in quem ali qui compromittunt tali forma ut possit cogno scere & etiam iudicare alte & basse, & qui etiã dici possit amicabilis cõ positor, & à senten. talis etiam non appellatur. Sed si fuerit lata contra ius constitutionis, irrita est ipso iure. C. quando prouoca. non est neces. l. 2. Sed si lata est contra ius litigatores, ualet. re digitur tamen ad arbi trium boni uiri. l. si socie tatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Debet enim arbiter obseruare iuris ordinem tãquam iudex ordinarius, & sententia eius siue iusta siue iniu sta semper est tenenda si pœna fuerit apposita. 2. q. 7. à iudicibus. Sed arbi trator non tenetur ser uare iudiciarium ordi nem. Sed si profert iniu stam sententiam remit titur ad audientiam su perioris uel arbitrium boni uiri. Et amicabilis compositor est sine pœ na qui tentat & experi tur an litigatores patiã tur controuersiam suo consilio uel autoritate discuti. §. si quis. in præ alleg. l. si de meis. Alias differentias multa uide per doct. plene in c. quin tauallis. de iureiur. & ar biter esse potest qui nõ prohibetur à iure. Arbi trorum duo sunt gene ra, scilicet commissarii, qui proprie dicuntur ar bitri, qui eliguntur ut iu dices, ut uidelicet, proce dant seruato in substan tialibus ordine iudicia rio. Et dantur ad cogno scendum & diffiniẽdum ut si petis à me domum, & ego denego, & fiat compromissio in aliquẽ ille est uerus arbiter, q̃a eligitur ut cognoscat & diffiniat cuius sit domus Secundi sunt arbitrato res, nõ q̃ eligunt̃ ut iudi

ces à partibus uel super re litigiosa, sed ut componendo uel diuidēdo inter partes diffiniant, ut si duo socii res societatis diuidere uelint ad arbitrium Petri, Petrus erit arbitrator. ar. ff. pro soc. l. si societatem.

Arbitratu alicuius cū quid fieri mandatur, quomodo hæc uerba intelligenda sint, declaratur in l. illa uerba, arbitratu. ubi Alcia. de uerb. signific.

Arbitrium est actus certarum personarū exequentium compromissum secundùm Azo. Nam arbiter exequitur ueritatem inquirēdo ut iudex. 30. quæst. 6. iudicantem. Nā actor vult ut obtineat, & reus ut soluatur, uel actor ad implificandam causam; reus ad diminuendam eam. Sunt ergo in actu arbitrii tres ꝑsonæ, scilicet arbiter, actor, & reus. Ideo alii dicunt, arbitrium est actus trium personarū super ciuili quæstione quasi in iudicio cōtendentiū. Vel secundum Host. arbitrium est potestas aliena uoluntarie tradita, & recepta ad pronuntiandum in lite prout arbitro uisum fuerit, aliquādo certa pœna uallata & certis terminis limitata. Sed compromissum est potestas arbitris data, quorum arbitrium est sententia arbitralis quæ etiam laudium dicitur. Et arbitrium seu arbitratus suo proprio significato significat libertatē arbitrandi & uoluntatē ratione regulatam. Et ubi actus ponitur in arbitrio seu arbitratu significat per modum cōditionis, ut actus ualeat si arbitrio decernatur, & hoc diuersimode secundum diuersitatem materiæ subiectæ, uerbi gratia. Promitto tibi equū arbitratu Titii Titio nō arbitrante, quia nō vult uel non potest arbitrari, nulla est promissio, nec recurritur ad arbitrium boni uiri. l. si quis arbitratu. ff. de uerbo. oblig. Ratio, quia contrahens de arbitrio illius tātum intellexit, quod hæc uerba importāt, ubi autem sta-

stat per illum cui ꝓmit titur, conditio statim deficit, nec promissor de cętero ex illa promissione potest obligari, ut l. si qs præalleg. E contrario si ꝑ promissorem steterit. cõditio statim habebit pro impleta. arg. l. iure ciuili. ff. de condi. & demon. ut promissio sit efficax si ue ille arbitreẽ siue non, secundum boni uiri arbitrium ad quod tũc recurritur. Et hoc ideo ne sit in potestate debitoris se, liberare à promissione.

Arbitrium tutelæ, i. actio tutelæ. de hoc sup. actio tutelæ.

Arbor uento deiecta nõ arboris, sed ligni appellatione cõtinetur. l. ligni. ff. de leg. 3.

Arboris appellatione multa continẽtur. ff. de arb. fur. cæsa. l. 3. & 4. Item uites continentur appella. arboris, ut ff. de arbo. cæden. l. 1. §. 1.

Adde quòd arborũ uerbo continentur etiam radices arborum, ut no. gl. in l. obligationum fere. in uer. sic & in tradendũ. ff. de actio. & oblig.

Arbores furtim cædere est scindere uel incidere arbores ĩscio & ĩuito dño.

Arbores cæduæ dicunẽ quæ excisæ repullulant.

Arbores grandes, quarum mentio habetur in l. sed si. ff. de usufru. quæ sint, eleganter explicat Alcia. in l. Sylua. de uerborũ signific.

Arbustum locus est in quo arbores sunt ad fructuũ consitæ, sicut salicetum in quo sunt salices, hoc & arboretum aliqui uocant ut tradit Aulus Gellius & meminit Paul. iureconsf. in l. impẽsę necessariæ de uerb. sign. ff.

Arca, pro monumento suprà terram, in qua cadauera cõduntur, l. is qui. ff. de relig. sump. fun.

Arca camerata. i. arcuata & cõfornicata. l. sed addes. §. si inquilinus. ff. loca.

Arcarius est qui præest arę, in qua pecunia custoditur, & ita sumitur in tit. de suscep. & pręp. & arca. lib. x. c.

Archiatri dicuntur medici principis, ut tradit Alcia. in rub. C. de comi. & archia. lib. 12.

Archicancellarius require infra cancellarius.

Archidiaconus est princeps diaconorũ qui imperat subdiaconibus & leuitis. Et dicitur ab archos quod est princeps, & diaconus quasi princeps diaconorum. Vnde quãdo vult prę aliis euãgeliũ legit, uel cui vult legẽdum committit, extra de offi.archi.cap.2 in prin. Vel est oculus episcopi ad cõspiciendum, corrigendũ & emendandũ per epãtũ excepris arduis. Et debet audire iurgia singulorũ & habere curã, & sollicitudinẽ in ecclesiis, & de clericis, ut in c.ad hoc.de off. archi. Inde uenit archidiaconatus, & quãdo fit per electionem, tunc est dignitas, si uerò habitus sit p collationem, non est dignitas, ut not.in c. decernimus, de iud.

Archiepiscopus ẽ princeps epõrum. 21.dist. cleros.

Archiflamines qui sint, uide 21.distin.in prin. 80. dis.c.1.& pe.

Archigubernius, præfectus classis, l.Seius ad Senatus cons. Treb.

Archimendrita est pastor ouium, unde, Archimandrita fit ouiũ tibi pastor. Et ponitur pro epõ. 1.q. 7. dispensationes quasi princeps gregis ab archos.i.princeps, & mandras Græcè qđ est grex uel spelunca Latinè, etiã ponitur pro abbate, ut in l.fi.C.de sum.tri.siquidem initio monachi in eremis hábitabant.

Archimimus, mimorũ princeps, & qui melius q̃ alii nouit ĩ scena gestus seu mores eorum quos irridere uult imitari. l. patronus.ff.de ope.lib.

Archiotæ qui præsũt archiuo.l.ult.ff.de munc.

Archipresbiter quasi princeps presbyterorũ, q tñ subest archidiacono, cuius ministerium, & offm̃ cũ officio archidiaconi ponit.25.dist.plectis. Itẽ duo sũt gña archipresbyterorũ.s.ciuitatẽsis, ut c. officium.eo.ti. & ruralis ut c.ut singulæ, de off. archip. secundùm Hosti.

Archisynagogus est princeps synagogæ.

Architectus est princeps artificum

tificum, uel principalis ædificator qui structuris ædificiorum præest. l. si. de iu.immu.

Archiuum publicum.i. armarium publicum.s.ubi libri ponuntur, seu instrumenta seu acta. Et habetur. C. de fide instr. in auth. ad hæc. & not. 30.q.1.peruenit.

Arcus est pōs lapideus, nec appellatione arcus uenit pōs ligneus. ff.de aq. plu.arc.l.supra iter.

Area,locus est in urbe sine ædificio.l.fundi. de uer. sign.Interdum significat rusticū locū, ubi messes terunt.l. ult. C. de serui. sic dicta ab ariditate, ꝙ in ea fructus arescant.

Arena appellabatur amphiteatrum: quo in loco spectacula edebātur. l. q̃ iud.de ac.Inde arenarii, qui ibi depugnabant. l. eæ demum,de ope.lib.

Arenæfodinæ dr̄r loca, in quibus arena foditur: quæ etiam arenariæ dicūtur.l. sed & 2. de pub. tametsi quidam malint ibi legere arenæ.

Arenatores dr̄r qui in arenis deiecta & collapsa solent extrahere,& dr̄r humiles personæ, ut C. de inceſt.nup.l.humilem.

Arenga est apta & concors uerborum sententia q̃ ponitur post salutationem in priuilegiis an duorum negotiorum.

Areopagus locus erat Athenis, ubi fuit olim summū consilium quod de cædib. atq; id genus grauiorib. causis iudicabat.

Argentarii sunt quasi campsores uel argentariæ mensę exercitores, qui singulorum solebant rōnes.i. calculos & instrumenta conficere scribentes accepta & data, ita quod ex scriptis eorum quę erant cōia,doceatur & sciatur quantum datum sit, & quātum acceptum,qui alias dicuntur numularii. ut ĩfra de N.

Argētifodinæ,aurifodinæ, sulphurifodinæ, lapidifodinę,arenæfodinę,sūt loca in quibus huiusmodi res fodiuntur.

Argentum escarium dicit̃ quod in usu habetur ad epulandum.i. ad esum, & potum.l.sed & si. §. si cui.de au.& arg.leg.

Argentum factum quod dicitur, declarat Iurif. in l. Quintus de au. & ar. le.

Argẽtum infectum appellatur rudis materia argẽti. i. nõ facta. l. etsi de au. & arg. leg.

Argentum pustulatũ apud Sueto. accipitur pro purgatissimo argento, de quo fit mentio ẽt in l. in naue. de loca. licet Bud. attestetur ibi non absurdè legi posse postillatũ, ut rudem argenti massam intelligamus,

Argumentum est ratio rei dubiæ faciens fidem, de hær. cum ex iniũcto. Et dicitur quasi argués mẽtem, uel quasi argute inuentum, ut no. Ber. in c. forus, de uerb. sig. Aliqñ sumit. pro experientia rerumq. usu, ut insti. in proœ. §. cunque ibi. sed quod in ipsis rerum obtinet argumẽtis. l. qđ. est in uiridi obseruantia.

Argutus dicitur secundum Isid. qui cito inuenit argumenta in loquendo, .i. subtilis & astutus,

Arma sunt defensoria. Et nõie armorũ ueniunt fustes, lapides, ferrũ, & omne illud quod manu, & arcu mittitur, prout no. Ber. in c. sicut dignum. de hom. Et sic tela comprehenduntur, licet arma propriè sint quibus defendimur. Et sic tela quibus impugnamus, inſti. de pub. iud. §. lex Cor. & no. in cle. ne in agro. de stat. mo. in glo. super uerbo, arma. & l. armorum. ff. de uerb. sig.

Armarium, uel armamentarium est locus ubi arma ponuntur.

Aridi fructus q dicant, uide C. de us, auth. ad hæc.

Armenia. uide C. de off. magi. mili. l. ult. & de agr. & cen. l. cum antea, li. 11.

Armentum est magnorum animalium, ut equorũ, & boum, grex uerò minorum, ut porcorum, caprarum, & ouium, licet etiam largè sumat. pro maioribus, ff. de abigeis l. i. in fi. & cle. 1. de deci. Nam armenta propriè dicuntur pecora gregis, inde armentarius, idest armentorum custos.

Armillæ enumerantur inter muliebria ornamenta. l. argumento. §. ornamenta,

menta.de aur.& arg.leg.
Armus est spatula assata alicuius aīalis, ut in c. vnico.circa medium, in uer. principis unctio. de sac. unctio.& ibi per doct.1. Reg.9.eo.
Arra dicitur in emptione, & uenditione id quod datur in testimonium, uel signum uenditionis. Est enim arrarum datio argumētum emptionis & uenditionis cōtractę.
Arræ sponsaliæ uel sponsalitiæ ſm Host.in sum.de spon.& ma.§. unde dicātur, uers. sed quia arræ, dn̄r donaria data inter sponsum & sponsam in signum matrimonii cōtrahendi & remunerādi consentientes, & fit hoc per uerba affirmatiua .s. do tibi arras istas, ut cū filio meo contrahas. Et hæ arræ dn̄r subannuli, quia fiunt per immissionem annuli, iuxta illud, Annulo suo sub arrante me, ut patet per eundē. §. quot sunt species.
Arreptitius.i.possessus à dęmone.
Arrestare est aliquem uel bona sua per mandatum iudicis impedire, ne moueatur a loco donec conquerenti respondeat, ut c.2.de cri. fal.& l. relegatorum. ff. de interd. & rele.
Arrogare est aliquem qui sui iuris est in filium recipere, inde arrogatus filius dicitᷓ ille, qui sic assumitur in filium. Et sic arrogator est pater qui accipit aliquē hoc modo in filium. Et est differentia inter arrogationem & adoptionem, quia ille adoptatur qui nō est sui iuris, sed alterius potestati subiectus, ut suprà uisum est. Sed arrogator ille ꝗ primo sui iuris est, & per arrogationem transit in potestatē patris.s.arrogatoris, Vnde, Arrogo qui suus est, sed habet meus esse necesse. Patris adopto suū, sed patris ꝑmanet idem. De hoc de cog.le. c. uni co.in gl.1. Item arrogare in alia signatione.i. asceribere. Vnde dicitur arrogans quasi omnia sibi ascribens. Inde arrogantia.i.superbia. Differunt tamen, quia superbia est

inanis gloria de eo qđ quis habent, ut sunt phi losophi, legistæ, & alii sufficientes in arte sua. Sed arrogãtia est inanis gloria de eo qđ qs non habet, ut cũ quis credit ea se scire quæ tñ nescit.

Ars est collectio præcepto rum, insti. de iust. & iu. §. iuris præcepta. Vel ars ſm Porphy. est de infini tis sumpta doctrina. no. ff. de iust. & iu. l. i. super uerbo ars. Itẽ ars q̃nq; su mitur in malam partem ut C. de his qui ad sta. cõ fu. l. i. & ideo dicit arte .i. dolo. 22. q. 5. quacũq;.

Ars q̃nque dicitur cura ani marum, ut de eta. & qua li. cùm sit. Item ſm Arch. ars dicit actus dãnatus, ut in c. unico. de uita & hone. cler. lib. 6. ibi, si per annum artẽ istam igno miniosam. Etiam balista rii dñr exercere artẽ, de sagi. c. i. & magi dñr exer cere artem & coqui, de conse. dist. 5. ne tales.

Artanum est idem quod aratrum.

Artemon est id quod retro ponitur ad nauim guber nandam. l. malum. ff. de uerb. sig. & Bal. in l. preci bus, in 7. col. C. de imp. & aliis substi. Sed Alc. in d. l. malum: ait esse uelũ addititium dirigẽdæ na uis causa, qđ uerius est.

Articulus est pars intentio nis continẽs illud quod actor probare intendit, facit c. ueniens. 2. de test. & gl. in c. præsentium. §. testes, eo. tit. lib. 6. Et arti culi dñr capitula in iudi cio probanda. eo. tit. per tuas. Et q̃nque assertio nes, & q̃nq; intẽtiones, c. ex parte, A. in fine. de test. & no. Pan. in c. cum dil. de fid. instr. Adde ꝙ articulus q̃nq; signat idẽ quod statim. l. fi. C. de of fi. com. sa. pal. interdum ponitur ꝓ themate seu casu, ut in l. nõ possunt. de l. aliquando pro parti cula. l. triplici. de uer. sig.

Artifex quid sit, & nomina diuersorum artificum, uide tex. iunct. gl. q̃ expo nit signata eorum, in l. i. C. de excu. arti. lib. 10.

Artificiales operę sunt quę ad artificium ꝑtinẽt, ue luti pictoriæ, & fabriles.

Aruspex quis dicatur, uide in c. i. 26. q. 4. & no. gl. in l. nullus.

l.nullus.C.de malefic. & mathe.

A ante S.

AS, dicitur tota hæreditas,uel quicquid in 12. partes diuidi poteſt. In aſſe autem continentur certæ partes.ſ.12. quarũ quælibet habet propriũ uocabulum. Sunt enim iſta nomina xii,partium aſſis. Vncia,ſeſcũx, & eſt uncia cum ſemiuncia. Sextans,quia ſextam partem ſignificat.i.duas uncias. Quadrans,quatuor vncias ſignificat. Triens tres unciæ. Quincunx quinque,ſemis,ſeptũx, bes, dodrans, dextans, deunx,as.De quibus omnibus require loco ſuo, & inſti.de hæred.inſti.§. hæreditas.& in gl.uer.ſeſcunx. As tamen in ponderibus idem eſt quod unum. Etiam ponitur pro obolo.Vnde uerſus. As obolus pondus,as eſt poſſeſſio tota.

Aſcriptitius glebæ dicitur ille qui aſcriptus eſt glebæ,fundo, ſiue ſolo terræ,& aſtrictus per ſcripturã in qua promittit dño ſoli ſe nunquam à ſolo diſcedere. Et ex illa ſcriptura aſcriptitius conſtituitur, ſed tñ per eam ſolum non probatur, imò ẽm Az.& Hoſt.aliqñ ſcriptura eſt neceſſaria, in qua confiteatur ſe eſſe aſcriptitium. Et à gleba quam colit, nec uolens recedere ꝑmittit̃, nec inuitus põt compelli ad recedendum, nec ſine gleba poteſt alienari. Inter aſcriptitios glebæ & originarios colonos quidã hãc dñt eſſe differentiã, quia aſcriptitii inhærẽt glebæ, ut ſine gleba non transferantur. Sed coloni originarii non ſic inhærent prædiis quin qñ que ſine prædiis dñs fundi poſſit eos mutare, & trãsferre ab uno prędio in aliud. Item inter ſeruos, & aſcriptitios ẽm Azo.& Hoſt. penè nulla eſt differentia. C.de agr. & cenſi.l.ne diutius. lib. 11. Ideo autem dicitur notanter pene, quia ſeruus poteſt uendi ſinę peculio,ſed aſcriptitius nũquam ſine ſolo. Item aſcriptitii in prædiis in

quibus ascripti sunt, contra domini uoluntatem ordinari possunt, & matrimonium contrahere, ut in auth. de san. epi. §. ascriptitios. serui uerò non. C. de episc. & cler. l. iubemus. Insti. de iu. per so. §. i. & ibi gl. in uerbo aut serui. licet s̃m canones si contrahant matrimonium tenet. Et ascriptitii quia tenentur collere terram, dr̃r coloni. Et quia ascriptitii deputati sunt ad hæc facienda, ex condõne sua dr̃r ascriptitii. Et quia ex sui origine, uel patrum, uel auorum suorum, ita adhærent glebæ, ut sine gleba uendi nõ possint, nec gleba sine illis, ideo dr̃r originarii. Require agricola, & infra colonus. Breuiter dicas ꝙ ascriptitii serui seu coloni appellantur qui glebę seu prædio colendo perpetuo ad dicti sunt, inde nunquam recessuri, dominisque prędiorum annuos reditus omnes præter sumptum & uictum reddituri.

Assasini fuerunt quidam infideles, qui ex quibusdam falsis opinionibus nitebantur ad occidẽdũ Christianos, contra quos statutæ fuerunt pœnæ grauissimę. extra de homi. ca. pro humani. lib. vi. Bar. autem in l. non solum. §. si mandato. de iniu. & in l. Cic. de pœ. eos uocat assasinos, qui ob pecuniã quẽpiam interficiunt. De assasinis diffuse tractant Docto. in authe. sed nouo iure. C. de ser. fugi. & in dicto c. pro humani.

Assecla. i. seruus, eo quod sequatur aliquem causa lucri s̃m Isid. lib. x. etym.

Assectari quis dicitur matremfam. aut puellam q̃ tacitus libidinis causa frequenter insequitur. l. Item apud. §. appellare. de iniur.

Assellare est opus naturæ facere: ut dicitur dum assellaret, emisit intestina.

Asserere est in libertatem uindicare. unde assertores dicũtur uindices alienæ libertatis.

Assertio secundum Azo. in sum. de assertione tollẽda, erat quoddam uanũ & fri

& friuolum iudiciū quo rundam qui dicebantur assertores, eo ꝙ asserebãt eũ liberũ ꝗ erat seruus.

Assessor dicitur quasi assidens iudici in cognitione causarum, suum præbens consilium iudici, ꝗ alio nomine dicitur officialis iudicis, & consiliarius. Item dicitur domesticus iudicis. de hoc ui de Azo. in sum. C. eo. tit. qui uidetur ponere differentiam inter assessorem & domesticum iudicis, & causidicum, & Accur. C. de domest. & protec. in rub. lib. 12.

Asseuerare & profiteri quomodo differant, uide C. de prob. l. non nudis.

Assidei sunt iudæi q. sp cultui diuino insidebant.

Assidue qualiter intelligatur, uide extra de præb. c. significatum, & de off. archipresby. c. 1.

Assisij dñr uulgo mansionarij, quasi assidui ministerio ecclesiæ, & sunt beneficiati, non etiam canonici, ut no. glos. in c. cum ad hoc. de clericis non residen.

Assignare fit nudis uerbis testamento uel codicillis ff. de uer. sign. assignare, & ff. de assign. li. l. 1. §. assignare. Et no. Ang. in c. appellati. de appel. lib. 6. in gloss. fin.

Assignatiuus libertus, req re infra libertus.

Assistere .i. cum aliis esse. C. de aduo. diuer. iud. l. ult. & ibi no.

Assisterium est locus uel domus sanctimonialiũ, sicut monasterium monachorũ in quo seruiũt Deo, ut est text. in auth. nouo iure. C. de cast. reorum. Item assisteria est illa quæ præest assisterio, quia ipsa curę aliarũ assistit principaliter. Et secundum quosdam Azo uidetur exponere assisterias, id est fœminarum debilium instatrices. in sum. C. de episco. & cler. §. nunc de orphanotrophis. Vel assisteria, id est reclusa, ab assistendo, quia quotidie assistit orationi. Item assisterium apud Græcus est locus in quo vnus sacerdos, quinque acolyti, quinque mulieres, quæ assisteriæ dicuntur, sunt

manen

manentes, ut 27. q. 1. si quis rapuerit. in gl.

Assistrix .i. ancilla dominę assistens ad seruiendum.

Assolatus .i. ad terram redactus & inuenitur in Nathan Propheta.

Asta fiscalis est uenditio q̃ fit a fisco subhastatione. Qñque autem fiebat hastatio cùm dicebatur ꝑ præconem. Qui plus dederit infra mensem, ille rem habebit, licet ergo infra mensem aliter uenderetur, tñ admittebaẽ adiectio infra certum tẽpus, ut C. de fi. instr. & iure hastæ fiscalis, & de adiectio l. 1. Si autem cum ipso emptore conuentũ esset, ut posset dare plus offerenti, esset pactum in diem adiectionis, ut ibidem in gl. l. si tꝑa.

Astruere est affirmare, asserere, uel assimilare, de cau. poss. & ꝓprie, cum ecclesia. & ẽt est ꝓbare. de hær. cum ex iniuncto.

Astute .i. malitiose. C. de sl. l. 2.

Astutia est cum aliquis ad assequendum aliquid, siue bonum, siue malum falsis viis & simulatis utitur, unde proprie accipitur in malũ, non. n. oportet ẽt ad bonum finẽ uti falsis uiis uel simulatis. 2. Cor. 4. Abdicemus occulta dedecoris non ambulantes in astutia, neq; adulterantes uerbũ Dei.

Asylum interpretatur templum misericordiæ, quo confugientes olim tuti erãt, nec inde extrahi poterãt l. q̃s sit fugitiuus. §. apud. de æd. edi. ubi Bu.

Asyltatos, ut uulgati habẽt codices. i l. q quadringẽta. ad l. Fal. expouit. i. nõ consistens status.

A ante T.

AT, dictio aduersatiua est, uel superabundat, ut in auth. de trien. & se. §. & quód sępe. Aliqñ at, ponitur pro certe, ut in Iti. de fid. tu. §. i. & de re. diui. §. insula, & qui. alie. li. §. at ex contrario l.

Atauus est pater abaui, & atauia est mater abauię.

Athleta dicitur pugil, siue certator. l. athletas. ff. de his qui no. infa. ubi Bud. ait athletarum uerbo gymnicos oẽs intelligi, hoc est luctatores, cursores,

res, pugiles, saltatores, itē qui discū in sublime iaculātur in ludo gladiatorum: & ad hoc quòd athleta habeat immunitatem tāquam uictor, requirunt tria. Primò ꝙ à tenera ætate fuerit in arte pugnandi. Secūdò, ꝙ habuerit tres coronas uictoriæ, & unā ad minus in altera Roma. Tertiò, ꝙ obtinuerit aduersarijs incorruptis, ita Bart. in l.i.C.de athle.lib. 10. & ille tex. facit pro trina examinatione fienda antequā quis doctoret, & trinam approbationem debet reportare ſm Bar. ibidem, quem refert Abbas in c.cùm ſm Apostolum.de prębend.num.7. & in c.quando uenerabilis.de except.in princ.

Athletæ ſm Accur. dicunt qui sine mercede, gratia uirtutum pugnabant, ut ff.de infam.l.athletas.& C.de athle. in prin,lib.x.

Atnepos & atneptis; est filius uel filia abnepotis uel abneptis.

Atornari dicuntur procuratores apud acta constituti: in c.unico.de stat. monacho.lib.6. §. porro.

Atque pro sicut ponitur.ff. de iur.dot.l. si pater mulieris. Aliquando ponit pro.i.ff.de administ.tut. l.i.in prin.Aliqñ pro sed. ff.de neg.gest. l. cum alicui.§.i.Aliqñ.i. perinde. ff.de pact.l. item quia.

Atqui ponit pro certè, uel atquin pro sed certè. in stitu.de fid.tut. circa medium.ff. de offic. prętо. l.barbarius. uer. atquin uerum est.

Atriarii sunt serui siue custodes atrii. & iidem dicuntur etiam atrienses. Horū summa erat olim autoritas, ut ex Plau. tradit Alcia.in l. in lege. de uerb.sig.nam & negotia dñi procurabant, & res uenales distrahebant, & debita exigebant, & in alios nō parum iuris habebant: imò, ut ibi idem Alcia.scribit, atrienses dicti sunt, quòd in atrio cęteris seruis cibaria distribuerent.

Atrox, id est, immisericors uel crudelis; quasi acris sit moribus, secundum Isido.lib.10.

Atrox iniuria, quasi contumelio

meliosior & maior appellať,l.prætor.§. atrocē. de iniur. & quot modis atrox iniuria fieri dicať, traditur in §.atrox.Insti. de iniur.

Attētari pudicitia alicuius dicit, cū id agitur, ut ex pudico impudicus fiat.l. attentari. de iniur.

Attestari est absenti denuntiare.l.sub signatum. de uerb.sig.

Attestationes sunt dicta testiū uel testimonia ordine iuris īscriptis redacta.

Attilianus tutor dicitur, q̄ olim ex l. Attilia Romæ dabať iis quibus nullus omnino fuerat tutor. Insti.de Attil.tut. in princ.

Attonitus media breui, est eleuatus uel quasi quodam pauore concussus.

Attritus est afflictus, cōsumptus, exhaustus, imbecillis, uel fessus.

Atypus est qui, malè exprimit uerba, ƒm Bud. in l. idē. Offilius, de ædil.edi.

A ante V.

AVarus appellatur cæcus & ambitiosus. c. quorūdam, de ele. lib. vj. quia excæcať eius animus, ut agenda non uideat, & à prohibitis nō declinet. xl vii.dist.uirū. & c.sicut hi. & differentia inter auarū ; largum & prodigum, habetur. de cōsuet. ex parte.

Auctio ponitur ꝓ publica rerū uēditione, qua plus offerentibus addicūtur.

Auctor dicit, is, à quo quispiam rem comparauit aut aliàs adeptus est.

Auctorē fieri est approbare quod geritur aut gestū est.l.etiā.ff.de auto. tut.

Auctorari est autorē fieri & approbare.l. etsi. de auto.tuto. aliàs ponitur ꝓ obligare: unde auctorati milites, id est, ære stipendiario obstricti, siue sacramento.

Autoritas & cōsensus tutorum & curatorū, require infrà tutor & curator.

Autoritas præstanda not. secundum Azo. in sum. C.de auto.prestan. Autoritatem prestare, est cùm quis dicat se approbare id quod agitur, hoc est, autorem fieri. Præstare autoritatē potest quilibet tutor in rebus minoris ad quē spectat periculum

lum administrationis. Et sic autoritas, uidetur idē quod consensus legitimorum tutorum & curatorum. Et differentiā inter autoritatem & potestatem, uide per Host. i. sum. de sacra vnct. §. rē fert. autem.

Adde ꝙ autoritas præter notam significationem aliquando accipitur pro iure uendicādi rem suā, qualibet usucapionē reiecta, ut cùm in l. Attinia dicebat, Quod surreptū erit, eius rei æterna autoritas esto. Interdum significat actionem, ꝑ re euicta. l. ult. de eui. item ius qđ quis ab autore. i. uenditore cōsecutus est, ut in l. ult. de pig. actio. Ponitur & pro simplici cōsensu. l. cū adoptio. de adopt. Habet præterea alias significationes, de quibus apud Alcia. lib. 2. Pater. cap. 9.

Autorizare est cingulo militē, uel ordinib. clericū decorare. uel ordinare.

Authenticum est liber iuris ciuilis excerptus, quasi quædam summulas ex aliis legalibus libris, cōtinentiis 9. collationes & 9. partes principales. Sed authētica authenticæ est lex uel. §. incorporatus. in libro Codicis. & ergo semper allegatur authētica. C. tit. tali uel tali, ut C. de episc. & cle. auth. generaliter: & sic additē tit. sed nō additur numerus collat. Et dicitur authenticum, quasi authoratum & cōprobatum.

Authentia persona quę dicatur, uide not. ꝑ Arc. extra de elec. c. licet can.

Authentica scriptura quæ sit, uide: extra de fide instru. c. i. & 2. per Bar. Inn. & Hostien.

Aucupū dicit locus aptus ad capiendum aues, uel rhete, uel uirga uiscata. uel tugurium ad hoc præparatum. An aucupare liceat in fundo alieno. ff. de seru. rust. præd. l. diuus. & institu. de rer. diuis. §. ferè.

Audax dicit qui nihil metuit, & sumitur propriè pro arrogante. Et ita dicuntur audaces faciētes contra ius. in auth. de admi. tut. circa prin. col. 7. Qñque sumitur in bona parte.

parte.8.q.i. audacter. in princ.32. q. 5.si Paulus. uers. caue quęso.

Audacia idem est quod temeritas, & accipitur in malo.c.2.de censi.lib. 6. distinct.4.factæ sunt, & not.Archi. in c. 2. præal leg.in gl.2.

Audiens.i. obediens. ff. de arbit. l. arbiter. ex com promisso.

Audientia licet etiam aliter capiatur, propriè tñ magis dicitur esse facultas. & ptās loquēdi corā superiore alicui cōcessa prout dicimus, data est illi audientia uel denegata est ei cōis audientia.

Auditor in curia Papæ uocatur, qui uice iudicis alicuius causam uel causas audit.in cle.auditor. de rescript.

Auditor cameræ Papæ dicitur, qui audit negotia super thesauro Papę, & super his quæ ad cameram Papæ pertinent.

Auditor contradictoriarũ dicitur in curia Papę, qui audit impetrantes rescripta ad lites, uel aliter ad ius commune pertinentes gratias.

Auditorium est forum causarum. uel locus in quo causæ audiuntur. Sed tamen recte potest dici auditorium magistrorū vbi disputant, & non magistri forus, sed iudicis, cū sic in curia Papæ uocet, & dicitur ab audiendo. Vnde & pro ludo literario sumit.l. i. C. de stud. lib. & auditor dicitur discipulus. l. 2. §. pen. de orig.iur.

Auditus exponitur.i. consensus, in authent. ut imo.ant.nu.dona.col. 5.

Auellere est auferre uiolenter uel extirpare, ut ff.de incend.rui.naufra.l.3.§. non solùm.

Auerta inquit Alciat. in l. quoniam.de iur.pub.est pectoralæ equorū. Bud. putat esse lora latiora, quæ per terga equi iugalis excurrūt, sub alis eius succincta. Sed Alcia. tentat accipi posse pro capitis ornamento quo habenæ figuntur, sic dicta quòd per eam auertantur equi prout sessori uisum fuerit.

Auertere, id est distrahere.C.de naui. l. qui fiscales

les.lib.11.

Auersione uel per auersionem uendere aut locare est, ut quidam interpretantur, cùm periculum uenditor uel locator à se auertunt in emptorē uel conductoren. l. qui officii. de cōtrah. empt. & l. i. §. exercitorem de exer. actio. Alciat. uerò li.6.Parer. c.28. legit ad uersione, & nouiter declarat.

Aues si legentur, quid ueniēt in legatum, docet Iuriscōs. ī l. auib. de leg. 3.

Auferre differt ab amouere & rapere, ut not. in l. 3. §. nō solū. de incē. rui.

Augere & ampliare nō eundem habent significatū, de quo suprà in uerb. Ampliare.

Augustalis capiť pro dignitate quadam, quæ inter magistratus municipales erat, de qua in l. quinq;. C. de decur. Appellabať & Augustalis præfectus Aegypti, ut ex titulo, q est, De off. p̄fe. Aug. significať ex eo dictus, ꝙ ab Augusto cōstitutus esset.

Augustus ut attestatur Trāquil. primus omniū uocatus est Octauianus ab augēdo Imperio ex quo deinde & quàm post eū Imperarunt, id nomen sibi assumpsere.

Auia est mater parentum.

Auiaria sunt ī quib. asseruātur aues. l. auib. de leg. 3.

Aureus, id est solidus. insti. de pœ. temere litig. §. fi. & 62. aurei faciunt librā auri. C. de suscept. & arca. l. quoties. & not. de in ius uoc. l. fin. & C. de ser. fugi. l. quicunque. sed x. aurei faciunt libram argenti. C. de argen. præf. quod infertur. l. i. lib. 10.

Aurichalcum dicitur ſm Isido. ꝙ splendorem habet auri, & duritiem æris.

Auricularius est cōsiliarius uel secretarius cui solent secreta domini cōmitti.

Aurifex est q operať aliqd de auro sicut aurifaber.

Aurifodina est locus ubi fodiť aurū. Sed aurificina est locus in quo fabricatur aurum.

Aurigenarii, uel auricentenarii, no. C. cur pu. l. quoniam. lib. 12.

Auro legato non debetur pecunia aurea, aurei autem annuli debentur. l. cùm

cùm aurum. & l. etsi. in prin. de auro & arg. leg.

Aurum coronarium dicebatur quod conferebat ad coronationes principum, uel quod coronarum faciendarum nomine præstabatur. Alii dicunt coronarium illud esse quod dabatur athletis, prout not. Azo. de auro corona, C. lib. 11.

Aurum factum quod dicatur, definit Paulus Iurisconsul. in l. pediculis. & Vlpia. in l. Quintus de auro. & arg. leg.

Aurum obryzum appellatur purgatissimum & excoctissimum, unde obryzati solidi. i. l. i. C. de oblat. uot. lib. 12. ex purgatissimo auro conflati.

Aurum publicum est quod pertinet ad ærariũ fisci. C. de au. pub. per. lib. 10.

Aruspex est inspector momentorum uel horarum quo pũcto aliquid sit inchoandum. ita dicit gl. in l. nullus aurufpex. C. de mal. & math. Sed uerius appellatur Aruspex, aut potius huruspex, quasi horarũ spectator. c. i. 26. q. 4.

Auscultare. i. obedire, attẽdere, & audire mandatũ cũ effectu, ut in c. illud. de maio. & obe. in gl.

Auspicium iuris idem est quod exordium litis, secundum Ber. in c. pastoralis. de cau. poss. & proprie. in gl. i. Sed secũdum Alber. & alios auspicium, id est, augurium, quasi auis garrium, ut 26. q. 4. c. i. quia sicut ille qui se committit augurio, id est diuinationi quæ fit in garritu auium, dubius est, ita ille dubius est qui se cõmittit litil aut quãdoque ponitur disiunctiuè, ut quãdo altero posito necesse est alterum tolli, ut cùm dicitur dies aut nox. Quandoque etiam ponitur copulatiuè pro &. Nam quandoque sumus in materia in qua requiritur utrunque extremorum per talem disiunctiuam cõiunctorũ, ut in c. si post præstitum, de confes. lib. 6. De hac dictione habes in authen. si quando. C. de constit. pecu. & l. cũ quidam. C. de uerb. signifi. & cle. sępe, eo. ti. 2. quęst. 5. omnibus. in gl. 2. 20. q. i. monachum. & c. cùm uirum.

uirum. de reg. l. ult. ff. de uerb. sig. Sed autem ad uersatur in facto & iure. ff. de neg. gest. si autem, & qualiter accipiatur autem, uide Bar. & doct. in l. hoc amplius, §. de his. ff. de dam. infe. Et qualiter capiantur aut, uide Arc. 47. dist. c. 1.

Automata siue automataria dicuntur opera quæ ex se mouētur, cuiusmodi sunt horologia. l. cætera. §. fin. de leg. 1.

Autophorus fur manifestus, l. 3. de fur.

Auūculus est frater matris, & auunculus magnus est frater auiæ, inde proauūculus frater proauię, & ab auūculus frater abauię.

Auus patris uel matris pater.

Auxilium iuris est suffragium, & beneficium iuris, prout dicitur, contra hæc prodita sunt iuris auxilia, uide de hoc: ff. ad Sylla. l. cum dominus. Frustra auxilium legis inuocat qui committit in legem. ff. de mino. l. auxilium, de usur. c. quia frustra.

B ante A.

Baburtus uel babosus idem est quod stultus uel hebes, & babigor idem.

Bacchari, hoc est baccharum more lymphaticè uaticinari: l. 1. §. fin. de ædil. edict.

Bacchari mulier seruili amore dicitur, in §. fin. Instit. de succes. sub. quæ ita ardenter seruum adamat, ut ueluti furore correpta uideatur.

Baiulare, idem est quòd portare.

Balanus genus est glandis. l. carbonum. ff. de uerb. sign. licet aliqui ibidem legant mendosè ballariis. Acron uerò scribit balanum esse herbam vnguentariam, & ab Horatio pro unguento myrobalano positam. Balanus etiam nomen est urbis in Epyro, ut refert Strab.

Balbus dicitur balbutiens, uel titubans qui uerba non explicat sed frangit à balbando dictus, sed blesus dicit, qui literas

 imper

imperfectè profert.

Baliuus est officium domini temporalis, ut C. de sent.excom.dilecto. li.6. & in cle.j.de pœ.

Baluca est publica utilitas, uel est uas luteum. C. de metal.lib. 11. ſm Accur.

Balnearii fures, qui in balneis furantur.

Balneatores, qui ministrãt in balneis.

Balneatorium instrumentũ appellatur, quo utimur in balneis. l. pictoris, de fun.instr.leg.

Bannire secundum dicta uulgarium uidetur idẽ esse quod proscribere, & dicitur bannitus quasi proscriptus de ciuitate.

Bannitorium est locus causarũ, aliàs panditorium.

Bannum secundum uulgare Gallicorum & Lõbardorum, uidetur esse edictum publicum, iuxta illud quod dicit Rayn. c. quod clericis.de foro cõpet. ꝙ preco Parisiensis nuntiat bannum nomine episcopi à Rege.

Baphius dicitur tinctor, & baphia taberna tinctoria l.2.C.de murileg.

Baptismus est ablutio corporis exterior facta sub ordinata forma. de cons.dist.4.c.necessarium, & per totam distinct. De triplici baptismo uide ibi.in c.baptismi uicem.

Barbari sunt qui extra Romanum imperium sunt, & maxime hostes. instit. in proœ.

Barbicarii de quibus in l.1. C.de excus. arti. lib. 10. sunt qui barbaricas uestes intexunt, aliter dicti phrygiones, quorum ars ut ibidem ait Alcia. est ex auro & coloratis filis, in uestibus hominum animaliumque effigies exprimere.

Bariles dicuntur uasa sicut in alpibus solent haberi.

Bariona.i. filius columbæ, ita dictus fuit S. Petrus, dist.19.ita Dominus, & Mat.16.

Bartolus lucerna iuris ciuilis. sic eũ appellat Ange. in l.1.C.de iud.

Bases dñr orbiculi illi ĩ quibus uasa in mensis collocantur, ne toralia polluãtur, quorum meminit Iac.in l.heres meus.§.pe. ff.de le.3.quamuis apud Iurecon.uerba mendose circun

circunferantur, sunt & aliç maiores, ut sessiones statuarum, columnarū, seu statuarum, sunt & fabricarum quæ a fundo consurgunt, & suppositę fabricę sustinent pōdus. & de his intellexit Pompo. in l.pe. ff. de uer. sig.

Bases strutiles, sunt ueluti pedamenta, & sedes columnarum, ex laterib. calceque, non etiam solido lapide, compositæ. Alcia. & Bud. in l. penul. de uerb. sig.

Basilica dicitur palatium Regis, & inde dicitur quælibet ecclesia basilica, quia est palatium regis ęterni. De hoc per Archi. 62. dist. nō oportet. 2. & ibi conc. Adde ꝙ basilica dicitur ecclesia cōstructa antequam sit cōsecrata, post consecrationem uero uocatur ecclesia. no. Ioan. And. in c. nobis. supra in uerbo ecclesiam. de iure patro.

Basilicæ uiæ sunt quas Consulares, uel prætorias, uocant, l. 2. ff. ne quid loco pub.

Bastagiarij secūdum quosdam dñr quasi bestiæ angariæ, eo quòd rusticos angariabant. i. angebant ad quintam bestiam prę standam, ut C. de muri. l. quod ad præsens, lib. 11. & ꝰm Accur. bastagiarij sunt de domo principis quasi bestiarii, primo modo, uel quasi festatores animalium, secundo modo aliter bestatores. Adde quòd bastagiarii secundùm Alcia. in rub. C. de muri. erant qui uestes ad tincturam ferebant referebantque.

B ante E.

BEare .i. prodesse, unde beati appellantur diuites & felices, quia cæteris prodesse pñt & debēt l. honorum, de uerb. sig.

Beguardus, & beguina, uel begutta, sunt uiri & mulieres tertii ordinis, qui etiam aliter uocantur fratres de pœnitentia. De his uide cle. 1. de reli. do. ubi Host. Et uide cle. ad nostrā. de hær. ubi dānatur secta taliū beguardorum & beguinarum. Item c. cum ex eo. de ex ces. prælat. lib. 6. & cle. cū ex eo. de sent. excom.

Bellum iustum quid sit, innuitur 23.q.2. per Arch. in sum. & c. iustum bellum. Iustum uidelicet, illud quod fit de pręcepto principis de rebus repetendis, uel pp iniuriam repellendam. Sunt aũt septem genera bellorũ, de quibus uide Arch. in rosario 23.q.2.c. & iustum. Et sciendum ꝙ belli appellatio accipitur dupliciter.s. pro ipso cõflictu, ut i l. bello, in pri. de excus. tu. & pro tpe militiæ, ut insti. de excu. tu. in princ.

Belos, dictio Græca, quæ idẽ significat ꝙ telũ. l. si calumnietur. de uer. sig.

Beneficium sumit̃ latissime pro omni liberalitate. Minus latè pro liberalitate principis, & sic sumptum significat large & stricte. Large ut continet beneficium stricte sumptũ, & cũ hoc rescriptũ, & priuilegium. Stricte dicitur beneficium principis concessio facta à principe de aliqua re uel iure, quod est principis cõcedentis, & per hoc differt a rescripto uel priuilegio, & licet ita strictè sumatur, tñ eius interpretatio latissima est. l. fi. ff. de const. princ. c. cùm dilecti, in fi. de donat. & de uer. sig. c. olim. Ex natura .n. principis decet esse liberalem in his quæ sua sunt; uerbi gratia Princeps alicui concedit domum aliquam delatam ipsi principi cũ integro eius statu. Hæc uerba sumuntur latissime. s. cum his quæ insunt, & adiacẽtibus & omni iure suo. l. si quãdo, cum ibi not. C. de bon. uaca. lib. 10. Sed pone princeps concedit domum non apponendo cum integro eius statu. certè sola domus concessa uidetur; quia uerbum domus ad illa non potest extendi, uidelicet curiam, uiridarium, & adiacentia, facit l. si quãdo pręallega. nisi aliunde sumeretur scientiam ꝙ princeps de illis intellexerit. Nam sola liberalitas non est sufficiens significatum, nisi aliud significatum concurrat: quia aliàs sequeretur ꝙ concedendo unam rem uide

uideretur aliam concedere.

Beneficium iuris est id qđ a iure conceditur uel indulgetur. Et horum beneficiorum iuris quædã sunt ordinaria, quædam extraordinaria, ut illa q̃ ex speciali priuilegio q̄busdã specialiter indulgentur, sicut beneficium restitutionis in integrũ ecclesiæ uel minori 25. annis concessum. facit de in inte. restit. c. i. & ff. de const. princ. l. ult.

Beneficium epistolæ diui Adriani. Require infra in epistola.

Beneficium nouę constitutionis de fideiussore. Require infra fideiussor.

Beneficium nouæ constitutionis de duobus reis stipulandi uel promittendi est per quod subuenitur duobus reis debendi uel promittendi, ut per ipsum postulare possint se non insolidum, sed ꝓ parte posse conueniri, nisi se obligauerint. & huic beneficio renuntietur, & hoc adiecta noua constitutione in actione de duobus reis promittendi & stipulandi, quia ut dicit Azo. in summa. C. eo. tit. effectus duorum reorum ꝓmissionis fuit, ut si duo uel plures eandem pecuniam promisserunt, aut stipulati fuerunt, ipso iure singulis insolidum debeatur, & singuli debeat. Poterat ergo ab uno eorum insolidum peti, quia unusquisque eorum insolidum erat obligatus.

Beneficium cedendarum actionum. Require infrà cedendarum actio. Q̃uo aũt renuntietur his instrumentis & beneficiis. Require infra renuntiatio. & de hoc in Spec. ti. de renunt. §. finitis partium, uer. sed not.

Beneficium ecclesiasticum datur rõne officii, de prębend. cum secundum apostolum 80. distin. si quis amodo. Et ergo beneficium tale non confertur excommunicato c. cum bonæ, de ęta. & quali. q̄a officiari non potest, nec fructus percipit ſm Gosfre. de cle. exc. mini. §. si tamen quæris.

Beneficium feudorum. Federici,

derici, & beneficium fœminæ, hæc duo requiret in lib. feud.

Benemeriti sunt qui aliqd insigne seruitium fecerint. c. si quis papa. 79. distin. nam pro præmio remunerandus est seruus libertate. c. episcopus. §. in criminali. 12. q. 2. tamen benemeritus large dicitur quicũque non demeruit. l. seruos. ff. de manu. testa. sic quilibet dicitur dignus qui non est indignus, cap. dudum, de præsumptio.

Berones sunt sacri, quasi perones, à para dicti. Bud.

Bes. i. octo unciæ. §. hæredi tas. Inst. de her. inst.

Bestias inquit Vlpia. in l. 1. de postul. accipere debemus magis ex feritate q̃ ex animalis genere.

Ad bestias damnati dicebãtur, qui in exercitationẽ depugnandi cum feris in theatro addicti erant: quę pœna longe mitior erat quàm bestiis obiectorum: hi enim protinus laniabantur à feris, quos bestiis subiectos interdum Iurisconsulti uocant, ut in l. pœna. ad l. Pompe. Budæ.

Berytus, urbs est Metropolitana olim literarum studiis celeberrima, hodie uulgo dicit̃ lauitus.

B ante I.

Biarcha uel biarchus dicitur princeps 40. militũ à bis uiginti, & archos princeps dictus, ut colligitur. C. de off. quæsto. ubi apparet q̃ biarcha est minor dignitate q̃ cẽtarcha cui est potestas centennarii, quia dux cẽtum militum.

Adde q̃ biarcha uel biarchus uocatur, qui comparat necessaria ad uitam toti domus principis. bios enim Græcè, uitã significat, archos principem. Aliàs dicitur biarceus, q̃ uitæ necessaria curet.

Bibliopola est uenditor librorum.

Bibliotheca, locus quo libri reponuntur, qd' plenius explicat Vlpia. in l. librorum. de leg. 3.

Bidentes annumerat Vlpianus inter instrumenta rustica. l. instrumenta. de fun. inst. Est autem bidẽs

instrumentum fossoriũ, sic dictum, quod duos habeat dentes.

Bifaria.i.bis nupta.

Bigamus s̃m Host. dicitur qui diuersis temporibus & successiue duas legitimas habuit uxores 31. q. 1.aperiant. Sed large & interpretatiue dicitur, qui contraxit cum corrupta uel uidua.32. dist. seriatim, uel qui duas uxores habuit ante baptismum, & aliam post, 34. dist. c. si quis uiduam, uel qui castitatem pro missam uiolauit.27.q.1. quotquot ut subdiaconus uel monachus qui contrahit de facto, cum de iure non possit, uel qui unam de iure, alterã de facto, uel q̃ de facto duas duxit uxores, uel q̃ uxorem adulteram postea scienter cognoscit. Nam non potest promoueri ad sacra, cuius uxor adulterata est etiam si eam uirginem duxerit, dum post adulterium eã cognouit aliàs secus 34.dist.si cuius uxorem. Secundum quosdam autem indistinctè bigamus censetur etiam si ignorãter cognoscat eam sicut qui publicam pœnitentiam egit, uel repudiatum duxit l.distin. in capite ieiunij. Dicitur autem bigamus s̃m Innoc. iuxta uulgare prouincialium quasi bis gamus, id est stultus uel fatuus, quia ibi stultus dicitur gamus Vel dicitur bigamus à bis quod est binum, & gama quod est mulier, quasi homo binæ mulieris uel bini coniugii. Et licet bigamus ad sacerdotium promoueri non possit. c. 1. de biga. quia prohibentur bigami non propter culpam, sed propter sacramenti defectum.cap. debitum,eod.tit. tamen in necessitate bigamus ordinatur in subdiaconum.34. distinct. subdiaconus. Et bigamus non est ille qui contrahit cũ uidua si est incognita. c. debitum.præall, Nec est bigamus contrahens cũ unica & uirgine.de cler. coniug.c.sanè.

Bigamia triplex est, una uidelicet quando quis

duas uel plures habet uxores. Alia est cum quis contrahit cum corrupta. Tertia est quando quis castitatem promissam per uotum solenne uiolat, uel quando scienter cognoscit uxorem adulteram, & cum talibus nõ dispensatur, & qui tales ordinat, priuatur officio, & potestate ordinandi. Et similiter ordinatus tali ordine priuatur, ut no.eo.tit.c.2.

Bima, i. duorum annorum. de ann.leg.l. 3. & de usu fru.le.l.si ususfructus.

Bissextus habet dies 366. ut no.in l.cum bissextus, ff. de uerb.sig. Et unde dicatur, no.Ber.in c.quæsiuit de uer.signi.. & no.ff.de statu lib in l.cum hæres, §. Stichus.

B ante L.

Bladum ẽm Accur. in l. triticum, de uerb.obl. dicitur omne quod in area teritur, quæ diffinitio ẽt Barto.placet. in l. i. §.de eo opere. de aqua plu. arcen.

Blandiri sibi, apud Vlpia. in l.iij.de admi.tu.est se ipsum fallere.

Blasphemare q̃d sit, docet Bar.in l. item apud Lab. §.ait, de iniu.

Blæsi teste Budæo, sunt qui certam aliquam literam exprimere non possunt. mentio fit in l. item Offilius, de ædil. edi. de quo & supra in uersi. Balbus.

B ante O.

Boethi legistarum, adiutores eorum sunt qui rationes publicas discutiunt. Et inde Boethius nomen accepit. Boethus enim Græcè, Latinè dicitur adiutor secundum Accu. C.de tab.scribis, & log.lib. 10.

Bolida uel bolidis est massa plumbi quam mittunt nautæ ad mare ad experiendum profunditatẽ. vnde, Per bolidam plumbi dic massam significari, p quã nauta solet maris explorare profundũ.

Bombycina ueſtimenta appellantur, quę ex bombycum uermium telis confecta sunt. l. uestis. de au. & arg.leg.

Bona dicuntur sic à beando, eo quod habeant .i. beato

beatos faciũt, uel ꝓsunt. Nã beare, idem est quod prodesse, & qđ prodest, beat. l. bonorũ. ff. de uer. signi. Sumitur aũt hęc dictio pro omni bono utili, delectabili uel honesto spirituali, uel tp̃ali, ut 1. de anima. In iure autem hæc dictio bona in plurali, & neutraliter significat res nostras quæ sunt in dominio nostro uel quasi. in d. l. bonorum, & ipsas res ex suo proprio significato communiter accepto significat deducto ære alieno. Quandoque autem non deducto significare concluditur, uerbi gratia, Testator legat alicui certam partem bonorũ, & ibi bona dñr ęre deducto alieno, l. cum aũt. ff. de leg. 2. Nam sensus est, ꝙ per hęredem deducto omni ære alieno de hæreditate legatarius habeat quartam in bonis quæ supersunt .i. quotã sibi legatam, & sine onere creditoris, ut in l. pręalleg. Sed ubi testator hęrede instituto legat Titio omnia bona, uel per fideicommissum uult restitui, significat æs alienum non deduci, imò transire ad legatariũ uel fideicommissarium. Et ita idem significat quod hæreditas. l. nam quod. §. fi. cũ l. seq. ff. ad Trebel. finaliter, ergo hæc dictio bona significat latissimè omne quod quouis modo potest prodesse. Et prout in iure accipitur, in communi significato significat quæ sunt in nostro dominio, uel quasi, deducto ære alieno. Etiã significat hæreditatem quãdo probabile mediũ commodius hoc declarat. Et sic bonorum appellatio, aut est ciuilis aut naturalis. Ciuiliter enim significat sicut lex & eius significatum se adaptat, & ĩ bonis annumerãt si qđ est in actionibus, petitionibus, persecutionib. l. bonorum. ff. de uerb. sig.

Bona aduẽtitia, castrensia, quasi castrensia, profectitia, quæ sint, uide in uer. Peculium.

Bona ciuitati, abusiuè publica dicta sunt. Sola. n. publica

publica sunt quæ populi Romani sunt ut l. bona. ff. de uerb. sig.

Bona materna, & materni generis sunt illa quę ex matre vel auia debentur filijsfamilias, uel emācipatis deferuntur, & qn̄doq; pro nepotib. puta res auiæ ipsorum.

Bona uacare est ipsa dominum non habere.

Bonorum possessor dicitur ille qui de iure prætorio alteri succedit, quia bonorū possessiones à prætore sunt inuentæ. Et est differentia inter bonorum possessorem & hæredem, quia bonorū possessor de iure prætorio succedit. institut. de bonorum possessio. §. i. & ff. eodem titulo. per totum. & est nomen iuris, ut notat Ber. de cau. possessio. & proprieta. in glossa 4. & ff. de uerborum significatio. l. hæreditas. Aliud est possessor bonorum, duæ dictiones non nomē compositum, significans factū & non ius, sed hæres succedit de iure ciuili.

Bonorū possessio ponitur pro una dictione ∫m Azonem, & significat ius recipiendi prosequēdique & retinendi illud quod ī bonis illius erat cui succedit de iure prætorio, & differt à petitione hæreditatis quæ est de iure ciuili, ut instit. & ff. præalleg. Itē est ius quod prosequimur, & in hoc differt ab actione hæreditaria uniuersali, scilicet possessoria hæreditatis petitione. Et qn̄ ponitur pro una dictione, ut bonorum possessio significat hoc ius. Si autem dicitur possessio bonorum, tūc significat factum. Diuiditur autē bonorum possessio, quia alia est ordinaria, alia est extraordinaria. Alij diuidunt bonorum possessionem in has duas species, scilicet bonorum possessionem secundū tabulas Testamēti, & bonorum possessionem contra tabulas testamenti, ut infra dicetur.

Bonorum possessiones extraordinarię sunt duę ex testamento, scilicet secū dum tabulas, & contra tabu

tabulas. Et quatuor ab ĩtestato, scilicet bonorũ possessio vnde liberi, bonorũ possessio vnde cognati, bonorũ possessio unde agnati, & bonorũ possessio vnde uir & uxor: quarum descriptiones subiicientur.

Bonorũ possessio extraordinaria dicitur duobus modis. Vel quia non est stabilita certa parte edicti, scilicet ex testamento tãtùm, uel ab intestato tantum, sed ut uaga. quandoque ex testamento, quandoque ab intestato defertur, & competit tantum his qui uocãtùr ex nouis legibùs, ut ecce mater alijs in testamento institutis, postea in puerperio decessit, & filium quem gestabat in utero præterijt. Præsumitur enim filius hic institutùs, & habet bonorum possessionem secũ cundum tabulas, & septimam partem extraordinariam. Cuius bonum est exemplum ſm l. Corneliam tam ex testamẽto q̄ ab intestato, quæ fingit eũ qui moriꝭ in captiuitate decessisse ipsa hora captiuitatis. Et ideo quilibet potest ei noua lege Cornelia ex testõ ab intestato succedere, ut instit. de bonorũ possessio. §. septima. Dicitur autem extraordinaria possessio, quia ius non tribuit, ut Carboniana, & quæ datur uentri, & quæ datur gratia litis agnoscẽdæ vñ & extraordinaria datur sine causæ cognitione, quæ in ordinarijs, quia omne iùs tribuit necessaria est. Item bonorũ possessio aliter diuidiꝭ, quia alia diciꝭ bonorũ possessio edictalis, ut quæ ex edicto prætoris mortui decernitur. Alia uerò bonorum possessio decretalis quæ à uiuo prætore decerniꝭ. Vel quia hodie nõ est necessariũ eam decerni uel dari. Dicitur.n. decretalis siue iudicialis à iudicis ꝑsentia q̄ ĩ eius agnitione exigituꝭ, ſm Azo. posset & illud dici vnã eẽ bonorũ possessio nẽ edictalem, & eandem appellari decretalem vel iudicialem ex eo quod acci

accipit efficaciam ex pręsentia iudicis. Nec est differentiam inter decretum & decretalem, licet quidam dicant contrarium. Repelluntur autem à bonor. posses sio. qui amiserunt libertatem uel ciuitatem, sic ff. eod. l. edicto. Petitur autem bono. possess. à liberis intra annum utilē, ab agnatis autem & cognatis infra centum utiles dies, & si plures sint in eodem gradu, omnes admittuntur. Si autem repudiauerint uel tēpore sint exclusi, statim possunt admitti sequentes infra eadem tempora, ut institut. eod. tit. §. liberis itaque.

Adde ꝙ bonorũ possessiones edictales appellãtur quas ordinarias uocant, quę quidam ius tribuũt: decretales uerò sunt quę vulgo dicuntur extraordinariæ: & hæ sunt facti, qualis est Carboniana, & quę uentris nomine decernit, & his similes, quę omnem uim ex decreto Prætoris acci piunt, ut eleganter docet Alciatus in l. delata. de uerb. significatio.

Bonorum possessio secundum tabulas est ordinaria ex testamento. Et dicitur esse ex testamento secundum Azon. non quia iuuatur ex uoluntate defuncti, sed quia nō habet locum nisi existente testamento, & datur scriptis hæredibus, & eis deficientibus uocantur substituti. Et inde substitutis deficientibus uocantur substituti eis. Petuntur autem ex originalibus tabulis tantum non exemplo. Item si fiat quæstio de tabulis, debet probari cuiuscunque intentio per septē testes, & non ꝑ duos tantum ſm Azo, licet quidã dixerunt contrarium. Si autem testator nō facit testm̃ in scriptis, sed in uerbis, uel nuncupatione rerum uel hominũ, datur bonorũ possessio secundum nuncupationem testamenti.

Bonorum possessio contra tabulas, quam prætor liberis pollicetur secũdũ Spec. ĩ tractatũ de libel. tit.

titu. de testa. §. sequitur uidere. ubi dicit. Est & alia bonorũ possessio cõtra tabulas quæ dat filio uel nepoti preterito cõtra testm̃ patris uel aui q filiũ uel nepotẽ ĩ testõ suo, uel uita preteriit, & datur etiam in tabulis, si filio uel nepoti legauit, ipse tamen legatum nõ agnouit, & s̃m Azo. in sum. eod. tit. defertur liberis naturalibus & legitimis tantum, puta adoptiuis. Item natis & nascituris. Item emancipatis præcipuè, & his qui erãt in potestate defuncti, & datur illis ex quib. potuit aũt hæreditas, aut bonorum possessio peti de iure cõi. Dat aũt à patre naturali, & ĩ adoptione nõ habet locum hæc bonorum possessio. nisi instituantur ab eo hęredes, & alius ei cõmittat edictum. Item alia est bonorũ possessio contra tabulas s̃m Spec. ibidem, q dat patri uel matri, auo uel proauo, si sint præteriti ex testamento filij uel nepotis emancipati gratis & sine pecunia, cum quo nõ est factum pactũ ne pater uel auus inquietaret sua iudicia, nec receptum est ab eo quantum satis est, qui et nec miles nec in militia decessit. Item secundum eundem ibidem est alia bonorum possessio contra tabulas quę datur patrono præterito contra testamẽtum liberti si sit maior centenario ad recipiendum per patronũ tertiam partem sibi debitam de iure, & datur patrono si sit præteritus omnino, uel etiam si sit sibi minus tertia parte legatũ, & tũc datur pro supplemento usque ad tertiã partem. Et differt in hoc secundum Azo. à bonorum possessione quæ datur liberis, quia tunc hæc demum datur si hæreditas liberti si adita saltem ab uno de hæredibus. Sed illa quæ datur liberis, satis est quod quis potuit esse hæres, licet non potuit petere secundum tabulas bonorum possessionem. Item notandum q querela inofficiosi testamẽti fere

fere hoc idem operatur, quod bonorum possessio contra tabulas, quia testamētum rescinditur de facto. Sed Speculator dicit ꝙ de iure scissum & irritum est. Sed in hoc differunt, quia bonorū possessiones omnes prætoriæ actiones sunt, uel edicta pretoria. Querela aūt inofficiosi testamēti ciuilis est. Et præmissæ bonorū possessiones ordinariæ sunt, & competunt ex testamento. Aliȩ bonorum possessiones competūt ab intestato.

Bonorum possessio vnde liberi ẜm Specula. ubi suprà §. uiso. daẗ filio emācipato qñ pater decedit ab ītestato, & est ordinaria, & eā nō habēt liberi in linea materna. l. quoties. C. de suis & leg. hęr.

Bonorū possessio vñ agnati uel vnde legitimi ordinaria est, & ẜm Spec. ibidem datur proximis cognatis coniunctis per uirilem sexum post liberos ab intestato. Et nota ꝙ bonorum possessio vnde legitimi nō est caput speciale, sed generale, cōcurrens cūm alijs speciebus bonorum possessionib. scilicet cùm vnde liberi, unde agnati, vnde cognati, unde ex lege & senatusconsulto.

Bonorum possessio vnde cognati similiter ordinaria est, & ẜm Speculatorem daẗ his ab intestato qui per fœmineum sexum coniuncti sunt, ut si neque liberi, neque legitimi existant, cognati proximi succedant.

Bonorum possessio unde uir, & uxor similiter ordinaria est & datur uiro muliere ab intestato decedente, agnatis uel cognatis non existentibus. uel ecōtra datur mulieri, uiro ab intestato decedente agnatis & cognatis non existentibus. Et hæ omnes ordinariȩ quatuor bonorū possessiones cōpetunt ab intestato. Aliæ uerò q̄ sequūtur, sūt extraordinariæ.

Bonorū possessio extraordinaria est, quæ nomine caret ẜm Spec. ibidē, & cōpetit his qui ex lege, senatusconsulto & constitutionibus principum tam

tā ex testamento, quàm ab intestato ueniunt, sci licet ut cùm aliquis vult succedere patri suo quē ab intestato decessisse in uenit, cùm ab hostibus redit, uel cùm à captiui tate fuerit emācipatus, & sic iure ciuili cum co gnatis ī successione iure postliminij petit sibi hāc bonorum possessionem concedi.

Bonorum possessio ex lege Cornelia eodem modo datur filio emancipato de iure ciuili in cognito cùm vult succedere pa tri decedenti ab intesta to apud hostes in capti uitate.

Bonorum possessio extra ordinaria septima dat uno modo patrono uo lenti succedere, liberto ab intestato decedenti si ne liberis. Alio modó fi lio uolenti succedere in bonis matris, uel econ uerso. Et datur alio mo do infanti uel curatori eius, uolenti succedere ex testō matris, quę testa mentum mutare nō po tuit præuenta morte, cū in puerperio decessit, & alios filios cohæredes in stituit. Datur autem hęc bonorum possessio filio adoptiuo, uel arrogato uolenti succedere patri adoptiuo, uel arrogato ri ab intestato decedēti. Omnes autem bonorū possessiones p̄missæ ius tribuūt, sed quæ sequun tur ius nō tribuunt, licet facti sint.

Bonorum possessio Carbo niana est illa per quam filius impubes uolēs suc cedere ī bonis patris ab intestato tanquam pro ximior, uel rumpere te stamentum, per contra tabulas, uel dicere ipsū nullum ipso iure cū fue rit præteritus, cùm ob iicitur sibi controuersia bonorum & filiationis uel mouetur sibi quæ stio status, puta ꝙ sit seruus, petit per Carbo nianum possessor insti tui per controuersiam motam de bonis, & filia tionem & quæstionē sta tus usque ad tempora pubertatis suæ differri. Et datur solum cognitio ne luminaria. Require infra Carbonianum.

Bonorum possessio nomine uentris datur mulieri prægnāti in bonis mariti, ī quib. ſm dignitatē ſuam ſibi & familiæ ſuæ alimenta conſtituuntur.

Bonorum possessio ex edicto diui Adriani tollen. daē alicui uolenti ſuccedere in bonis alicuius ex teſtamento in quo inſtitutus uel inſcriptus eſt, ex eo quod oſtendit teſtm̄ nō cancellatū nec abolitum, nec in aliqua parte ſua abraſum, ſm Alber. Et daē uolenti ſuccedere ab inteſtato ſecū dum Goff. quod probat ſecunda pars rub. quæ dicit de ſcripto hærede. Sed ratio Goff. dicit contra in ſum. Hoc tn̄ notandū ſm Spec. de bon. poſſ. ꝙ bonorū poſſeſſiones olim fuerunt utiles, ſed hodie ſunt, inutiles præterquam in quinque caſib. Primus, qn̄ viuo teſtatore poſthumus præteritus deceſſit, quaſi uideaē teſtm̄ ruptū iuris ſolēnitate, cum nihilominus hæres ſcriptus ex iſto teſtamento petit bonorū poſſeſſionē, ut in l. poſthumus. ff. de iniu. rup. & irrit. teſtamen. Secundus eſt in l. filius. cod. tit. Tertius inſtitut. quibus mod. teſtamen. infir. §. 1. Quartus in l. hęres. ff. de decret. ab ordin. faciēd. Quintus in l. æquiſſimū. §. 2. eod. tit. & l. filius. C. de inoffi. teſta.

Bonorum poſſeſſio ex teſtamento militis in militia decedentis, nō datur patri, uel auo, uel ꝓauo, nel contra tabulas, ut C. de teſtamen. milit. l. ne quidam. & l. milites.

Bonę fidei emptor dicitur, qui ignorauit rem alienam eſſe, uel putauit uēditorem habere ius uendendi. ſ. eſſe procuratorem uel tutorem. ff. de uerb. ſig. l. bonæ fidei.

Bonæ fidei poſſeſſor eſt q̄ credit ſe aliquam rem iuſte retinere, ſed malę fidei poſſeſſor eſt, qui iniuſtè ſcit ſe aliquam rē poſſidere, ut ī reg. poſſeſſo. de reg. iur. lib. 6. & in ſtit. de uſucap. per totū.

Bonum & ęquum teſte Budęo abſolutam bonitatem ęquitatēque ſignat, & ceu iuris medullam.

Bo

rem delegatũ admittit, existimans soluẽdo esse. l.inter.§.abesse. ff. man.

Bos cornupeta, est bos qui facile cornupetit.i.corni bus pungit.

Boues nõ continentur sub appellatione iumento rum,sed pecudum uel ar mentorum.ff.de uer.sig. l.boues. unde si lego ar mentum, cõtinentur bo ues.ff.de leg.3.§. armen to.sed si lego iumenta, non continentur. l. lega tis,§.iumentis,eo. tit. & ff.de ædil.edi.l.ædiles.

B ante R.

BRabeutæ, latine designa tores appellãtur. l. athle tas.quib.ex cau.infam.ir rog.Sunt autem qui con stituendis pompis præ sunt,unicuique inceden di locum & ordinẽ præ scribentes, non dissimili munere eorum, qui Ro mæ uocantur magistra tu cæremoniarum.

Bractearii in l.i.C.de excu. tut.ar. dñr qui aurũ mal leis tusum, & ad quãuis tenuitatem ductile, reb. inaurãdis inducunt. Nã bracteæ sunt auri tenuis simæ laminæ.Bud.

Brauiũ uictoriæ præmiũ.

Brephotrophus appellatur gubernator infantium pauperum, & orphano rum, & brephotrophiũ locus ubi huiusmodi in fantes publicè aluntur.

Breuiter no.Io. Cal. ĩ cõm. suo super decreta, cùm dilectus. de cau. pos. & prop. Et Io. And.de test. c.1.lib.6.

Breuis,breue,breuiarium, dicuntur epitomæ siue commentarioli rerum summas complectentes, quæ uocant summaria.

Breuiatores quę sint.no.in auth.de consu.ult.col.& sunt ẽt in curia R.officia les q̃ sic dñr,q̃ scribũt, & dictãt rescripta curię R.

Breuiloqua hęc dictio signi ficat substitutionẽ quæ breuib. uerbis continet substitutionem, cumula tionẽ seu multiplicatio nẽ.Etiã breuiloqua est il la substitutio quã substi tutionis unius personæ ad aliam fit repetitio.

Item breuiloqua illas tot & eodẽ modo signifi cat substõnes ut signifi cant eius uerba uel quæ

uis aliunde sumpta signi ficata. Et dicitur breuilo qua, quia breuibus uer bis fit, & breuibus uerbis comprehēdit plures sub stitutiones, ut nō. Accur. & Bar. ff. de vulg. & pup. subst. De hoc uide infrà substitutio breuiloqua.

Brocardica materia dicitur quæ est contrariarū opi nionū rōnib. inuoluta.

Brutus dicitur quasi obru tus, quia sensu caret, & est sine rōne & prudētia ſm Isid. unde brutire .i. infatuare.

B ante V.

BVbulcus dicitur tā qui bobus arat, q̃ qui boues pascit l. cum de lanionis de fun. instr.

Bubulus est magnus & syl uestris bos, unde bubali næ stragulæ, ex bubulo rum pellib. confectæ, sed buculus est paruis bos.

Bucus est garrulus qui cæ teros oris loquacitate, nō sensu superat, ſm Isi.

Buccellarii sunt latrones q ponunt in ore captiuo rum lignum, ut non cla ment. C. ad l. Iul. de ui. l. ult. uel melius dicebant equites cataphracti per oriētem, qui suberāt ma gistro militū, author Al cia. l. i. C. de ero. mil. an.

Buccellanis, ut sentit idem Alcia. in præall. l. i. C. de ero. mil. an appellatur id genus panis, quem uul go uocant bis coctum, ni mirum ad diuturnitatē usus excoctum.

Buccinum, species purpu ræ. l. si cui. de leg. 3.

Bulla est sigillum Papæ, uel litera quā dat Papa, uel ornamentum schedulæ.

Buprostis animal est ualde noxium, haud absimile scarabeo, de quo mētio fit ī l. 3. ff. ad Cor. de Sic.

Burdo, partus est ex equo, & asina. l. item legato, de leg. 3.

Burgos uocant crebra per limitem habitacula con stituta,

C ante A.

CAballatio, munus alendi equos pu blicos.

Cacabos annume rat Pau. in l. cum delanio nis, de fun. instr. inter in strumenta fundi: sunt

autem

autem uasa in quib. coquitur pulmentarium.

Cadat ab omni iure suo, ista uerba important per snīam. Fel. in c. Rod. in 18. uers. cadit ab omni iure suo. de rescr.

Caduca glās, q̄ ex arbore cecidit. l. Sylua. de uer. sig.

Caduca bona, quæ ad fiscū deferuntur. l. pen. de iis quæ in testa. delen.

Caducum legatum s̄m Az. in sum. de ca. tol. est qd̄ deficit post mortem testatoris quacunq; rōne. Et quia quibusdam modis & rōnib. iniqs olim legata fiebant q̄nque caduca, ideò lex ponit unā rub. C. de ca. tol. Et differunt ꝑ nō scriptū, quasi caducum & uerè caducū. Vnde legatum pro non scriptum est q̄n legatur alicui damnato in metallum, uel nō existenti in rerum natura, puta non nato. Quasi caducum est q̄n non omnino cadit, sed uerè caducum est, q̄n legatarius uixit post mortem testatoris, & superuenit ei conditio ꝑ quam efficitur incapax legati. Sed in alio casu legatur illi qui est in rerū natura, sed moritur ante mortem testatoris. Primum accrescit sine onere, s̄m uerò cum onere.

Cadus uas erat uinarium, in quo uinum diffusum seruabatur, l. pen. de uī. tri. & ole. leg.

Calamitas est infelicitas uel miseria que euacuat omni bono uel est pęna uel labor immensus.

Calata comitia, de q̄bus fit mentio Inst. de test. or. q̄ olim essent, enarrat ele. Aul. Gel. lib. 15. c. 27.

Calcaria, locus ubi calx cōficitur, l. aut dānū, de pœ.

Calcearium quod pro calceis impenditur.

Calcitrosus equus est qui solet calce ferire. i. pedibus retro se percutere.

Calculator s̄m Isid. dicitur à calculis. i. lapillis minutis, quos antiqui in manibus habuerunt, componendo numeros.

Calculus. i. computus. C. de erro. calc. l. unica. Item est causę cognitio & enumeratio, ut C. de iud. l. rē non nouam. Item prima sententia diffinitiua. C. de app. si actor. Vide ali

quid de calculo de fide instit. cum dilectus.

Calendæ & calendarium, uide in littera K.

Caligatus.i.miserrimus. Inde caligatus miles dicitur qui habet ferreas ocreas uel calligas de corio. Etiam idem est quod infirmus uel obscurus, has expositiones facit gl. in l. à caligato. C. de nup.

Calliditas, require infra dolus malus. Est enim calliditas dolus adhibitus tacendo, ut not. ff. de don. ma. l. i. in glo. inde callidus.i.fallax uel astutus.

Calūnia ſm Host. in sum. est cum quis ex certa scientia iniustè agit uel resistit. ff. ad Turp. l. i. §. calūniari. Vel est petitio iniusta ex certa scientia in iudicio facta, & iustę petitionis iniusta mīsio, uel est falsi criminis impositio. ff. de uer. sig. l. si quis calumnietur.

Calumniari ſm Az. in sum. C. de calu. est falsa crimina scienter intentare & alicui opponere uel imponere. Et ex eo quod quis non probauit crimen, calumniari uidetur, licet tex. uideatur sonare in contrarium, quòd talis non sit calumniatus. 2. q. 3. §. notandum, ubi dicitur. Calumniari est falsa crimina intentare seu intendere. Præuaricari uerò crimina abscondere. Tergiuersari in uniuersum ab accusatione desistere. Sed non utique qui nō probat quod intendit, calumniari protinus uidetur. similis tex. ī l. i. fit ad Senatusc. Turp.

Calumniator est qui scienter alicui falsa crimina imponit uexādi occasione, ut ff. ad Tur. l. j. in pr. unde ſm Isid. Calumniator à calumniando. i. frustrando uel decipiendo dictus est. Et inde dicitur iuramentum calumniæ. s. uitandæ. Et est assertio ueræ petitionis uel repulsionis ſm Gof. cum quis iurat se bona fide & non calumniādi animo causam mouisse, uel quod uenerit ad reluctādum putans se bona iustitia uti. C. de iur. calu. l. 1. §. 1. & habet quinque cap. ut c. 1. eod. ti. ubi gl.

Camelarii sunt ductores curato

ratoresque camelorum, & camelelasia munus agendi accurãdi camelos, nam cameli iumentorũ operã pstabãt impedimẽtis exercitus cõportãdis.

Camerata arca uehiculum contectum, quo matronæ, & ualetudinarii gestãtur.l.sed addes. ff.loc.

Cannium potio est quæ fit ex hordeo & aliis frugibus, & est species ceruisię, ut meminit Vlp.in l. si quis uinum, ff.de uino tri.& oleo leg.

Canabis herba notissima, ex cuius cortice funes fiunt.l.1.de exer. actio..

Cancellare est scripta transductis lineis instar cãcellorum delere. gl.ĩ l.si qs libertatem.de pe.hęred.

Cancellarius nomen accepit a cancellando, cuius officiũ est rescripta uel mĩsa imperatoris, & mãdata inspicere, & mala scripta cancellare, & bene scripta cum signaculo suo signare, & sigillum eis imprimere. Inde etiã u nit archicancellarius quasi princeps cancellarii ã m Azo.in summa.

Cancelli dicuntur ligna inter se modicis ĩteruallis in transuersum connexa l.quæsitum.de fun.instr.

Candidati principis erant ex Quęstorib.qui orationes epistolasque principis in Senatu recitabant l.1.de offic.Quæst.

Canon græce, est regula latine 3.dist.can.Et in una significatione est id, qđ in consilio generali, uel prouinciali statuitur, & sic capitur de const. c.canonum statuta. In alia significatione uidetur esse id, qđ ab emphyteota de re emphyteotica soluitur, & sic uidetur sumi ab Azo.in sum.C.de iur. emph. uers. ex hoc autẽ contractu. Etiam dicitur illud quod sumitur pro pedagio uel uectigali, ut in rub.ff de pub.& uecti. Vnde & canonica illatio in l.placet. C.de sacros.eccle.pro ordinaria tributi præstatione.

Canonum quidam est latę sententiæ, quidam ferendæ. Et primus exprimit̃ p uerbũ innodatus, uel eoipso. Secũdus per uerbum innodetur, ut est gl.in c.quicũque, de hęr.

lib.10. Item canon habet sub se quatuor spēs. 25. q.3. si quis dogmata.

Canon frumentarius urbis Ro. est certus numerus mensurarum frumenti, quæ singulis annis mittebantur Romam. l.1. & 2. eo. tit. lib. 11. quod erat etiam de oleo.

Canon largitionalium titulorum, est summa tributi, & p̄statur de regulari præstatione à prouincialibus fisco. Et dicuntur tituli, qui ex specialibus titulis, id est, literis breuibus ve chartis leguntur, C. de ann. & trib. l. 3. & l. 1. de canone largi. tit. li. 10. s̄m Accur.

Canonia est ius quod prouenit electione & receptione in fratrem, uel est ius percipiendi fructum præbendæ, siue reditus. c. relatū. de p̄ben.

Canonia est nomen tit. & iuris, Præbenda uerò nomen facti, & cadit in extraneum, ut no. Inno. in c. cum M. de constit. quære infrà, Præbenda.

Canonica monitio est quando interuenit citatio cū tribus monitionibus, uel una p̄emptoria tres continens, de qua in cap. const. de sent. exco. lib. 6.

Canonica portio est à canone deputata ecclesiæ parrochiali de relictis à parrochiano defuncto illi ecclesiæ, ubi elegit sepulturam cum alibi quàm in parrochiali elegerit eam, & s̄m uarias consuetudines alia & alia, Nam alicuī medietas, alicui tertia, alicui quarta, dat. de sep. c. certificari.

Cantare & legere differūt, quod not. pro statutis, qui tenetur cantare officium, nō satisfacit dispositioni legendo, sed cui permittitur legere, permittitur cantare. Abb. in c. quod inte. de pœ. & remis. & in c. ut quisque. in 2. no. de uita, & ho. cler.

Cantharus, ut quibusdam uidetur, appellatur illud aquæ conceptaculū, unde salientes aquæ erumpunt. l. cætera. de leg. 3.

Cantharis animal est uenenatum. l. 3. ff. ad l. Corn. de Sic.

Capere est ita accipere q̄d id quod capis tuum fiat. Vnde aliud est capere, & aliud

aliud accipere,quia capere est cum effectu q̃ secū remansurū est, ideò nō uidetur quis capere qđ erit restituturus. Sed accipere est si quis non sic accipiat ut habeat, & sic accipere potes illud qđ nō fit suum accipiendo. ff.de uerb.signif.l. aliud est capere.

Capiendis .i. distrahendis pignoribus tributorum, require infrà,pignus.

Capitale crimen quod sit, uide ff.de pœnis.l. rei capitalis,de bo. poss. l. edicto.§.rei capitalis.

Capitalem fraudem admittere, est tale quid delinquere,propter quod delinquens capite puniendus sit.l.cum autem.§.excipitur. de ædil.

Capitales inimicitiæ sūt cū quis alicui minuač mortem, cū odit uel ad mortem desiderat, uel qui eum accusauit criminaliter, & idem dic qñ est quæstio de omnibus bonis uel maiori parte. ar. in c.infrequens, de resti. spo.lib.6.nam bona temporalia sunt uita hominum.l.aduocati.C.de aduo.diuer.iu. ubi est gl.uitam,facit tex.in l.2.C.de const.pec. quē text. Bal. alle.in c.cum causa.de re iu. ad hoc q; pecunia deseruit necessitati humanę.de hoc uide Pan.in c. cū oporteat,nu.2. de ac.

Capitales pœnæ tres sunt. prima est mors corporalis.l.capitalium.ff.de pę. secunda est damnatio in metallum.l. quidam. ff. de pœ. tertia est deportatio,& tali nō perditur libertas, sed ciuitas, de hac materia uide Fel. in c.qualiter &qñ.2.de acc.

Capitales trium uiri carceris custodiam habebant, ut cùm animaduerti in aliquem opus esset, eorum fieret interuentu. l. 2.§.cōstituti.de ori. iur.

Capitalia iudicia dicimus, quę ultimo supplicio afficiunt, uel libertatem aut ciuitatem adimunt. l.2.de pub.iud.& inst.de pub.iud.in prin.

Capitalis causa intelligitur etiā ubi tractatur de existimatione.l.licet capitalis,de uerb.sig.

Capitalis inimicus quis dicatur, uide Accur. ff. de arb.

arb.l.licet aũt.in gl. 3. & Bar.ff.de quæst.l. 1. §. si quis dicatur.

Capitatio est genus tributi quod pro cuiusque capite infertur, nulla habita ratione facultatum.

Capitatio ciuium censibus eximenda capitatio.i.cẽsus capitis. Vnde dicebãtur ciues Romani, per excellẽtiam exẽpti, & quædam orientales prouinciæ.l.unica.C.eo.ti.li.11.

Capite censeri dicitur qui dat censum pro capite. C.in quib.cau.colo.cen.do.ac.poss. lib.11.

Capitis diminutio est status cõmmutatio, ut quãdo liber efficitur seruus. Et est triplex diminutio capitis .s. maxima, media, & minima. Minima capitis diminutio est qñ quis, nec ciuitatẽ in qua moratur, nec libertatem amittit, sed tamen patitur contra se status commutationẽ, uel minorationem circa familiã, ut q iuris sui est, alieno iuri ĩcipit esse subiectus ueluti per arrogationẽ, aut cum quis emancipatur q̃ primo erat in aliena potestate. Et debet intelligi prædicta descriptio cũ ꝑmutatur status hominis facto eius interueniente, ut in condẽnãdo, uel in emancipando uel arrogando, uel adoptando, uel ẽt in reuocando ex ingratitudine, unde licet patre alicuius mortuo mutet̃ eius status, quia sui iuris est factus, non ideò capite diminutus est. Et status hic ponitur ẜm Az. pro ciuitate & libertate, uel ciuitate tantum, uel patria potestate, seu propria potestate aut aliena. Tria .n. sunt quę habet homo .s. ciuitas, libertas, & familia, & ẜm hæc tria sũt tres capitis diminutiones. Media capitis diminutio est cũ salua libertate ciuitas amittit̃, ut cũ qs deportat̃ seu relegat̃ ad exilium per quinquẽnium, uel bannitur. Maxima capitis diminutio est cum ciuitas amittit̃, nec libertas retinetur, ut cum quis in metallum damnatur. & sic etiam bannitur in opus metalli, uel si maior 20. annis

patitur se uenundari ad pretium participandum uel si manumissus, in seruitutem ex ingratitudine reuocetur, uide insti. de cap. di. per totum. Spec. in tit. de tut. §. tutela. Effectus aũt capitis diminutionis maximus est: nã si quidem fuerit capitis diminutio maxima uel media, certum est taliter capite minutum haberi pro mortuo, ergo non conuenitur a creditoribus, nec agit contra debitores nisi pro relicto legato in alimenta, uel pro habitatione legata, quæ legata potius cõsistunt in facto quàm in iure: eius enim bona publicata sunt uel in aliũ deuoluta, datur tamen actio in eos ad quos bona eorum peruenerunt. Item non uocabitur ad tutelam uel curam, ut ff. eod. l. 2. & l. tutelas. §. ult. Si autem fuerit capitis diminutio minima, per eam non expirant publica iura, remanet etenim taliter capite minutus magistratus & senator, & iudex, & in quo libet officio pristino. Item nec per eam expirant tutelæ, nisi sit legitima. illa. n. expirat, quia defertur agnatis, fm Az.

Capitium est mulieris capitis tegmen. l. uestis, de aur. leg.

Capitularia .i. libri statutorum, auth. cassa. C. de sacros. ecclе.

Capitulenses populi sunt Italiæ. l. fi. de cens.

Capitulum uno modò est locus ubi res capitales firmantur. Secundò, signat lectionem. Tertiò, distinctionẽ, ut ille habet quinque cap. Quartò, signat congregationẽ multorũ & præcipuè uirorum ecclesiasticorum, ut no. Io. And. in c. capitulum, de rescr. quandoque particulam operis, l. 1. de mili. testa.

Capsarii dicuntur qui in balneis uestimenta suscipiunt custodienda. Vel aliter sunt illi q̃ portant aliis lib. ad scholas.

Captare (inquit Alc. li. 2. Parer.) ẽ illecebris, obseq̃o, donis, spe maiorũ aucupari, hinc captatorias institutiones appellari, quæ

quæ ideo factæ sunt, ut ab aliquo quis instituaẽ, aut legatũ consequatur.

Captare uerba legis, est aliter ĩterpretari, q̃ senserit legislator. l. pe. ad exhib.

Captio. i. deceptio. inde captiosum. i. deceptoriũ, uel deceptiosum, aut dolosum, ut not. Io. And. de offic. deleg. l. si duo. lib. 6. in gl. 1. in fi.

Captio causa mortis. aliàs capio ẽm Azo. est qñ per mortẽ alicuius occasio capiendi obuenit alicui, exceptis his capiendi figuris & causis quę certis & propriis nominibus, nuncupantur, ut hæreditas legatum, & fideicommissum, ĩ qa scilicet talis captio uel capio non incidit in naturam captionis hæreditatis, legati, uel fideicommissi. Et causa mortis capio secũdum Azo. in sum. C. de dona. cau. mor. est cum post mortem alicuius aliquid datur alicui causa condõnis implendę, ut aliquid peruenit ad aliquem mortis occasione, nec tamen aliquo certo trãslationis uel acceptionis nomine nũcupatur. uerbi gratia fundum tibi commisi ut Titio dares, cũ tu post mortẽ meam non haberes fundum dare Titio, dedisti Sticho, qui forte est hæres. Et Stichus tũc causa mortis capit cum fundus ei donatur causa mortis, quia donatio meram obtinet uoluntatem uel liberalitatem & non emptã uel conditionatam.

Caput est mẽbrũ honorabilius inter cętera mẽbra. Interdũ ponitẽ ꝓ statu, ut Inst. de cap. dim. in pr. & caput aquæ illud est, vnde aqua nascitẽ. l. i. §. caput. de aq. quot. & ęst.

Carbonianum reqre, suprà bonorũ possessio carbo niana. Vñ ẽm Azo. dicitẽ à Carbonio inuentore uel autore. Et datur solo nato, & nõ nasciturо, in quo differt ab edicto de uentre in possessionẽ mittendo, quod subuenit nasciturо.

Carbonum appellatione quid cõtineatur: uide ff. de uerb. sign. l. carbonũ.

Carceraticum, merces quę præfecto carceris daẽ ob custo

custodiā l.pen.de bo.dā.

Cardinales dicti sunt à cardine, quia sicut ostium regitur à cardine, sic per eos regit̄ ecclesia vniuersalis.34.dis. presbyteri. Dn̄r ēt qn̄q; cardinales, i. principales, quia p eos debet offm̄ ī ecclesia regi

Cardinalatus est de iure diuino, quia p sacerdotes leuiticos intelligunt̄ cardinales: ut in c.per uenerabilē. qui filii sint legi. & ibi Abb.in 2 col.& idē Abb.& Host.ī c. ex gestis de cler.non resi.Bar. late in tract. Card.in 3. col.

Careat uirib. importat necessitatem ipso iure.Fel. in c.Rod.in 20. col. uer. careat uirib.de prescrip.

Carena dicit̄ à carentia hominum uel cibariorum, nam per 40.dies ieiunāt in pane & aqua,& includūtur in aliquo secreto loco iuxta ecclesiam, vbi non habent consortium hoīum: ut nō.Ber.in c.accusasti.de accu. & simile not.gl.in c.2.de spon.

Careum ī l.nō omne. de penu leg. seminis spēs, de quo & Dioscorides & Plin.tractarunt.

Carina infima pars nauis.l. qd̄ in rerū.§. fi.de leg. i.

Carnificare est carnes facere, scilicet mactare. Inde carnifex qui carnes facit & uēdit.de appel.significante. etiam homicidæ solent dici carnifices: ut gl.4.in cle.i. de ui. & honestate clericorum.

Carpentum est genus currus, in auth. ut ordi. prę fec.& ibi gl.

Carrucá, uehiculi gestatorii genus.l.uxori.de aur. & arg.leg.hīc carrucarii.

Casitare ē minutatī stillare

Castaldus siue castaldio idē qui actor uel uillicus.gl. §.pœna.Instit.de iniur.

Caste uiuere dicitur etiam mulier transiens ad secūda uota Bartol. in l. mulier. §. cum ad Trebell.

Castellus secundum Alber. uel castellum, secundum alios dicitur: secundum Specu. receptaculū qd̄ aquā publicam suscipit, quę ducitur ad aliquod prędium irrigandum, require infrà interdictū, de aqua caf.edu.& ff. de aqua quotid.& æsti. l. i. §.ęquissimum. Alias, id est, castrum.ff.de lega.ii. l. Titia

l.Titia.§.fi. vulgò autem accipitur pro arce.

Castrametor.i. pono, figo, uel diuido castra.

Castratus castè natus, gl.in l.sed & quæsitum.§. spadonē.ff. de lib. & posth. uel secundum alios est cui uirilia sūt amputata.

Castrense peculium.require infra peculium.

Castrum si uendatur, ius patronatus ei annexum accedit, secus si uēdo palatium ubi est ecclesia, ubi habeo iuspatronatus.de hoc uide Inn.in c. ex literis. de iurepa. & Hos.ī sum.de iure pat.§. quał.2. q. 7. accusatio.

Castrū distinguit Bar. à uilla,in l.1.§.siue. de oper. no.nun.Castra aūt numero plurali locus est, ubi milites fixerunt tētoria. l.4.§.emansor.de re mil.

Catadromus Latinè decursorium dici potest, significat aūt stadiū, in quo equites decurrere solent imaginario prælio. Bud.

Catechizare est imbuere, docere seu instruere,uel benedicere. Inde cathechismus, nā ante baptismum instrui debēt baptizandi ī fide,& præcipuę adulti.de conf. dist.4.añ.

Catechumenus instructus dicitur, uel qui baptizari proponit, medio tpe Symbolum Dei discens. 48.dist.§.1. c. qm̄ multa. uel dicitur audiens eo ꝙ doctrinam ante ualuas ecclesiæ audiat cùm suscipere uelit baptismū.

Categorica propositio notatūr ff.de acq.re. do.l.q̄situm.in fi. & ibi glo.

Cathedra ſm Hug. est Græcum, & ponitur pro excelsa sede iudicis præsidentis. Et ponitur etiam pro sede doctoris, ita dicit glo.in cle.dudum. de sepul.unde,Rex solium, doctor cathedrā, iudex que tribunal.

Cathedralis ecclesia. i. episcopalis,uel regularis & collegiata,extra de elec. ne pro defectu. per Inn. & Host.& uide Archi.de resc. c. statutū super uerbo cathedralibus.

Cathedraticum est qđ soluit annuatim episcopo à suis clericis suę diœcesis in signū subiectionis uel obedientiæ,& ēt sustētationis, & est duorum

solido

solidorum,ut 10.q.2.placuit. Et dicitur cathedraticum, quia soluitur ad honorē cathedræ epalis.

Catholicianus.i.uniuersaliter deseruiens, ut C. de iudi.l. antepe. & ulti. & in auth.de iud.§.his qui causas præparant. & de def.ciu.§.ex prouinciali.

Catholicanos Alcia. ait dictos apparitores pręf. præt.Orientis,nam is ꝑpter amplissimā iurisdictionem catholicus.i.vniuersalis dicebatur.

Cathomus est flagellum ex uirgis factum in modum scopæ,& tali utunť religiosi in capitulis.

Catillus est superior pars molæ.ff.de fun. instru.l. cum delanionis.

Catulus.i.sapiēs media producta,sed media breui ē animal. Vñ,Est animal catulus,fruit rōne Catulus.

Cauere uariè accipitur. nā idem signat quod securū facere:secus autem quis sit non solum fideiusso rib,ab aduersario præstitis uel hypotheca.l. habere.de uer.sig. sed qñque ēt nuda promissione.l. saucimns. C. de uer. sig. qua de re copiosè Alc.in d.l.habere.& in l.satisdationis. eo. tit. Interdum cauere idem significat qđ. disponere uel ordinare,ut l. epistola. ff. de pace.& inst. de legi. pat. tut. At cauere ab aliquo signat cautionē exigere. l.si sciente.ff.ad l.Pomp. de parricid.

Cauillari variis modis in iure sumiť. Cauillatur calūniosè agēs,cauillať qui breuiter & falsè aduersariū sermone captat aut irridet. Cauillatur item q sciēs ut suā snīam tueatur, falsa prodit,specialius uerò cauillari diciť, ut īfrà in uer. cauillatio.

Cauillatio est qñ ab euidenter ueris transitur ad euidenter falsa per quandā uerborum inuolutionē uel sophistriam. c. uenerabilis. de iudi.

Caupo qui cauponem exercet eiusq; īstitor.l.i. nau. caup.stabu.

Caupona quomodo differt à taberna. uide ff. de ri. nup.l.palam.

Causa est ex quo aliquid ꝑduciť, ut pater ē causa filii, & contractus causa obli

obligationis.l. & an ea. §.actiones. ff. de excep. rei iudi. Item causa est finis ex quo impulsio datur faciendæ dispositioni, & ita sumitur in titu. de cond. & demonst. & causis & modis earum, ubi patet quod causa differt à modo, quæ est de futuro, & à conditione, quæ est de futuro, & suspendit etiam à demonstratione quę tamen declarat rem uel personam. uerbi gratia, Patronus pōt cōpellere libertam ut nubat, ut ciuitates repleantur. Iste finis ut ciuitates repleantur est causa condēdæ legis, ideo dicitur quod cessante causa cessat lex, ut l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. Et utimur promiscue illis uerbis cessante causa legis, uel cessante ratione legis, differūt tamen causa & ratio, quia ratio est oculus cordis discernēs rē per mediū. Sed causa ē quod in facto accidit per quod ratio discernit quid iuris. Dicitur etiā causa efficiens. i. conditor legis in contractib. contrahendis. Causa materialis ī legib. est materia de qua ī illis disponit. Et causa formalis est modus tractandi, & forma cōtrahendi vel disponendi, quæ additur contractui uel dispositioni. Dicit et causa instrūalis, ut est instrm artificis. Et breuiter quicqd adesse alicuius rei cōcurrit, causa dicitur, aliter & aliter tamen. Et signatur causa per dictionem si, ut dicēdo, dono uel lego illi si negotia mea gesserit. l. de mōstratio. §. i. ff. de cōd. & demonstra. Item per dictionem quia, insti. de leg. §. longe magis. Et dictionem quoniam, nam exponitur per quia. Itē significatur causa, in dictionibus illatiuis, ut dicendo. Titius negotia mea gessit, ideo uel ideirco sibi lego. Itē in dictione cum, ut dicendo. Cū Titius negotia mea gesserit, lego sibi, &c. Etiā in dictione siue, ut siue Titius negotia mea gesserit siue aduocatus fuerit, &c. Itē in præpositione pro, ut ibi lego uineas pro alimētis. l. fi. §. 1. ff.

1.ff.de ali.& cib.leg. Vnde sensus est quod ex causa alimentorū lego uineas. Item signatur causa per dictionem noīe, ut dicēdo, lego uxori 40. noīe dotis. l. cùm quidā uxori.ff.de leg.2. Causa dicitur à casu quo uenit. nā casus est materia & origo negotij nedū discussionis examine patefacta, quæ dum proponiť causa est, dum discutitur iudicium, cùm diffinitur iustitia. c. forus. de uer. sig. ubi Ber. dicit in glo. Causa est res in dicendo posita cum interpositione certarū personarū .s. actoris, rei, iudicis, & testis, & dicitur à casu, quia casualiter occurrit pter hominum uoluntatē. Et differunt causa & actio. nam causa est negotiū uel cōtractus ex quo qs mouetur ad petendum uel litigādum, ut est uenditio uel locatio rei, ex qua oritur obligatio, & est causa proxima obligationis, quæ obligatio parit actionē, cùm obligatio mater sit actionis. Et est duplex causa, scilicet proxima & remota, quę differunt in actione reali & personali: nām in personali remota est ipsum factū, pxima est ipsa obligatio, & in personali non sufficit exprimere causam proximā, dicendo, ago contra te, quia obligaris mihi in decē, sed oportet exprimere causam remotam, ut dicendo, conuenio te, quia mutuaui tibi decē. In reali pxima causa est dñium. Sed remota est ex qua cōsequitur quis dñium, & nō est necesse exprimere remotam, ut dicendo ago contra te, quia emi domum à Ber. sed sufficit exprimere pximam causam, dicēdo, ago contra te, quia sum dominus domus illius, & hæc not. in glo. & per Doct. in c. dilecti filij. de iu. De diuersis speciebus causarum uide bonam glo. 11. q. 1. in sum. Est enim quædam causa spiritualis uel annexa spirituali, ut illa quæ fit de iure patronatus, quædā ciuilis, ut cùm agitur super reiuendi. in causa pecuniaria

cuniaria

cuniaria, quædam criminalis, ut cùm agit̃ directè de crimine, quędã mixta ut cũ agitur de crimine ciuiliter, ut de adulterio ad separationem thori. In his trib. ultimis casib. iuratur de calumnia. In primo non iuratur de calumnia, sed tantum de ueritate dicenda.

Causa minima est duorum aureorum uel x. aureorũ uel 50. solidorum, uel illa quę nõ sufficit ad sumptus iudiciales.

Causa cadere dicitur qui male agendo causam amittit. §. si quis agens. inst. de actio.

Causam dicere est defendere, unde causam dicere ex uinculis. ĩ l. 2. de cust. reo. i. interim dũ qõ criminis peragitur, in carcere detineri atque ibi defendi.

Causæ criminales dñr ĩ qb. agit̃ ad vindictã siue ad pœnam. & hoc ẽt dicitur qñq; agit criminaliter qñ agitur ad uindictam publicam, qñq; dicitur agi ciuiliter quando agitur ad pœnam per modũ inquisitionis, denuntiationis, uel ad interesse partis ꝑ viã accusationis, de quo & suprà ĩ uer. actio criminalis.

Causæ fauorabiles sunt quatuor. s. de libertate, matrimonio, dote & testõ. c. duob. de re iud.

Causaria missio in re militari est quæ propter aduersam ualetudinem indulgetur. l. 2. ff. ex quib. cau. inf. irrog.

Causor causaris. i. conqueror. Aliqñ causari est in excusationem defensionem q; aliquid allegare. l. generaliter. §. planè. de fideic. lib. & l. 1. §. uis. ff. si quis cautio.

Cautela est diminutiuum a cautione, & tamẽ quãdoque superabundantiã importat, ut cùm dicit̃, abundans cautela nõ nocet. l. testamentum. in fi. C. de testa. Quinque quę propter cautelam fiunt, no. Archi. d. di. presbyteros. Inde cautelosus. i. ꝓuidus, circunspectus uel plenus cautelis.

Cautio, hæc dictio ex proprio significato significat nudã promissionẽ ex qua inducitur firma obli

gatio.

gatio.C.de uer.sig.l. sancimus,ut qs tenetur cauere de euictione, de uitiis & morbis. Et intellige nudam à fideiussoribus & pignoribus, sed non à stipulatione, nam astrictus cauere,debet stipulatione cauere ut obligatio sit firma.l.pen.§. docere.ff. ne quis eum qui in ius uoc.ui eximat & de clericis non resi.c. relatum. Qñque sigñat cũ pignorib. uel fideiussorib. qñ hoc aliud uerbum ei adiunctum declarat,ut mandaui procuratori ut recipiat idoneã cautionem à debitore, alias nõ daret dilationẽ, ibi cautio intelligitur cũ fideiussoribus,uel pignorib.l.si mandato.§. fi. ff. man. Rõ sigñati sumitur ex uerbo idoneam, qđ apponitur ut addat, & fortiorem cautionẽ exprimat, qualis non esset per stipulationem solã. Item prętor ubi iubet ꝓ collatione bonorum facięda rectè caueri,ut l.1. § iubet.ff.de colla.bo. significat cũ fideiussorib. uel pignorib. ut §. caueri.ea.l.& hoc rõne uerbi recte. Qñque sigñat cum fideiussorib.& non cũ pignorib.ut qñ cautio de procuratore exigitur. l. 1.C.de proc. per l.prætorie.ff.de præt.stip.& hæc est cautio prætoria reǭrens fideiussores ex lege positiua prętoris præall. quæ est facta ꝑꝑ honestatem iudicii,ut .n. prouisio legis aliquid operetur,& non inutilis sit.l.si qñ.ff.de le.1.tũc ex iusta causa, qñ debitor bona delapidat iudex facere dẽt qꝫ caueat creditori.

Cautio est gñale nomẽ omniũ securitatum quoties qs securus reddit̃ de eo quod sibi promittit̃. Vnde,Cautio priuata cũ trino teste notata. Hoc ius est nacta quod cautio publice facta. Et diuidit̃ in multas species, quia alia est cautio hypothecaria,alia chirographia. Et possunt dici satisdationes, etiam cautio dicitur charta, in qua scribitur computatio, ut Luc. 16. Accipe cautionem tuam,&c.

Cautio rati dãda est cũ de-

mandato dubitatur. C. de proc.l. i. Et dicitur illa securitas quæ requiritur à procuratore actoris, pro domino, cuius nomine agit, quod ratum habebit omne illud quod in iudicium per illum factũ fuerit, unde cauere de rato uel satisdare est procuratorẽ actoris promittere uelle perseuerare usque ad finem litis.

Cautio fideiussoria est quñ interuenit fideiussor principali obligationi. Et dicitur satisdatio,& hę sũt multæ, ut de lite prosequenda, iudicio sisti, iudicatũ solui,& de rato.

Cautio fidei propriæ interuentu dicitur quæ fit per fidem præstitam sine solennitate iuramenti.

Cautio iuratoria est quñ promissio iurõ firmatur, ut quando iuro solenniter me debere aliquid, uel impleturum promitto.

Cautio nudo pacto est cũ aliquis fidem tantam habet de me quod contentus sit nuda promissione mea. Et hoc propriè dicit pollicitatio uel pollicita conuentio. Sed satisdatio propriè est cum duo paciscẽtes duas scripturas sub eadem forma uerborum inter se conficiunt,& mutuo tradunt & pollicitatio & satisdatio cautelæ dici possunt propriè loquendo.

Cautio pignoratitia, siue hypothecaria est cùm pignus traditur, aut hypotheca supportatur, & dicitur etiam satisdatio.

Cautio de euictione dicit quñ securitas præstanda uel præstita emptori à uenditore fit ea cõditione vt si ab eo euincatur uenditor ei restituat ęstimationem rei in duplũ, uel in simplũ, prout ĩter eos prius cõuentum est.

Cautio de dãno infecto est q̃ præstat cũ tua domus ruinosa ruinã minatur domui meæ, uel ẽt præstatur s̃m quosdam cũ timeo quod aliquis mihi insidietur, quia possum agere ut mihi pręstet cautionem ne me offendat.

Cautio de opere demoliẽdo, quã p̄stat ille qñq; cui nũtiat opus nouũ.s. quod ipsũ opus demoliat si cõstiterit eũ iniustè ędificasse

Cautio de usufructu, ĩ qua de duob. cauetur. s. ꝙ vsu fructuarius re nõ male utatur, & ꝙ etiã usufructu finito restituat quod ex re ipsa superextat.

Cautio qua hæres cauet ipsi legatario cum hæres dat fideiussores legatario de legato prestando.

Cautio qua legatarius cauet hæredi, est illa qua legatarius satisdat hæredi, ut si Falcidia locum habeat, qđ amplius nomine legati recepit q̃ ratio legis Falcid. patitur, id hæredi restituat.

Cautio arrogatorum qua arrogator stipulatur seruo publico, ꝙ restituat arrogato quę ab eo habuit, uel eis ad quos peruentura sint, & ꝙ dabit sibi quartam partem de bonis suis si eũ sine causa emancipauerit seu exhæredauerit.

Cautio qua cauetur ei cui restõ fieri debet, ꝑ quã rogatus restituere bona alicuius si sine liberis decesserit, quicquid post mortem de hæreditate extabit cogitur cauere illi cui debet fieri restõ, ꝙ seruabit ei quartam partem.

Cautio Mutiana à Mutio Iurisconsulto dicta est, & habet fieri in ultimis uoluntatib. ut cõiter ſm Doct. non in contractib. & fit in conditionib. negatiuis, puta sic dicẽdo, Si Titius capitolium, nõ ascenderit, si seruum nõ manumiserit, lego ei x. l. Mutianæ cautionis. ff. de cond. & dem.

Cautionum aũt aliæ multę possunt esse species, ꝓut ad diuersas materias applicãtur, uide Spe. ĩ tra. lib. ti. de pig. §. sequitur. ubi quasdam alias spẽs cautionũ prosequitur.

Cautoria ĩstra sunt inustoria, qb. bituminationes & fortiores quęque conglutinationes coquunt, & de his intellexit Iuris. in l. pictoris. ff. de fun. instru. q̃uis apud eum mendose legatur cauteria, cauteriis etiã utunt medici in remediis quibus morbi alioquin insanabiles inuruntur. Hinc illud notũ diui Hier. prouerbiũ. Putridæ carnes ferro curãt, & cauterio.

C ante E.

CAecitas morb. est, ut ff. de ęd. ed. l. i. §. sed sciēdū

Cæcus & de naturali, & de eo qui est à casu, utroq; lumine orbatus, & is nō potest facere testm̄. insti. de exhęredatione liberorum, §. cęcus autem.

Cæcus dicitur qui supernę contemplationis lucem ignorat 49. dist. hinc. Qn̄ que exponitur cæcus .i. indoctus, & talis, non est ordinandus. 49. dist. c. fi.

Cecrops fuit primus Atheniensium Rex, qui annis 50. regnauit, hic Athenas instaurauit.

Ceda idem est qđ charta. Ide cedula parua charta.

Cedendarum actionum beneficium est ꝑ quod postulare possunt fideiussores, & alii qui obligati sunt in una obligatione, sibi cedi in alia contra confideiussores & alios q sunt obligati, alioqn nisi cedatur eis possunt recusare solutiones, ut insti. de satisd. §. si autem & ff. de sol. l. Stichum, aut Pamphilum. §. pen. De hoc uide in Spec. tit. de ren. §. finitis. uers. postremò dicendum. De beneficiis. & aliis reqre ibidem. §. parum autem, uers. & nota. & uide infrà in uer. renuntiatio.

Cedere actioni est ius actionis mihi competentis in alium transferre, & ipm quasi i locum meum ponere, ita ut dicta actione possit uti aduersus eos contra quos actio talis poterat intentari.

Cedere bonis est ab uniuersitate bonorum suorum recedere, & eis abrenuntiare, ueluti quando aliquis oneratus debitis, uel obligatus plurib. nō habens unde soluat, ut satisfaciat omnib. creditorib. abrenuntiat bonis suis uniuersis cedēs illis, uide infra cessio. Etiā cedere est in alium transferre, ut cedere possessionem, usumfructum, & hmōi. l. si dubitanter. ff. de fi. inst. & hoc nota pro statutis. Et cedens bonis nō liberat̃ ēt a ciuili obligatione. l. q bonis. ff. de ces. bo. ubi not. Acc. licet contrarium tenuerit gl. & male. in l. ubicunque. ff. de

ff. de fideiuss. Item non auditur debitor fisci uel reip. uolens cedere bonis secundum Bar. in l. is qui. ff. de cess. bo. quãuis uideatur tenere oppositum in l. 3. iuncta gl. C. de cess. bo. & beneficio cessionis renuntiari non potest secundum Bar. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. ma. licet Cyn. uideatur tenere cõtrarium in l. 1. C. qui bo. ced. poss. Et bonis cedi põt, nõ tm̃ in iure, sed ẽt cõtra ius, & sufficit per nuntiũ, & p epistolã id declarari. l. fi. ff. de ce. bo.

Cedere diem est incipere diem debiti, ut si debes mihi centum ĩ festo Io. Bap. adueniente festo dicitur uenire dies debiti. l. ced. diem. ff. de uer. sig. Item cedere diem legati uel fideicõmissi dicimus respectu transmissionis, ut docet Acc. ĩ l. i. §. cum igitur. C. de cad. tol.

Cędere cum diphthongo est nõ solum succidere, sed etiam ferire cædendi causa. l. 5. arb. fur. cęsa.

Cædua sylua est quæ succisa repullulat, & quæ in hunc usum habetur ut cædatur. l. sylua. de uerb. sig. & eod. modo appellãtur etiã arbores cæduæ.

Cælare est insculpere, unde cælatura, quę propriè fit in metallis, sculptura uerò etiã in marmore, ebore, ligno, gemmis, & uitro. l. etsi. §. quid ergo. de au. & arg. le. & l. ex argento. de cond. fur. at celare siue diphthongo aliam habet significationem, de qua in l. 1. ff. de actio. emptio.

Celebris ciuitas. i. insignis, & frequens hominibus. l. si in aliquam. de offic. procõs. & celeberrimus, id est plurimorum sermone idoneus habitus, l. si res pupillaris, de admin. tut.

Cœlebs dicitur ille qui nõ uult contrahere matrimonium. Et hic secundum Azo. forte orbus dicebatur, quia sine matrimonio, & sine liberis erat. Et illi olim non poterant causa mortis donare, quod hodie per leges corrigitur, ut patet C. de infirmandis pœnis cœlibatus, & orbitatus. Dicit autem cęlebs

quasi cœlo beatus, quia talis est ſm Isid. qualia sunt in lumina cęlo, quę absque connubiis sunt.

Cœlibatus uenit inde, & est status uel modus per manendi seu uiuendi sine cõiugio. Vnde prout dñt theologi, cœlibatus Ioannis.i. uirginitas uel castitas, non præfereba tur coniugio Abrahæ.

Celeriter.i.summariè. Bar. in l.si quis.C.de po.

Cœlicolæ dñr qui cœlum, uel planetas cœli.i. solẽ & lunam & stellas quasi Deum colunt, ut C.de iudic.& cœli.l.cœlicolarũ. & quasi per to.ti.

Cœlum.i.cœlestis altitudo imperii, uel expone aliter, ut not.C.de sum.tri. l.ult. in prin. super uer. cœlum. Vel cęlum.i.uniuersalis ecclesia, extra de maio.& obe.c.solitę. Vel cœlum.i. aer. ff. de usuf.l.æquissimum.

Cella à celando.i.occultando, dicitur.c.priuilegiũ, de uerb.sig.in gl.5.

Cellarius, qui ideo præpositus est, ut rõnes saluæ sint.l. quæsitum.§. cellariũ.de fun.inst. Cellariũ uerò neutro gñe, locus ẽ quo penus siue esculẽta peculẽtaq. asseruant.

Cementarij dicũtur operatores murorum, idẽ qđ latomi, quia cæmento calcis & arenę utuntur.

Cenaculum est locus aptus ad cœnandum uel comedendũ, in quo quis magis de die quàm de nocte solet residere causa refrigerii.vide cęnaculũ.

Cœnobiũ, est locus religiosorum; & dicitur à cœnõ.i. cõe, qa ibi omnia debent esse cõia, c.cùm dilectus. de cons.

Cenodoxa est vana & mundi gloria.

Cenotaphium est inane sepulchrum.i. monumentum sine corpore, quod cõstat ad memoriam defuncti, ut ff.de re.diui.l. intantum.§.fi.

Censere est iudicare, iudicium constituere, præcipere, ut no.Io.An.in gl. uerbi censemus.in cle.1. de concess.præb.ff.de uerbo.sig.l.censeri. Inde nomen censoris sumptum est. Prædia ẽt dñr censeri, quia censum prębent. Etiam censeri est in censum

sum conscribi, ut C. in quib.cau.pig.tac.cõt.l.i.

Censere est existimare, constituere, uel deliberare, unde senatũ censere est cum sententiam dicat de eo ꝙ sibi uidetur, inde censores nomen traxisse vñr, assentire uerò dicitur senator, cũ aliẽ nam sentẽtiã approbat.

Censiti dñr qui censentur, .i.sensum prębent, requirę suprà agricolæ & censiti & infra colonus.

Censitor est qui recipit prę sentationes collectorum coloni, & pignore iure uendit prædium, si census non soluitur, ut ff. de censi.l.forma.§.illam, & l.cũ possessor.§. pro pecunia. Item censor dicitur iudex.l.ergo, ff ac.re.do.

Censores à censu æris.i. pecuniæ sunt dicti, quia cẽsum tollũt. Cũ.n.auctus esset census in urbe Romana adeò ut consules non sufficerent, constituti sunt censores, & censoris nomen inde uidetur esse tractum, quia senatum aliquid censuisse dicimus.l.censeri præ alle. Inde censor est iudex. Inde censura.i. iudicium, & per censuram ecclesiasticam significatur interdictum, suspensio & excõicatio. c. quærenti.de uerb.sig. Etiam censores Romanos pro curatores dicimus.

Censorius, uir qui censor fuit, uel qui dignus est ut cẽsor sit ꝑ morũ grauitatẽ, ꝗ alios uindicet.

Censorium quod ad censorem pertinet.

Censura ecclesiastica quid sit, uide extra de sepu.c. ult. & ut lit. non conte. c.tuæ. Item quid importet, uide extra de uer. si. c.quęrenti.& in clem.de iud.c.2.de foro cõp.c.1.

Census, tributum, & pensio publica idem, ut C. in quib. cau. pignus tã cit.contra.l.1.& C. si ꝑ pensionem publicam. l. sic accipitur. Vnde census idem est ꝙ pensio quæ soluitur de prouentibus. Census etiam dicitur patrimonium. l. de creationibus. C.de epis. aud. olim erat recognitio ciuium per capita, & quantum quisque haberet in bonis.

Centenarii dicuntur duces uel magistri centum militum, quorum potestas dicitur centena.

Centesima usura dicitur quæ centesimo quoque mense sortem æquat.

Centesimis calendis dare spondes? sermo est ex fœneratorum consuetudine deductus, pro eo ac si dicat. Intra centũ mẽses, a quo & cẽtesima usura.

Centones sunt cilicia siue panni crassiores ex lana diuersorum colorum, de quib. in l. quæsitũ. §. itẽ centonas, de fu. instr.

Centumuiralia iudicia dicta sunt à centum uiris, nam cum essent Romæ 35. trib. q̃ & curiæ dictę sunt tertiæ singulis ex tribubus sunt electi ad iudicandum, qui centum uiri appellati sunt, & licet quinque super centum fuerint, tamen quo facilius numerarentur, centum uiri dicti sunt.

Centuria in re militari centum continet homines, qui sub uno centurione sint, quorum cẽtenarius iustus est numerus, sed centuriæ in agris significant ducenta iugera, centuria a centum iugerib. uocabatur, sed mox duplicata nomen retinuit.

Centurio est qui præest cẽtum militib. gl. de uulg. & pup. subst. l. centurio.

Centussis. i. libræ centum à decem decussib. dicitur, & à centum assibus qui erant numeri breues ex ære ut centussæ licet. i. centum libris uendit p auctionem.

Cepisse quis dicitur quamuis alii acquisiuerit. l. cepisse, de uerb. sig.

Cerdo dicitur uilis homo qui artes exercet illiberales quodlibet lucrum sectans, cerdo. n. gręcè, lucrum latinè dicitur, de eo meminit iureconsf. in l. cerdonem ff. de no. ope. nun.

Cereales ædiles, sic dicti a Cerere, eo quòd frumento præessent. l. 2. §. deinde, C. Iulius, de orig. iur.

Cerimonia est ritus sacrificandi. Dñr. n. cerimoniæ sacrificia & solẽnitates Iudęorum quæ cereis exercebãtur, & sic in ueteri testamento peccata purgabantur.

Cerimonialia pręcepta sũt quæ ad cultum Dei pertinent, de quibus ratio reddi non potest ſm Io. theu.diſt.6.§.his itaque reſpondetur, quia ad literam fuerunt mãdata, ut non arabis in boue, & aſino, non indues ueſtem lino lanaq. contextam,& non ſeres agrum diuerſo ſeminæ.

Ceroferarii acolyti ſunt 21.diſt.cleros.23. diſt. ſi quis poſt,§.deſeruiẽtes.

Certare .i. pugnare, quaſi certum ſe dicens habere, quod ſit, etiam diſputãdo.C.de poſth.hær.inſt. l.quod certum . de leg. cum quidam.

Certatores dñr monachi, in auth.de mona.§.cogitandum.

Certum dicitur non dubiũ unde aliàs diffinitur certum eſſe quod apparet ꝙ quale quantumq. ſit l certum.ff.ſi cer.pet.

Certi condictio competit ex omni obligatione & ex omni cauſa ex qua aliquid certum & determinatum petitur, ſiue ex contractu,ſiue ex cauſa legati, ſiue ex ſuo nomine, ſiue obliget hæreditario, & ſunt duæ certæ conditiones, unã generalis in omni contractu ubi certum petitur, alia ſpecialis in contractu mutui. Et licet nulla lex hoc manifeſtè dicat. poteſt tamen colligi ex tex.inſti.qui.mo.re.cõt. obli.§.i.in fi.ibi,ex eo cõtractu.ſ.mutui naſcitur certi condictio,quaſi ꝓnomen eo demonſtret ſpecialitatem ĩ mutuo. Poſſet etiam probari ex rub.ff.de re.cre. & ſi cer. pe.& de cõ.Quæ rubrica habet tres partes, ubi in ſecunda tangitur certi condictio ſpecialis,& eſt gl.inſt.§.pall.ſimilis gl.ĩ l.certi cõd.ĩ pri. ff.ſi cer. pet.& in l.1.in prin.ff.de triticaria,&c. Et nota ꝙ in libello nõ ꝓcedit certa condictio gñalis,quia non inſtruitur aduerſarius an debeat cõtendere, an liti cedere,dicendo,te conuenio,quia ad centum mihi teneris.

Cerui ſunt animalia de numero habẽtiũm naturã ferarũ,licet quidam ita maſuetos habeant,ut in

syluā ire & redite soleāt institu. de rerum diuisione. §. ceruos quoque.

Ceruisia uini appellatione nō cōtinet. ff. de uino & oleo lega. l. si quis uinū.

Cerycia dicunt à Græcis, q̄ latini uocant caducea. l. sanctum. de re. diuis.

Cæsa quæ dicātur, enarrat Iurisconf. in l. fundi. & l. seq. de act. emp. & in l. in rutis de uerb. signi.

Cæsar fuit primo nomen proprium Iulii Imp. à quo postea omnes Imp. dicti sunt Cæsares.

Cæso cæsonis, est puer scissus ab utero matris. Inde Cæsar, quia cæsus ex uentre matris, ut per glo. in rub. inst. in uerbo Cæsar.

Cessare agrum dicitur, cùm non laboratur.

Cessare & extingui differunt. l. qui res. §. aream. de solu.

Cessim ire. i. retro ire. l. si ex plagis. ad l. Aquil.

Cessio est iuris & actionis trāslatio: nam per cessionem iura & actiones in eum cui cessit, transferūtur, quia sicut in uenditione, uel quolibet titulo alienationis rei corporalis necessaria est traditio quātum ad dominii translationem: ita ad translationem rei incorporalis. s. iuris & actionis utimur cessione, quę reputatur pro traditione. Item cessio s̄m Isid. lib. 6. etymol. propriè est rei concessio, sicut est illud Ruth. 4. Cedo iuri ꝓpinquitatis. Nam cedere dicimus quasi concedere, utpote ea q̄ propria sūt, nam aliena non cōcedimus, sed restituimus. Cedere etiā propriè dicit̄ q contra ueritatem alteri consentit, ut Cic. Cessit Emilisse autoritate uiri, id est potius paruit. Et est sciendum ꝙ ī instrō cessionis dicit̄ ꝙ cedens eum cui cedit, constituit procuratorē in rem suā. Ad cuius euidentiam notandum. Si cum Titio ex mutuo contraxisti, tibi competit contra eum actio directa & personalis, quia cum eo in tua ꝑsona traxisti. Tibi etiam cōpetit actio utilis, qua utiliter & cum defectu debitum ipsum tāquam rem tuam prosequeris.

Si ãt mihi iura, & actio nes contra debitorẽ tuũ ex causa uenditionis uel ex alia commiseris, transfertur in me utilis actio qua uti possum ad ipsũ debitum tuum tãquam meum exequendum. Directa uerò & personalis remanet apud te, cùm à te per cessionem non potuerit separari etiam si uelis, adeò tibi adhęret. ff. pro socio. l. 3. Et sic patet ꝙ in directa actione & personali sum procurator tuus, quia aliter nõ poteram uti, licet enim directa non possit cedi, potest tamen mandari eius exercitium. Et nota ꝙ cessio actionum pręsumitur simulata ex tribus quæ notat Accur. in l. i. & pe. C. de man. & ibi doct. & c. fi. de alie. mut. iud. cau. fa.

Cessionarius dicitur ille in quem transfusa est obligatio uel nomen, & debet certiorare debitorẽ ꝙ nomen eius in ipsum transfusum sit, notificãdo, uel ostendẽdo instrũ & legendo, & copiam si uelit habere, dando, ut l. nomen. quæ res pig. obl. poss. C. aliàs alteri soluere posset debitum, non credens se obligatũ cessionario. l. i. § i. ff. de noui operis nuntiat. & l. 1. C. de obl. & actio. ꝑ Bar.

Cętera, hęc dictio habet importare in contractu ea quæ ueniunt, quæ sunt de natura ipsius contractus, hoc est de consuetudine: ut not. in l. si duo patroni. §. si quis iuraue rit. ff. de iureiuran. & per hoc inferunt docto. ꝙ si in protocollis alicuius notarii inueniantur hęc uerba &c. ꝙ intelligãtur ea uenisse in contractu quæ de natura, uel de cõsuetudine eius sunt. Et dicit Bal. ꝙ per uerbum cętera, nunquam intelligitur ut ueniat promissio cum pœna. Ratio, ꝗa pœna dicitur esse quid extrinsecum ab ipso cõtractu, ideo non intelligitur uenire nisi expresse appareat. arg. ex his ꝗ no. in l. sciendum. ff. de uerb. obl. & l. 2. C. de fal. si tñ ẜm Bal. cõtractus esset conceptus ad consilium sapientis, & in ipso

so uerbum &c. reperiretur, tunc bene posset apponi pęna in hoc contractu. & hoc operat̃ appositio illa, ut consilium sapientis dicat istum cõtractũ iuxta nota. in l. a pte. ff. de uerb. obl. Et nota ꝙ dictio & cętera, duplici mõ scripta reperit̃, & ſm hoc dupliciter profert̃. Vno mõ ponit̃ indeterminate in fine orationis sic ꝙ nõ regit̃ ab aliquo uerbo: & tunc debet scribi bř ut sic &c. Secundo modo ponitur determinatè sic, quod refertur ad uerbũ in oratione positũ à quo regit̃, & debet scribi longè pro duab. dictionib. ut sic & cætera. Sic ẽt profert̃ bř & longius, & utroq; mõ sigñat ꝓut uerba præcedentia vel aliud mediũ significare declarat. Nã breuiter &c. sigñat illud quod deficit, & supplet uerba deficiẽtia, ut ĩ l. gallus. uers. credendum. ff. de lib. & posth. ubi testator dicit. Si me uiuo nepos decedat, tũc qui ꝓnepos &c. credendum est gallũ de notasse idẽ de ꝓnepote. Et sic dictio &c. supplet ibi uerba ſm quę pronepos potest substitui, quę sunt in princ. illius l. ut gallus introduxit. Item si præcedit instrm̃ extensum locationis unius domus factæ uni, & sequit̃ instrm̃ abbreuiatum emptionis alterius domus factæ eidem, dictio &c. significat clausulas in præcedenti positas quæ huic locationi sunt applicabiles, quia præcedẽtia declarant sequentia. l. si seruus plurium. ff. de leg. i. Itẽ qa in habẽtib. symbolum facilior est trãsitus. l. in rẽ. §. itẽ quęcunq; ff. de rei uend. Cõtractus autẽ emptionis & locationis sũt similes, l. 1. ff. locati. Et est sciendum ꝙ notarius qñ notã positam breuiter in protocollo redigere vult ad instrumentum publicũ tunc significata per dictionem &c. debet extense scribere, quia scit qđ actum est, & quid per hanc dictionem intellexit tanq̃ testis ibi contentorũ, quia dispositionẽ contrahentium recipit.

ergo

ergo mortuo primo notario post protocollum anteq̃ redigeret illud in publicum instrumentũ, Secundus notarius non debet significata per dictionem &c. in protocollo positam extendere, nisi quantum ibi sunt extensa.l. contractũ C.de fide instr. Sed talis nota protocolli legenda est partib. coràm testib. & illis exponentib. uerbum &c.debes notarius secundus super hoc req̃situs expositionem illorum redigere in publicũ instrm̃ extensum,alias iudex debet arbitrari ex præcedentibus & seq. & coniecturare quid per uerbum &c. significetur l.si seruus plurius. §.i. ff. de leg.i.& l.uolũtatis.C. de fideic.Secundò sumitur &c.prout longè ponitur & signat alia præter ea q̃ enumerata sunt. l. item quæritur. §. exercitu. ff. locati.

Cęterum.no.Io.Ca.in commento decr.uestra.de cohab.cler.& muli. & Pau. in commento dec. nobis.de iure patro.

Cetus, uide ff. ad l. Iul. de ui.l.qui cetu. & in clem. de electio.cap.hi qui.Et quid sit cetus,& vnde dicatur,uide 15. dist. can. in fi. Item qđ homines faciant cetum,uide Bar. in l.prætor.ff.ui bo.rap.

C ante H.

CHaracter propriè est signaculum quoddã quo aliud insignitur ut ordinetur in aliquem finem, sicut character insignitur denarius ad usum cõmutationis.Et milites charactere insigniuntur, quasi ad militiam deputati.

Charisticon pro remuneratione.l.pe.de bon. dam.

Chartæ appellatione uenit charta papyri, negãt mẽbranam.l.chartis . & ibi Bar.ff.de leg.3.

Charta seu instrumentum, seu rescriptum dicitur falsa, seu falsum bene 14.modis:ut no. in c. in memoria . dis. 19. gloss. uerb.falsam.

Chartophylacium est armarium uel locus in quo chartæ reseruantur. Et dicitur à charta,qđ est instrũmentũ,uel scriptura, & phyla

phylare conseruare, qua si &c.ut not. in c. i. de ꝓbatio. & c.2.distinc.90.

Charcoprati, charte uendi tores.

Chartularii iudices dicebātur olim illi qui ab Imperatore habebant potestatem iudicādi, & illos solum qui coram eis eligebāt,litigare, poteram eligere sine cosensu propriorum iudicū sicut traditur in gl.l.i. ff.de iud.

Chasma.i.hiatus terræ.l. si in uenditione.de peri.& com.rei uend.

Chiliarcha est princeps super mille homines.

Chirembolum in l.i.ff.nau. cau. stab. dicitur manus immissio,quod Alcia. in Parer.interpretatur.

Chirographum est cū duo paciscentes duas scripturas sub eadem forma verborū inter se conficiunt, & mutuo sibi tradunt, uel dicitur instrm̄ seu illa litera in qua debitor confitetur se esse obligatum creditori, idem qđ antapocha, & chirographa dū uęneunt, nomen siue corpus uęnisse uidetur l.seruum filii. §.cum qui chirographum.ff.de legatis i.

Chlamys est uestis militū, purpura regum, stola sacerdotum, toga aduocatorum, birrus rusticorum, vel custodū, cucula monachorum:vt C.de uesti. holo.& aura. lib. 11, & C.qui mi. non pos. l. si clarissimi, ꝑut not.Azo. in sum.C.de offic.pręfe. præt. Sed in l. uestis. de au.& arg. leg. connumeratur inter uestimenta puerilia.

Chomata dicuntur aggeres qui solent aquam Nili continere.l.saccularii.ff. de extraord.crim.

Chorus quid sit, uide. l. si chorus.de leg.3.& l.cum eiusdem. de ædil. edic.

Chresis ponitur pro usu. l. si habitatio. ff. de usu & habit.

Chrysamos, uelut alii legunt chrysoma, uas est, in quo aurum infundebatur,ut exponit Alc.in l.1.C.de met.

Chrisma fit ex duob: liquorib.s.oleo,per quod puritas mentis & nitor conscientiæ intelligitur, & ex balsamo, per quem

odor

odor famæ figuratur, ut est tex. in c.unico. de sacra vnctio.

C ante I.

Cibariorum appellatione neque habitatio, neque uestiarium, neque calcearium continetur, sed tantum cib. l.diariis. de alimen. & cib. leg. cibi uero appellatione potum quoque contineri Arch.prodidit.c.in quib. de consec.dist.2.

Cicatrix dicitur quæ vultũ excæcat uel deturpat, & post sanatum vulnus remanet.Bar.in l.si quis in metallum.C.de pœnis.

Cicera est omne quod bibitur.33.quæst.2.admonere circa mediũ. in princ.

Cidonium uinum, ex cidonii mali succo cõfectũ. l.si quis.de uino leg.

Cilicium, textum ex lana caprina: uñ cilicina uela in l.quæsitũ.de fun.inst.

Cimdiarcha.i. custos uasorum & aliarum rerum pretiosarum ecclesię. C. de sacrosan.eccle.l.iubemus.in glo.

Cimdiarchiũ locus est ubi reponitur thesaurus. C. de bon.autho.iudi.poss. l.fi.§.finautem.& de agr. & censi.l.litibus.

Cimiteriũ, uide cęmiteriũ.

Cingulum quãq; exponit.i. administratio. in auth. ut liceat ma. & auię. §. quia uerò quędam.Quãdoq; ꝑ ense uel ꝑ titulo dignitatis.C. de pręp. sar.cu.l.ult.lib.12.

Circa est significationis restrictiuæ.non autem ampliatiuæ: ut in l. rutilia polla. ff. de contrahen. emp.& hoc nota pro statutis.Et quid dictio circa operetur in teste, uide Barto. in l. Celsus. ff. de usuc. Et circa, pertinet ad tẽpus, circũ ad locũ, circiter ad numerũ.

Circenses ludi, qui Romæ in circo maximo fiebãt.

Circuitores dicuntur qui circũeunt uel circundãt patrias à nundinis ad nũdinas deferentes res uænales. Et dñr alio nomine circummeatores.

Circulatores, qui serpentes circũferunt & proponũt l.fi.de extraor. crimi.

Circumferanus secundum Isid. lib. 10.dicit qui ad modũ rotæ circũfertur.

Circumseptus est circūdatus vel vndiq; cinctus; vt not. in procem. clemen.

Circum ducere literam est eam circumducta linea damnare, & sic differt à cācellare, & suppūctare.

Circūscripto q̄d sit. Bar. in auth. ex causa. C. de li. p̄t.

Circumstantia alicuius loci intelligitur per 30. pedes, ut dicit Bart. in l. itē apud Labeonem. §. cōuitium. ff. de iniu.

Circūuenire ē adhibita calliditate d̄cipe. l. i. ff. dolo

Cisiarius, auriga cisii, quod genus est uehiculi gestatorii. l. itē quęrit. ff. loca.

Cista pro capsa. l. i. depo.

Cisterna est locus in quo congregantur aquæ pluuiales, & ibi collectu vsui reseruātur. l. i. ff. de fon.

Citatio est in ius uocatio uel inuitatio, cùm quis de aliquo conqueritur, & querimonia sua corā iudice deposita iudex emisso citationis edicto ad eius instātiam uocat, uel inuitat illum ad se in quem agere desiderat qui conquestus est. Si uerò in edicto iudex uel pretor adiiciat hanc clausulā, si in die præscripto non ueneris, quasi contumax condemnaberis, uel reputaberis; tunc edictum olim dicebatur peremptorium. Hodie aūt sufficit quod dicatur, Citamus talem peremptorie. Et est quadruplex modus citandi s̄m Gul. de Mont. Lau. Primus p̄ nuntiū literis citatoriis. Secūdus per præconem. Tertius p̄ edictum cle. i. de iudi. Quartus fit ex iuris dispōne. Itē quædā citatio fit ad monitionē iudicis. c. cōsuluit. de off. deleg. Item quædam est uerbalis, quædam realis uel actualis ducendo ad iudicem. Item citationis sunt tres actus. Primus est impositio, cùm iudex imponit nuntio ut citetur reus. Secūdus manifestatio, cùm nuntius denuntiat citato ut ueniat. Tertius relatio, cùm nuntius refert iudici talem in tali loco citasse. Additur etiam quartus, s. comparitio citati, & qn̄ citatus teneatur comparere, & si non cōparet mulctetur. no. per Doct. in c.

in c.præterea.de dila. Et de illis actibus in c.fi. de feriis. Et nota q citatio est de iure naturali, ut in clem.pastoralis, de re iud. Et citatus ad locum morbosum, seu ubi aer est pestilentialis uel cor ruptus, non tenetur ire, cum saluti hominum sit ratio adhibenda. l. sed sciendum. ff.ad Treb. & ibi per Doc. Nec citatus peremptorie potest dici contumax ante libelli oblationem. l.si finita. §. si plures. ff.de dam.ĩnfe.

Citò aduerbium.i. ĩfra 20. dies.in auth.de man. pr. §.sed & suscip.

Citra qñque ponitur pro præter.de cal.l.ult.quan doque habet effectum priuationis, uel negatio nis.ff.fam.herc.l. si filia. §.Pap. Qñque ponitur pro sine.in auth.ut iud. sine quoquo suff. §. qđ autem à nobis. Qñque exponitur citra quam.i. aliter quam in auth. ius iur.quod præest. ab his. §.iuro quoque. Quando que exponitur citra .i. contra.ff.de noua. l. ser nus. Aliquando.i. ante. extra de test.c.dilecto.

Citreę mensæ, ex citri arbo ris ligno confectę.l.si ste rilis.de actio.emp.

Ciuilis actio. Require su pra actio.

Ciuile debitum, uide in gl. 1.c.fi.de solu. Et qñque ciuile, idem est quod ur banum & elegans. ut in gloss.in l.ciuile est C. de fur. Sic in ciuile.i.inurba num uel indecens.l.in ci uile.ff.de leg.

Ciuitas dicitur quasi ciuiũ unitas, & murorum am bitu terminatur, de sen. excom.si ciuitas. cuius appellatione etiam cõ prehendũtur burgenses. ff.de uer.si.l.2.Item ciui tatis appellatione com prehenduntur mille paſ sus à muro ciuitatis. ff. eo.ti.l.mille.& ff. de pę. l.quod liquide.§.si ita le gitur. Item comprehen dũtur orti.arg. ff de pro cur.l.pñs. Item ciuitatis nomine nõ comprehen duntur diœceses, nec econtra, uocatur autem propriè ciuitas quæ ha bet episcopum, ut 80. di stin.in illis.

Ciuis est natus in ciuitate.

l.ciues.C.de appell. ubi in comitatu? Dicitur in auth.quib.mo.na.eff.sui, § si uerò nō ciues,col.7.

Ciuium appellatione ueniunt nō solū illi de comitatu, sed etiam illi de territorio. Fel.in c.Rod. 9.col.uers.quarta concl. de res. Adde q ciuiū appellatione ueniunt illi qui sunt de ciuitate diœcesi,uel comitatu.Doct. in rub.ff.solut. mat.licet glo. aliter sentiat in d.c. Rodulph. Bart.in l.1. ff. ad mun. Adde q Barto. in l.3. C.de natu. lib. dicit ibi per illum tex.q ille qui ex uico est, sortitur originem ex ipsa ciuitate cui subest uicus, & an represaliç concessę contra ciues, comprehendant conciuitatenses. Bal.in l.fi. ubi alii, ff.de off. proc.

C ante L.

Clade.i.calamitas.l.1. C. de iure emphy.

Clam possidere.i. occultè possidere.

Clandestinum coniugium est despecta personarū pręsentia,uel iuris solennitate, uel denuntiatione non præmissa, sine sacerdotis benedictione, occultum matrimoniū.

Clandestina electio dicitur quæ in cameris p occulta conuenticula fit,uel illa quam canonici inter se secretam tenent.

Clarissimatus est dignitas, C.de prox.sac.scr.l. peculiari. Aliqn accipitur pro consulatu, C. de eque. dig.l.i. & ibi nota. & de dom.& prot.l.2. lib. 12.

Clarissimus dicitur et qui est spectabilis, eo q claram habeat dignitatem. C.de pri.agen.in re.l. fi.

Classis .i. nauis, inde classicus .i. numerus classatorū .i. nauium ad bellandum. Et q censetur,uel uoluerit se huic ministerio deputare, dicebatur incensitus,ut C. de clas. lib. 11.

Claustrū dicitur quasi claudens, siue castrans .i. priuans habitantes in eis, ne euagentur. 7.quęstio. i.§.ult.& not.per Archi. de statu reg.c.uno.§. uerum. lib. 6. super uerbo morę.& est locus religiosus.extra de const.c.2.in prin.

prin. Aliqñ claustrum dicit instrm̃ ad claudẽdum domum, uel partẽ eius. ff. de act. emp. l. fundi.

Claui in re uestiaria quid sint, facile est intelligere ex l. cum aurum, in fi. & l. seq. & uestis. de aur. leg. sunt. n. utputo fibulę & ueluti clauiculi quidam qui uestib. insuuntur uel ad ornatum, uel ad illas annectendas, qd' fere fit in ea parte, qua pectus contegitur.

Clauus præter notum significatum ponitur pro genere morbi. l. qui clauũ, de ædil. edi. & quibusdã uidetur id tuberculum esse, quod digitis tum pedum, tum manuũ plerunque innascitur, ab Italis uel porrus uel callus nuncupatum.

Clausi dicuntur etiam uincti, si ita uincti sunt, ut uincula erumpere non possint. l. si quis in graui §. clauso. ad Syllan.

Clerica dicitur corona clericorum rasa, ut not. Io. And. de uita, & honesta. cler. c. clerici.

Cleros Græcę, est sors Latinè uel hæreditas. Sunt ergo dicti clerici quia de sorte domini sunt. 21. dist. cleros. ubi ponuntur nomina omniũ gradum in ecclesia Christi deseruientium. Et appellatione clericorũ et intelliguntur monachi, licet non econtra, quia sunt etiam electi in sortem dñi. 12. q. 1. duo sunt genera. Et hoc maxime in causis fauorabilib. sed in odiosis secus, ut no. in c. 1. de iur. cal. ubi etiam appellatione clerici non uenit monachus, quia ibi postea specificat, ui de c. cũ s̃m Apostolum, de præb. & c. cleros. p̃all.

Cleronomia, idem est qd' hæreditas diuina.

Cliẽs dicitur ille cuius causam aduocatus tuetur, & defendit. Inde clientulus diminutiuum, & idẽ est s̃m Isid. Vel dicitur quasi colens, à colendis patronis.

Cliui appellant fossæ terrestres per girũ, ff. de ser. urb. præd. l. seruitutes. § si domo uel uerius dñr loca ĩ sublime surgẽtia, cuiusmodi sunt ascẽsus mõtiũ. l. si ex plagis. § in

cliuo. ad l. Aquil. unde cliuosam uiam planam ut opposita distinxit Vlpi.in l.i.§. deteriorem. ff. ne quid in loco pub.

Cloaca dicitur locus concauus ubi sordes cōfluunt ex quocūque uili loco, uel effluūt de uiis & plateis, uel ubi stercora recipiuntur .s. latrina. ff. de clo.l.1. Vel cloaca est locus cauus per quem colluuies quædam fluit, & ponit prætor ibi duo interdicta de cloacis. Primum est prohibitorium quo prohibetur uicinis facere uim quominus cloaca purgetur & reficiatur. Secundum est restitutorium. Et appellatione cloacę tubi & fistulæ continentur, ex l. i. præal.ff.de cloacis. Inde cloacarius q cloacæ curā habet, & cloacarium, qđ ob cloacarum purgationem soluitur. l. si pendētes, de usufr.

C ante O.

COactilia. in l.argū. ff.de au.& arg.leg. dñr pelles seu lora, quibus inuoluūtur allegantúrve uestimenta, quę omnia sunt instrumenti uiatorii. l. quinta.§.fin.de sup. leg. à cogēdo.i.astringendo coarctandoque dicta.

Coactio est duplex, absoluta, & conditionalis. Coactio absolute est cui resisti non potest, ut cum quis uiolenter trahitur ad aliquid faciendum, quo casu quis omnino excusator. 50. distinct. presbyteros.& i.q.i. constat. Coactio conditionalis est quæ metum cruciatus, uel aliquid graue minatur, quæ si excusat à tanto, non tñ a toto. c. sacris. de his quæ ui me. ue.cau.fi.in gl. uerbi attenuet ſm Goff. in sum. eo.tit.& ēt in c.cùm dil. eo.ti. uide Bar. Brix. in glo. uerbi inuita.dist. 5. ad eius uerò, ubi bene distinguit. Et coacta uoluntas etiā uoluntas est. 15.q.i. merito. ff. quod met. cau. l. si mulier. §. si metu.

Coalere est cohærere, & quēadmodum Vlp. ait, unitatem. l. nō amplius, de dam.infe. aliqñ est cōcrescere. l. per omnes. C. de

de defen.ciui.

Coarctare. i.restringere,ita exponunt Host.& Arch. de resc. c. dispendia . in prin li.6.& habetur hæc dictio extra de immu.ec cle.c.i.in fi. & de off. de leg.consuluit.

Coccum non continetur appellatione purpuræ. l.si cui.de leg.3.A cocco coccinus, unde coccina uestimenta.i.cocco fruti ce infecta, de quo apud Plin.& Diosc. est.

Cocus uenit appellatione artificis,q̃a cocũ esse, est ars.l.si q̃s uéditor.§. i. & 2.ff.de æd.ed.Imò cocus Imperatoris habet di gnitatem. ad quod Bal. allegat tex. in l. 1. q̃s co corum,in usib. feu. hæc Lud.de Ro.in sing. suis.

Codex est quilibet liber q̃ continet in se diuersos libros partiales, & hoc gñaliter. Sed propriè est liber qui cõtinet diuer sa p̃cepta Imperatorum. Vnde ante tempus Iusti niani erant tres codices .s. Gregorianus, Hermo genianus, & Theodosia nus,& multæ cõstõnes extra illos diuagantes. Videns ergo Iustinianus tantam legum multitu dinẽ,de istis trib. codici bus extrauagantib. fecit fieri vnũ codicem,quem suo felice noĩe nuncu pauit codicẽ Iustiniani.

Codicilli dñr codices parui .i.libelli in quib.cum ali quis impedif aliqua ne cessitate ne faciat testm̃ de reb. suis disponit in ultima uolũtate s̃m Az. in sum.C. de codicillis. In hoc autem differunt à testõ.In codicillis here ditas,neque dari, neque adimi põt directè, nec confundaẽ ius testamen torum & codicillorum. Nec in eis potest exhære datio scribi, nec condi tio hæredi instituto põt adiici, nec substitui in eis directè potest, sed p̃ fideicommissum in eis hæreditas directè relin quitur,ut inst. co.§.codi cillis.& §.directo.& plu ra alia q̃ no.Az. & Host. in sum.ti.de test.& Spe. tit.de instr.edi.§.niso.

Codicillus est scriptura uel litera in qua testator uo luntatem figurat suam, nulla ĩdigens solẽnitate,

sed sola testatoris uolun tate qualicunq; scriptu ræ significatione expres sa, cuius beneficio subue nitur uoluntatibus de functorum pp deficien tem solēnitatem uerbo rum legaliū, uel certe pp necessitatē adhibendorū solennium, quia minor est numerus testiū, &c. ut ex modernis doctor. Gu. de Cu. tenet cum gl. in l. fi. C. de cod. hæc Bal. de Peru. in quodā consi.

Cœmiteriū, locus ubi mor tuorū corpora condunt.

Cœnaculum præter uulga tam significationem de qua supra in uers. cœna culum appellantur loca superiora domorum, ad quæ schalis aut cochleis ascenditur. Cœnacula antiquitus incolebāt te nuiores & īquilini, hinc cœnaculariam exercere in l. si uerò, de iis q̄ deie. hoc est domos totas con ductas per singula cœna cula inquilinis locare, & cœnacularius cœnaculo rum locator. Item cœna cularium, pensio quę sol uitur pro conducto cœ naculo.

Cœnobium, uide cenobiū.

Cœtanei sunt homines pa ris ætatis s̄m Isid.

Cœtus, uide cetus.

Cogere exponitur. i. cōgre gare. ff. de ui bo. ra. l. 2. in prin. & §. dolo.

Cognati per fœmineum se xum coniuncti sunt.

Cognatio consanguineæ uxoris est coitus cum cō sanguinea uxoris.

Cognatio legalis s̄m Host. co. ti. est quędam proxi mitas proueniēs ex ado ptione uel arrogatione, ut no. in rub. eiusdem ti.

Cognatio spiritualis est p pinquitas uel attinentia quæ prouenit ex sacra menti datione, uel ad sa cramētum recipiendum attestatione, uel atten tione, unde ex cognatio ne spirituali quæ in ba ptismo contrahitur no uem propinquitates na scuntur. Prima filiatio inter sacerdotem bapti zantem & baptizatum. Secunda compaternitas inter sacerdotem, & pa trem baptizati. Tertia cōmaternitas inter eun dem & matrem baptiza ti. Quarta inter filios sa cerdo

cerdotis & baptizatum, .ſ.fraternitas.30.q.1.omnes,& q.3.ita diligere. Quinta filiatio inter baptizatum & ſuſcipientē de baptiſmo. Sexta filiatio inter eundem & uxorem ſuſcipientis. Septima fraternitas inter baptizatum & filios ſuſcipientis. Octaua compaternitas inter ſuſcipientem & patrem ſuſcepti. Nona maternitas inter eundem,& matrem pueri.30.q.3.per totum.

Cognomē dicitur a cognatione,ff. de lib. & poſth. l.1.& inſt.de leg.§.ſi quis in nomine.& C.de teſta. l.ſi in nomine.

Cognomina debent poni quando ex nominib. ꝓpriis reſultat īcertitudo. Bar.in conſti.1.ff.uerſic. q̄ro nunquid ſit neceſſe.

Cognoſcere inſtrā eſt ea relegere & recognoſcere. Cohors.i.ſocietas. ff. ad l.Iul.rep.l.1.de off. præf. l.3.in prin.

Cohortalis eſt apparitor q obnoxius eſt cohorti.l.ſi cohortalis.C.eo.ti.li.12.

Coire tam in bonā quàm in malam partem accipitur,ut coire ſocietatē, & coire.i. conſpirare, l.2.de concuſſ.

Collactaneus dicitur qui eiſdē mām̄is nutritus ē.

Collaterales dnr qui ſe attingunt uel ſibi attinent tranſuerſaliter per lineā collateralem, non per lineam rectam aſcendentem uel deſcendentem, ut conſanguinei uel cōſimiles. Dnr ēt collaterales generaliter omnes æqualiter quaſi lateribus confidentes.

ollatio ſm Azo. in ſum. C. de col. eſt ius quo res quædam non hæreditaria fit hæreditaria.i. redigitur in commune.Et dicitur collatio quaſi in cōmune latio. Nam quod erat proprium, dicitur ibi medium, & confertur, id eſt communioni ſubiicitur. Vel eſt confuſio ſiue coadunatio rerum conferentis in res communes ſeu cum reb. cōib.diuidēdis,ut no.ī l. ſi ſoror. C. de collatio.

Collatio inſtrōrum eſt qn̄ duo inſtrumenta inſpiciuntur, & examinantur ſimul utrum in uno ita

 ſit

sit sicut in altero, uel ut uideatur per modum & formam scripturæ esse ctus eius.

Collatores dñr à conferendo, q̄a cōferūt, in fiscū, siue ordinaria sit collatio siue extraordinaria.

Collectari appellãtur cam psores. l. q̄squis. C. si cer. pe. s̄m Alc. li. 4. disp. c. 22.

Collectiua dictio dicitur quę sign̄at collectiuè ex sua impositione, q̄nque ēt ex sign̄ato sumpto aliunde ex quauis alia materia subiecta significationi, v.g. ibi omnes ferunt lapidem uel trabē, sign̄at collectiue. l. ita uulneratus. ff. ad l. Aqui. Sed ibi omnes student auaritiæ, significat distributiuè. Ratio, quia in primo exemplo ex unitate lapidis sumit̄ significatum uerbi, sed in secūdo exemplo sensus est ꝙ quilibet homo studet auaritię.

Collega secundum Isid. dicitur si a colligatione societatis, uel cōplexu amicitiæ, & est idem quod sodalis in officio alterius paris potestatis.

Collegarius etiam est unus ex talibus sociis.

Collegiati dñr qui sunt de aliquo corpore. i. congregatione uel artificio hominum, ueluti pistorū, fabrorum, monachorū, & quorundam aliorum collegium habentium.

Collegium est cōgregatio quam ad minus tres facere possunt. Nam duo faciunt congregationē, collegium tres, populū 10. turbam 25. gregem 5. porci, uel 10. oues, ut no. Ber. de elec. c. 1.

Colles intelliguntur hoīes īferioris uitę. C. de sum. trin. l. fin. in princ. super uerbo collis.

Collisum argentum quid sit, uide. ff. de au. & ar. le. l. Quintus. 2. §. cū aurū.

Collobium est toga uel uestis sine manicis.

Colluctatio fit dum aliqui simul luctantur, pugnis uel calcib uel uerius q̄n pugnantes non stant certo loco. ff. ad l. Aq. l. qua actione. §. si quis in colluctione, in gl.

Collusio s̄m Ber. in gl. in c. audiuimus, de collu. de teg. & c. cum clerici. de censi.

censi. est inter actorem & reum latens & fraudulenta cōuentio, per quā alter in iudicio superari se permittit.

Collyrium est unguentum ad oculos, institutio. de rerum diu. §. cum ex aliena.

Colonia ciuitas est à matrice ciuitate deducta. i. metropoli. q̄nque agrū colono locatum signat. l. si in lege. ff. loca.

Colonus est qui prædium habet agricolendi causa. Differt autem colonus ab inquilino, quia hic in rure, iste aūt in ciuitate moratur, habet plures species agricolarum, ſm Azo. quia alii uocantur coloni cōditionales, alii coloni inquilini, alii originarii, alii coloni simpliciter nuncupati, &c. de quibus infra patebit. Pro differētia coloni ab usufru. uide in gl. inst. de re. diui. §. is uerò.

Colonus simpliciter secundum Io. dicitur qui sub certa annua mercede in pecunia numerata prædia colenda accipit. Nā ſm eum non esset locatio sine pecunia, ff. deposi. l. 1. §. si quis seruum.

Coloni conditionales dicūtur quasi ex sua conditione prædium uel agrū colere debētes, & ſm Io. sic constituuntur ꝙ primò in scriptis, uel sine scriptis ꝑpetuò iure colonos se esse in fundo promittunt, ut postea ꝑ 20. annos in fundo permaneant. Et licet quidā putent hos esse ascriptitios conditionales, tñ secundum Ioannem malè putant, quia colonus temporis transcursu potest liberari, ascriptitius uerò minimè, ut C. de agricol. & censi. l. cùm scimus. lib. xi. require suprà ascriptitius.

Coloni dominici dicebantur qui colebant agros Imperatoris, ut C. de prædi. & omnibus re. lib. 12.

Coloni illyrici, aliàs & melius illyriciani, de illyrico. i. de Sclauonia dicuntur, & habetur in l. cum querebatur, C. unde ui. ubi dicitur inter illyricianā aduocationē. gl. i. inter

inter aduocatos de illyrico.C.de col.illyri.lib.11.
Colonus inquilinus, licet secundùm quosdam inter colonos conditionales & inquilinos nulla sit differentia: (pro quibus uidetur facere l. diffinimus.C. de agric.& censi. lib.11) tamen secundũ Ioan.hęc est differentia, quia inquilinus minus astrictus est quàm colonus conditionalis, unde inquilinus bene potest in alia parte cuiuslibet suburbii domum conducere & inhabitare, sed cõditionalis colonus non audet cnm sua familia recedere à fundo quem colit, nec alibi habitare.
Colonus originarius ẜm Ioan. dicitur coloni cõditionalis filius, ex eo ꝙ originaliter conditionĩ colonariæ subiectus est, nec refert ẜm Ioan. siue in solo fuerit natus, siue extra solum, quia tanq̃ originarius ad terram illam reducendus est, quã pater suscepit collendã.
Coloni palatini, habetur C.eod.tit.lib.11.
Coloni palestini sunt de palestina ꝓuincia dicti.
Coloni partiarii dicuntur illi qui feram colunt ꝑ communi damno & cõmodo. Et competit contra eum actio pro socio.
Colonus ad nummum cõductus est ille q statim cùm fructus fuerint à solo separati, ut usufructuarius intelligitur, ẜm Io.ff.de fur.l.si apes.
Colonus superficiarius est qui aream conducit ea conditione ut sibi liceat in ea ędificare, & domũ tollere cùm uoluerit.
Color pro prætextu.l.2. de inof. testa. unde color quæsitus in l. sed Iulia. ff.ad Maced.cùm id qđ uerè agimus, simulatione aliqua obtegimus.
Colum niuarium secundũ Nebris. est instrumẽtum argenteum ad percolandùm aquam seu uinum ex niuib. qđ & ex uiminib.saccoque fieri solet.
Comes, qui comitatur & sequitur.l.item apud. §. comitem.de iniur.
Comes domorum, Iustiniano est præfectꝰ domesticorum principis.
Comes horreorum, de quo

in posteriorib.lib.C.curatur erat pristini prĩcipis, qui habebat mancipia quædam purgandis horreis, coquendoq; pani principis ascripta.

Comes orientis ſm Azo.in ſum.eo.ti.fortè erat procurator rerum Cæsaris quas habebat in oriente.

Comes Palatinus dicitur q curã gerebat præcipuã, ut missorum notariorũ & iudicium negligentiã argueret; & à prouincialibus tributa exigeret,& consueta deposceret,ita ꝙ non in prouincialib. sed præcipuè iussus est ut iudicibus & eorum officialibus præcepto immineret & superesset.C. de offi. commis. sacrarũ largitionum. & de offic. rec.pro.

Comes rerum priuatarum, ſm Azo. erat fortè ꝓcurator Cæsaris in priuatis rebus. Alii dicunt ꝙ priuati cõmodi & fiscaliũ rerum habuit administrationem, ut eas conseruaret, & in eis negotiaret.

Comes sacrarum largitionum ſm Az.erat ille per quẽ principes sua stipendia largiebatur, & hic forte erat ꝓcurator, rei pub.qui græcè logista nuncupatur.Alii dicunt ꝙ per hunc Imp.liberalitatem suam & magnificentiam exercebat,& largitudinem agebat.

Comes sacri patrimonii erat qui Imperatoris ꝓcurabat patrimonium,q in hoc differt à comite rerum priuatarum, quia hic tenet custodiam rerum priuatarum,& exercet negotiationem circa mobilia .s. ille patrimonium & immobilia procurat. & hęc differentia sumitur ex uerbis. C. de offic.com.re priua. & de offic.procons.Cæl.l.i.

Comites cõsistoriani sunt illi qui steterunt in principis cõsistorio, qui dici meruerunt etiam spectabiles,& procõsulib. ęquiparantur. C.de cons.lib. 12.l.i. Vel consistoriani dicebantur qui præerãt castris principis ordinãdis, & erãt plures, & eligebant decani de cõsistorianis & ministerianis, ut eo.tit.palleg.Alio mõ cõsisteria dicebantur c

ſtrẽſiarii, & apud nos hodie caſtellani uocantur, licet apud alios uocent omnes quibus prouiſum eſt de certis redditib. ut in caſtro aliquo pro defenſione & cuſtodia cõmorẽtur. de com.re.mil. & qui prouincias regũt, &c. uide C. lib. 12. cum ſuis tit.

Comites iudicium qui intelligẽdi in l. in comites. ad l. Iul. rep. explicat ibi eleganter Bud.

Comites ſcholarum, ut tradit Hegend. dñr comites locorũ in quib. tyrones ad opera bellica exercentur, qui & tribuni ſcholarum appellantur.

Comeſtor uel cõmeſſor idẽ eſt quod guloſus.

Comitatus propriè de Imperatoria aula dicitur: hodie & territorium appellat̃, cuius rei rationes affert Alc. in l. pupillus. de uerb. ſign.

Comitatenſes milites dñr milites ſtipendiarii, à comitatu dicti, quia militant non ſoli, ſed in comitatu. Sed ẽm Alc. dicũtur palationes qui cunti Imperatori aſſiſtunt.

Comitiũ, locus, in quẽ populus ſuffragiorũ cauſa conueniebat, inde calata comitia dicta ꝙ populus uocatur ad ferẽda ſuffragia, eo ſe conferebat.

Commata .i. aggeres. ff. de extr. crim. l. pen. §. pen. & ibi not.

Commeatus eſt qđ vulgo dicitur cõductus liber. i. tranſitus à commeando deſcedens.

Commeatus etiam dicunt̃ quęcunque ad publicum uictum attinent.

Commenda eſt cuſtodia eccleſię alicui commiſſa. c. nemo deĩceps, de elec. li. 6. ubi gl. de commendis.

Commendare eſt deponere. ff. de uerb. ſig. l. commendare. Etiam capitur ꝑ laudare, ut ĩ gl. ꝑalleg.

Commendatarius dicit̃ nudus miniſter, ut patet in l. Lucius. ff. depoſi.

Commendatitię literę ſunt dimiſſoriæ quib. clericus dimittitur, & abſoluitur à poteſtate ſui epiſc. in quib. perhibetur de uita & ordinibus illius teſtimonium.

Commendo eſt uerbum importans fideicõmiſſum

Bar.

Bar.in l.fideicommissa.§. si ita.ff.de leg. 3.
Commentariensis dicit̃ cu stos in carcere positorũ. & C.de cust reo.l. ad cõ mentarienses, aliàs poni tur pro eo cui commissa sunt acta.l. in fraudem. de iur.fisci.
Commentarius seu commẽ tarium liber est, quem si bi quisq; priuatim confi cit, in quo capita tantũ & summæ rerum; quas agimus memoriæ causa annotari solẽt.Huiusmo di libellos sibi cõscripsis se Rom.principes obser uauit diligentissi. Bu. in l.abesse.ex quib. cau.ma.
Commentum significat de ceptionem uel occultũ seu malitiosum tractatũ. de rest.in integ.c.i.lib.6.
Cõmentitium ius .i. nouũ & recens introductum, quod recentiores ius po sitiuum uocant.l.si pęna. de pęnis,
Commercium ſm Isid. lib. 5.est deriuatum à merci bus quas res uenales nũ cupamus.& est commer cium quasi commutatio mercium. Etiam dicitur copula,dicendo, carnale commercium.
Comminationes sunt mi næ per iudicem imposi tæ,nec tamen habent au toritatem rei iudicatæ secundum Azo.
Comminus.i.statim uel ad ad minus.ff.de pig.act.l. si qua. & de rei uend.l. fi.à bonæfidei. & de uer obli.l.cõtinuus. Aliquan do cõminus exponit.i.to ta ea die.C. de fru. & lit. expen.l.terminato.& ibi not. uel comminus, id est præsentialiter. C. de le.l.si imperialis.in prin.
Commissoria lex, uide lex commissoria.
Commissum delictum non soluti uectigalis. l. Impe ratores.de publica.
Commitere modo signifi cat delinquere, aliàs ad contentionem & concer tationem exhibere, ut in l.qua actione.ad l.Aq.in terdum quod vulgo con fiscare dicunt.l. debitor. de neg.gest. accipitur & pro irritare ad pugnam. l.1.§. cùm arietes. si qua dru. pau. fe. di. Sæpè pro concredere seu tra dere, vt in l.i.de offic.prę fec.urb.

Com

Cōmodare est rē ad usum alicuius quandiu uelit, concedere.

Cōmodatarius est ille cui res aliqua dat̄ utenda, uidelicet ipsū cōmodatū.

Commodati actio, require supra actio commodati.

Commodatum est alicuius certę rei ad aliquem specialem usum gratuita facta concessio. Addę ad certum tempus tacitum, vel expresſū ſm Io. And. in c vnico. de commo. & differt à precario, per usum specialem, item quia precarium poteſt reuocari, ſed cōmodatū non poteſt reuocari niſi expleto uſu ad quē dat̄.

Commodum ſm Iſid. lib. 5. eſt illud quod eſt noſtri iuris, & etiam ad alios temporaliter trāslatum eſt; cùm modo temporis quādiu apud eos ſit, vnde cōmodum dicitur et alio noīe commodatū.

Commodum cùm erit, qualiter intelligantur hæc uerba, tradit in l. nepos. de uerborum ſignifi.

Cōmonitoriū pro cōuētione tacita & facta abſque ſcriptura. l. i. C. de ſuffra.

Communi diuidundo, ſm Iſid. lib. 5. eſt inter eos quibus res cōis eſt, reqre ſupra actio cōi diuidūdo.

Communia dicuntur, quæ cùm ſint in uſu omniū animantium occupantibus conceduntur, ut lapilli, &c. inſti. de re. diui. in glo. ſupra. §. littorum. & quo differat cōmune à publico, quære ibidē.

Comparare & emere differunt ut not. in l. i. §. pen. ff. de contrahen. emp. & uend. C. de rerū permu.

Comparatiuus capitur interdum pro poſitiuo, ut latius. i. latè. c. auaritiæ. de elect. lib. 6. Sicut interdum poſitiuus capitur pro comparatiuo, ut in Pſal. 117. Bonum eſt confidere ī Domino, quàm in homine. Bonū eſt ſperare in Deo, &c. ibi bonum, id eſt, melius.

Compeditus, qui compedibus, quæ genus ſunt uinculi, coercetur. §. fi. inſti. de lege Aqui.

Compendium, pro lucro & utilitate, ſiue pecunię ſiue temporis, ſiue operæ, uel alterius rei. l. Titium. de admi. tut. & l. eūdem.

dem.de lega.Inde & pro breuitate sumitur.l. Meuius,de leg.2.

Compendiosa substitutio dicitur quia sub uerborū compendio plura complectitur tempora, & quæ plures substitutiones. Vide infrà substitutio compendiosa.

Compensatio ſm Azo. in sum.cod.tit.est debiti & crediti adinuicem, id est ad utraque parte inter se contrahentes contributio. Dicitur enim quasi communis pensatio, uel est debiti ad debitum, hinc īde facta deductio, ut debeo tibi 40. tu mihi centum, dum peto à te cētum,tu deducis 40.

Competenter not.glo. 24. q. 3. uotū. & uide quod not.de uerb.signific.c.fi. lib. 6. super uerbo contempserit.

Cōpetere dicitur cùm ius est ad petendum illud quod petitur. not. in gl. ff.de dam.infe.l.damnū. in princ. Item competit exponitur.i.conuenit,vt in authen.de æqua. dot. §.his consequens.

Competitores,qui in magistratibus,officiis & honorib. petendis concurrūt. l.3.§.pe. de decur.

Compilare leges siue componere, est leges ab aliis scriptas in unū uolumē redigere, aliàs compilare est furari. l. sacrilegi. ad l.Iul.pec.

Compilator ſm Isid. lib.x: est ille qui aliena dicta suis permiscet. Et sic solent pigmētarii in pictura diuersa mixta confundere. Vnde illud Horat. Pictorib.atq; poetis.Quilibet audendi semꝑ fuit æqua potestas. Hoc scelere quondam accusabāt Mantuanus ille uates, cùm quosdam uersus Homeri transferens suis permiscuisset, & cùm cōpilator ueterū ab æmulis diceretur, ille respondit magnarum esse uiriū clauam à manu Herculis extorquere.

Compita dicūtur loca ubi plures uiæ conueniunt simul,ut 12. quæst. 2. de uiro.in prin. ibi, per abrupta itinera & cōpita.

Complexus uel copulatio dicitur plurium in idem in unitate sermonis coniunctio.

iunctiò. Et fit ab homine uel à lege. Ab homine fit tripliciter, ut l. triplici. ff. de uerb. sign. Nã aut est complexus uel copulatio nominum tãtum. s. uerbis quãdo unũ nomẽ sequitur aliud immediatè cum copula uel sine, uerbi gratia. Titio & Seio lego fundum ꝑ æquis portionibus. l. re coniuncti. j. respon. ff. de leg. 3. ibi. isti non sunt re coniuncti, sed uerbis tantum, quia unum sequit̃ aliud immediatè cũ copula, & idem esset si sine copula, q̃ a tũc intelligitur l. triplici. prçalleg. in §. uideamus. Aut secundum rem tantum, qñ ꝑ rem tãtum sit cõplexus, ut Titio lego fundum, & eundem fundum Meuio lego. l. præalleg. re coniuncti. in princip. Aut tertiò re & uerbis simul complectendo res & nomina, ut Titio & Seio lego fundum Semproníi, ubi Titius & Seius sunt cõiuncti uerbis propter uerbum cõplexum, & re, quia eadem re copulãtur. Et sic testator cẽsetur cuilibet insolidum legasse eam rem ut §. si eadem res, inst. de leg. Et ex complexu prædictis modis facto habetur hæc differentia, quia ex complexu re tantum, uel re & uerbis, si unus cõiunctorum deficit, uel quia repudiat, uel aliàs nõ admittitur in perpetuum, uel interim, alter in totum admittitur, iure non decrescendi. l. si separatim. ff. de condi. & demon. Nam non potest partem agnoscere & partem repudiare. l. neminem. ff. de leg. 2. & l. unica. §. sinautem ad deficiẽtis personam. C. de cad. tol. & res insolidum cuique assignatur d. l. unica. §. si uerò. Sed in coniunctis uerbis tãtum, si unus cõiunctorum repudiat, uel alias deficit, alter admittitur ad partem deficientis iure accrescendi, & cum onere imposito, socio deficiente, ut l. planè. §. si coniunctim. ff. de leg. i. & l. unica. §. ne autẽ hoc de caduc. toll. præalleg. Itẽ si socius interim non admittitur, scilicet

spes

alter iterum ad hāc partem non admittitur. l. si duobus. in princ. ff. de le. 1. Sunt & aliȩ differētiæ ex complexu uel coniunctione prouenientes, de quibus in tract. de uerb. sig. qui incipit uerbum. Finaliter ergo cōplexus uel cōiunctio significat diuersimode, secundum quod sunt coniungendi modi, vel quoduis aliud significatum significare declarat. Coniūctio autē legalis dicitur quæ lege inducitur, & significat id quod ipsa lex uel alia ex suis uel alterius legis aut uerbis, aut aliter quocunque modo significare debeat.

Complices qui dicantur: uide Bart. in l. 1. C. si rector prouinciæ.

Compromissarius dicitur cui simpliciter uel ad tēpus committitur, ut eligat uice eorum qui compromittunt: ut extra de elect. c. quia pp. Nec est per omnia idem arbiter & cōpromissarius ad eligendum datus: ut ibidē c. sicut. cum per formā. ibidem de re iud. cum ab uno, lib. 6.

Cōpromissum. i. arbitriū.

Cōpromittere est causam executoriam uel executiuam ad dictamē arbitrorum dare, & secundum dictamen rectæ rationis pro utraque parte apposita explicari ab ipsis.

Cōcameratio, structurȩ genus arcuatū. l. si cui ȩdes. de leg. 3.

Conceptio pro formula. l. libellorum. de accus. Vnde conceptis uerbis iurare. i. dictatis à deferēte iuramentum.

Concha apud rubrum mare & crescit & coalescit. l. etsi. de au. & arg. leg.

Conchylia a concha dñr, inde conchylegulus leges conchas uel conchylia. C. de murile. l. qui aut a patre, lib. 11.

Concilium est conuentus aliquorum tractantium arduas causas totam christianitatē concernentes. Et dicitur à uerbo concalare. i. conuocare. Vel à communi intentione dictum est, eo ꝙ existentes in concilio, in unum dirigant omnem mentis obtuitū. Vel dicit̄ quasi

concidium d, in l, literā transeunte xv. dist. c. 1. Vbi etiam synodus cœtus & cōuentus exponit̄.

Concinnare, apte componere hinc concinnatoria uasa in l.pen. de pe. leg. i.ad concinnandū apta. & concinnatores causarum in l.nec quicquam, de offic. proconf. qui simulatis captionibus cauillisque in longum lites ducere moliuntur, cū iure agere non possunt.

Cōcipere est exprimere. l. quicquid.de uerb.obl.& propriè ad certā formulam. Vnde concipere iusiurandum est iuraturo certam iuramenti formulam præscribere.

Conclaue dicitur cella uel thalamus secretus ad quem per multas claues uenitur.uide glo. in uerbo conclaue.l.quod conclaue.ff.de dam. infe. & ideo in elect. Papę Cardinales intrant conclaue.

Conclusio est terminus exclusiuus probationum, & allegationum.Pan.in c.cum dilectus,de fid. instru.in fin.

Concratitius paries in l. si fratres. pro soc. dicit̄ paries ex cratibus insertis factus,seu ex asserib.arrectis trāsuersisque in modum cratis. Alc.in l. quātum,de uerb.sig.

Concubina sumitur duob. modis. Primò dicitur illa, quam quis cognoscit fornicario affectu, & talis non impedit ordinis promotionem.Secundò dicitur illa, quam aliq̄s cognoscit uxorio siue maritali affectu, & talis impedit promouendum ad sacros ordines, 33. distinct.si quis de laicis,de præsum. c. illud. de clande.desp on.per totum.

Daphne, erat suburbanum iuxta Antiochiam ualde amœnum quod 80. stadiorum ambitu continebatur.In eo erant spectatissimæ lauri,à quib. nomen sumpsit. Erant ibidem & cupressi miræ amœnitatis,de quib. nõ excidendis uel uendendis speciali titulo cautũ est.lib.11.

Dapifer dicitur ferens dapes, & est nomen officii magnæ dignitatis in curia Imperatoris, unde inter proceres eligentes Imperatorem computatur.

Dapsilis est ille qui liberaliter secundũ mẽsuram communicat.

Dardanarii dicuntur à Grę cis propolæ, qui omnia præemunt, ut postea carius uendat vulgo re uenditores appellantur.

Dare in arte notariatus du pliciter capitur. s. ꝓpriè & impropriè. Propriè quando res data transit in dominium accipien tis, ut in instrumentis in quibus agitur de rerum alienatione & dominii translatione, in quibus transfertur dominium si tradens erat dominus, aliàs non. Vnde dare ꝓ priè est accipientis face re, aliter enim non dat, nisi sic detur ꝙ in ipsum cui datur, statim domi niū transferatur. Impro priè capitur in instrumē tis emphyteuticis, & feu di, & locationis. ubi ille qui locat uel concedit, h cet dare dicatur, non ta mē dominium trāsfert. Et est differentia inter dare, donare, & tradere. Nam tradere dicitur qui solum possessionē trans fert, & non dominium. De hoc no. 23. q. 6. §. ul.

Dare itelligitur qui remit titur. l. & generaliter. ff. de calum. & l. si mulier. ff de condi. ob. cau. Bar. i l. Modestinus. ff. de sol.

Data vel datum est caracte rizatio in fine constitu tionum vel literarum in scripta, ex qua cognosci potest quo anno, mense, uel die instrumentum, uel quælibet litera ema nauit, & à quo tempore obliget constitutio, uel prosit gratia in scriptis facta. uide de hoc Ioan. Andr. in fi. lib. 6. super uerbo data.

Datio in solutū est datio pro solutione & satisfa ctione. uerbi gratia. Cū Petrus deberet Ioanni centum, agitur inter ip sos vt Petrus det ei in so lutū. i. pro solutione & satisfactione eiusdē vnā domum.

Datius qnq; resoluit in ab latiuū ꝓ præpōne. ut ei, .i. ab eo. l. 2. de cond. trit. ff. usu. quē ad. ca. l. huic. si cer. pet. l. fi. de dona. cau. mor. l. senatus. §. si duob. ubi exponit utri eorum. id est à quo.

Datiuus quid importet, ui de Bar. in l. impuberem. §. fin. ff. de falsis.

D ante E.

DE, ista præpositio quãdoque auget ut in dictione depositũ ut no.t. ff.depo.l.i.in princ. Aliqñ priuat, ut 35.dist.episcopus. Idẽ quandoque exponitur de.i. pp, ut de re familiari.i. pp rẽ familiarem. C. qñ ciui. ac.præiu. cri. l. unica. in prin. Aliqñ.i. pro, ut ff. de aqua plu. arc. l. post uenditionem. Aliquando ponitur pro à. l. si is qui rem.§.fin. ff.de fur. Aliqñ de, mutat ex toto significatum dictionis cui adiungitur, ut destruo, dedecus, degener. Aliqñ nec addit, nec minuit, ut detergere.i. tergere, in auth. de mon.in princ. Et regulariter ponitur declaratiuè. ff. de arb.l.si de meis. cũ aliis concor. Interdum ponitur pro super. C.si a non comp.iud.l.3.interdum ponitur pro ualde, ut de properat, id est ualde properat. C. de uet. iu. enu.l.2.§. sed quia diuine. Aliquando ponitur pro secundum, ut de libellis.i. secundum libellos.20.dist. de libellis. Aliqñ pro turpiter, ut depectus.i. turpiter pactus.ff.de calum. l. & generaliter. Aliqñ subauditur à iure.ff.de adul.l. 2. §. lenocinij. in fi. Aliqñ denotat causam materialem, ut ff. de coniun. cum eman.li.l.1.§. nunc uideamus. Item an ista præpositio de, significet causam proximam uel remotam, uide Bart.in l. si finita.§. deinde. ff. de dam.infe.

Debet, & oportet, aliqñ dñt necessitatem aliqñ honestatem, uide Io. And. in c.fi.de iur. calum. super uerbo per seipsum, & not. in c. intelleximus, in uerbo debet, de iud. Et nota ꝙ uerbum debet, in propria significatione importat necessitatẽ, ut est gl. in cle. attendentes, in uerbo debeãt. de sta.regula. Sed honestatem significat ubi æqtate suadente uerba possunt improperari. C. de pignor. l. 3. Not. tamen ubi materia est in differẽs, uerbum debet,

regulariter importat necessitatem, gl. in cle. attẽdentes. de sta. reb. Item deberi dicĩ quod quacunque actione debetur l. pecuniæ uerbum. §. fi. de uerb. sig.

Debiti diem uenire, est debitum posse petere.

Debitor est qui accipit pecuniam a creditore. Itẽ secundum Marc. dicitur qui nactus est exceptionem iustam nec a naturali æquitate abhorrentem. i. discrepantem, ſm Acc. in l. Marcellus. ff. de re. iur. Sed propriè is est à quo ĩuito exigere possumus. l. debitor. de uerbor. sig.

Debitum est in quod aliquis alteri, & naturali uel ciuili obligatione tenetur. Et debitum intelligitur remitti in redditione chirographi uel instrumenti, non autẽ sic in redditione pignoris. Item debitum est quod exigitur ab inuito, ff. de uer. sign. l. debitor. & est gl. in cle. 1. de deci. Et debitũ ciuile potest capi duobus modis. Vno mõ efficaciter & ꝓpriè, ꝑut est in chirographo post bienniũ, uel in obligõne ciuili resultante ex sñia. l. Iulianus. ff. de cõd. ind. Sec͠dò modo impropriè, & inefficaciter, ꝑut est ĩ omni debito regulariter cui obstat exceptio, uel etiam pone exemplum ſm gl. in l. i. ff. de cond. inde. s. in chirogra. ante biennium.

Debitum grauius quod dicitur, uide Bar. in l. si q̃d ex famosa. ff. de sol.

Decanica dicuntur carceres, in auth. apud quos opor. §. pe.

Decanus nomen dignitatis est ecclesiasticæ, sic dicta ꝙ fortè ab initio decani præerant decem clericis, sicuti & in re militari decani appellantur qui decem prę sunt militibus, ut accipitur in tit. C. de deca. lib. xii. Significantur tamẽ q̃nque hac appellatione etiã archipresbyteri, ut ĩ c. in capite 50. dist. Interdum & clerici ecclesiæ Constantinopolitanæ. l. non plures. C. de sacros. ecc. eo ꝙ in decanis essent diuisi.

Decaprotia. i. decẽ primatus

tus. annumeratur inter munera ciuilia mixta. l. fi.ff.de mun. Erant.n. decaproti seu decem primi ex decurionibus, qui tributa exigebāt fiscalia.

Decedere aliquando significationem habet cōtrariam uerbo accedere, unde & decessio pro diminutione .l. pecuniæ uerbum.§. i.de uerbo.signific. Magistratus autem decedere dicuntur qui ei, qui successor missus est cedunt.

Decemprimi, uide Decaprotia.

Decemuiri quando primū creati, & qua de causa, uide l.2.§.& cum placuisset. de orig. iur.

Decessio, uide Decedere.

Decessor dicitur qui obiit nullo medio, p̄decessor q ante decessorem, antecessor qui ante prædecessorem, 93.dist.c.i. per Arch. Apud Iurisconsultum est cui è prouincia abeunti successor missus est.l 4.de off.proc.

Decidere est transigere.l. cum hæreditas. de admini. tut.

Decima s̄m Host. in sum. de deci.§.i.est omnium bonorum mobilium licitè quæsitorum pars decima Deo data: diuina cōstitutione debita: ut colligitur de decim. c. 1. & c.parochianos, c. nō est, c.tua nobis.§. uerum. c. cum non sit. Et est danda de omnibus bonis iuste acquisitis.eo.tit.c. ex transmissa,& c. commissum.f.de lana, fœno, & piscariis, nullis deductis expensis.c.pastoralis.eo. ti.& c.cum homines. ēt de molēdino ad uentū. c.cum ex transmissa p̄al. Itē de apib. & omni fructu. c.nuntius. eo. tit. & tenentur decimæ in signum uniuersalis domini, nec sunt retinendæ, sed soluere compelli debent per ecclesiam. de app.re.c. tua nobis 2.in fine.De hoc uide glo. in uerbo præmoniti.in cle. 2.de iud.

Decimarum tres sunt species secundum Hostien. in sum.scilicet quædam personales quæ debentur ex opere personali, ut ex artificio, sciētia, militia, negotiatione, &c.

quædam prædiales, quę proueniunt ex prædiis, ut uinum, bladum fructus arborum, &c. Tales enim dandæ sunt illi ecclesiæ, in cuius parrochia sita sunt prædia. de deci. ad apostolicæ, etiam decimas prædiales tenentur soluere iudæi. c. de terris. eo. ti. Itē debent solui de diuersis seminibus unius agri, non tantum de uno si fuerint successiue seminata. c. ex parte canonicorum. eo. tit Etiam Cisterciēses, & alii qui nullo gaudent priuilegio, dare tenentur decimas de terris de nouo acquisitis, licet eas propriis manibus excolant. c. nuper. eo. ti. Quædam sunt decimę mixtę, ſm Host. ibidem, & possunt dici hæ de quibus dubitatur utrum sint prędiales uel personales, ut de agnis, & fœtibus aliorum animalium quæ sunt in pascuis, & gregatim pascuntur.

Decisio est lex Imperatoris, de quo uide C. de cōtrah. & commi. stip l. ueteris. & de emen. iusti. cod. in pri. super uerbo decis. & insti. de nup. §. unde quęsitum. Aliqn̄ ponitur pro transactione. l. si hæres. ad l. fal.

Declinare sn̄iam est paulatim illas infirmare, & iō nisi sn̄ia declinetur, reb. iudicatis stabitur.

Decoquere est cōsumpto patrimonio creditores ære credito fraudare: unde decoctores quos uulgo uocamus fallitos ut opinor ꝙ creditorib. fidem fefellerint.

Decolorari, pro infamia notari. l. eum qui. C. de epis. & cler.

Decretalis bonorum poss. quæ sit, uide supra bonorum possessio extra ordinaria.

Decretalis epistola est in qua Papa ad cōsultationem alicuius respōdet. de rescrip. c. i. siue solus, siue de consilio fratrū; ut de elect. bonæ memoriæ. I. Vnde decretum statuit, decretalisque iñdet. Et de differentia horum nominum, decretalis epistola, decretum, canon, dogma, mandatū, inter

interdictum,& sanctio, est gl.sum.dist.3.

Decretum ſm Spec. dicit multis modis, ut in tit. de primo,& secundo decreto.§.dicit ergo. Qñq; dr snia diffinitiua, ut ff. de re iud.l.decreta. uel interlocutoria, ut ff. de accesso.l.i.in fi.Qñq; dicit id quod Papa constituit seu statuit, de concilio cardinalium nulla facta consultatione, & tunc in scriptis redigitur, ut de resc.presenti.20.dist. si decreta & c.seq. Qñq; est consequens consensus eligentiũ in scriptis redactus,ut 2.q.1.legũ, & de elect. c. innotuit. Qñque est illud quod capitulum uel ordo uel uniuersitas, uel maior pars ordinauit,ut ff.qđ cuius.uni.no.l.planè, & quasi per totum.Qñque est iudicis autoritas in alienationib. rerum pci puè minorum interposita,ut C. de præd. min. l.inter & per totũ.Qñq; decretum dicitur autoritas principis ĩ rescriptis beneficialibus interposita,ut de rescr.c.gratia. lib.6.&ſm Azo.illud decretum est confirmatorium gratiæ, qa ex hoc princeps insinuat suum uoluntatem, quę seruanda est, ēt ſm eum ligat ignorantes. Est ēt quoddam decretum decurionum quod in inuitos super muneribus rerũ tribui pōr,exceptis qui in liberaliũ studiorum laboribus sunt, & qui medendi cura funguntur. C.de decr.de.l.exceptis. lib.10. Quandoq; decretum est iussus iudicis, quo mandat bona alicuius pp eius contumaciã possideri,& illud diuiditur in primum & ſm decretum. Decretum primum est primus iussus iudicis quo mandat bona pp contumaciam in pœnam contumacis detineri. Vel sic describit. Primum decretum est alicuius rei prohibitæ uel pmissæ regr, in certo casu facta prima phibitio uel pmisso, referẽdo singula singulis.Secũdum decretum eodem modo describitur, nisi q ibi ponit secũda pro

hibitio uel permissi, & taliter dicitur primum rescriptum secundi. Qñ que interponitur primum decretum, & non secundum, quia in aliquibus non est opus secundo, ut not. in capit. quoniam frequenter. §. in aliis. ut li. non contesta. super uerbo cõstituitur. Et illud decretum habet locum in actione reali uel personali, licet diuersimodè, ut d. §. & §. sequent. & interponitur ante litẽ, & post, quoties cunque aliquo cõtumace existente adhuc non ita liquet de causa, ꝙ diffinitiua sententia ualeat terminari, ut in d.c. quoniam. præall. Decretum ẜm est secundus iussus iudicis, quo licet bona alicuius propter contumaciam possideri, quę prius ex primo decreto detinebantur, ut de eo qui mit. in pos. c.i. in gl. ult. Et habet locum ẜm quosdam in actionib. ꝑsonalibus tm̃, quia ẜm Ber. in glo. ubi suprà in realib. solum lapsus anni constituit missum ex primo decreto uerũ possessorẽ, nec est opus secũdo, ẜm alios tñ habet locum tam in realib. q̃ in personalibus, de hoc plenè Bart. in c. cõtingit de dol. & cont. in gl. ult. Vel sic ẜm Lu. de Ro. Est prima iudicis aggrauatio punitiua contumaciæ, & sic suo modo diffinitur secundum decretum. Et secundum non potest interponi nisi contra latitantem. Et latitatio est debitoris absconsio fraudulenta, in damnum creditoris. l. fulcinus. §. si quis possidet. ff. ex qui. cau. in pos. eatur, quod est uerũ nisi periculum sit in mora, tunc. n. interponitur ẜm decretum contra non latitantem debitorem, ut not. Io. And. in c. consultationibus. de off. deleg. in nouella. & Bal. dicit ĩ in c.i. de mi. ya. q cont. in usi. feu. Sed utrũ ẜm decretũ sit sñia interlocutoria, uel diffinitiua, effectus est magnus, ut ĩ c. cum cessante. de app. & l. quod iussit. ff. de appel. ubi per Bar. & C. de

epis.

epiſ.aud.l.2.per Bal.& l. ſi finita.§.ſi forte. ff. de dam.inf.ubi per Dy.Sed Lud.de Ro. dicit ꝙ ſm decretum eſt ſententia interlocutoria. allegat gl.ſingularē in pſenti.§. cum aūt.in uerbo admodum. C.de his qui ad ecclesiā cōfu.no. Io.An.in gl.magna,in fine,c.1.de rebus eccle.non alie.lib. 6.& ibi uide iura ꝺ hoc.

Decubuerit.i. ī lecto iacuerit.ff.ſi qs cau.l.2.§.ſi nō propter ualetudinem.

Decurio dicitur qui decimam partem de bonis ducit, uel qui eſt ſuper decem milites conſtitutus in curia dominorū uel principum,ſicut centurio ſuper centum,qui alias ēt uocatus eſt centenarius.Et utuntur illo uocabulo theologi, qa dicit̄ 1. Machab. 3. ꝙ Iudas conſtituit duces populi tribunos & cēturiones. Beda tñ dicit̄ ſuper illud Luc.23.& Matt.15. Ioſeph nobilis decurio, quod decurio uocatur ideo quia eſt de ordine curiæ, & officium curiæ adminiſtrat. Qui ēt ſm eum dicitur curialis, à procurando,quia procurat munera ciuilia & curialia.Vide de hoc. ff.de decurio.& fili.eor. Quidam aūt dūr decuriones appellari ex eo ꝙ cum ciuitates, & municipia conſtruebantur, cuiuſq; loci gratia conſilii,decima pars hominum colligebatur,ut ff.de uerb.ſignif.l.pupillus. §. decuriones. Etiam quidam dicunt decuriones eſſe ex eo dictos, ꝙ cum Coloniæ ducerent, decima pars eorum qui ducebātur in conſilium publi cum conſtituebantur,& decuriones vrbis Romanæ a muneribus excuſabantur,ut C.eo.ti.li.11.

Decuſſatè.i.ornatè.

Dedecus quando aliquid dicitur fieri cum dedecore,uide Bar.in l.2.§.ſi mancipatus.ff.de bono. poſſ.contra tab.

Dederit.i.dare uoluerit.ff. de uer.obl.l.ſi ſtipulatus ſum dammam.Aliqñ dederit exponitur.i. reddiderit. ff. loca. l. in naue Saupheli.

Dedititia libertas,ſm Azo.

in sum.eo. ti. hodie sub lata est, sed olim eorum dicebatur dedititia libertas, qui sic seruiebāt, ut toto tempore uitæ suæ seruili iugo detinerentur, post mortem uerò eriperent in libertatē colligitur in l.unica. C. de la.li.tol.& inst.de succeß.li.§.ult.& l.unica.C. de dedi.lib.toll.

Dedititii liberti olim erāt, & dicebantur, quia hi q se debebant timore destructionis suæ, hanc talē libertatem consequebantur, & dicebantur liberti, fortè propter spē libertatis, uel uerius liberti uocabantur, quia uerè liberti erant, licet seruire cogerentur. Hodie uerò non sunt. Azo in sum.C.de dedi. liber. tol.erant aūt hi peßimæ conditionis, quia toto tpe uitæ suæ erant serui & in morte liberti, ut dictum est, ut inst. de lib. §.libertinorum autem. Et dicunt doct. q tales non erant serui, sed coacti erant ad seruiendum & erāt inducti ex l. alia scientia, quæ etiā multa alia, (.s. mala,) induxit, ut in gl.insti.ti.palle. Sed de dedititiis aliter, & uerius Theophilus & Caius in instit.

Deductio est defalcatio.

Defalcare, idem est quod deducere, & detrahere.

Defendere est vicem domini subire, uel illud facere, quod faceret dn̄s in lite, & p eo respondere.

Defensio quotuplex est, vide Bar. in l. de pupillo. §.i.ff.de noui oper.nun. & quo iure est introducta, idem Bar.ī l. ut uim ff.de iuſ.& iure. & quot modis sumat defensio. Bar.in liberto.in fine.ff. de neg. gest. Quando aliquid dicitur fieri ad defensionem, uide Bar. in l.1.C.unde vi. Interdum sumitur defensio pro excusatione, ut l. Sed etsi. de usur. Aliquando pro exceptione, ut l. si quidem, C.de exce.

Defensor est ille, qui sine mandato cautione præstita de iudicato solui, alium defendit, uel eius defensioni se offert, ut ff.de procur.l.si procurator.§.fi.

Defensores ciuitatum ẜm Azo.in sum.eo.tit.sunt hi qui in omnibus tanq̃ patres, potius quàm ut iudices se habere debēt, ut ita nominis sui utantur officio.C.eod.ti.l.3. & authent. ut iudices sine quoquo suffrag. §. eos.Inest autem officio defensoris huius præbere autoritatem his,quæ aguntur apud eum ex uoluntate partium, ut adoptionis, emancipationis, manumissionis, testamentorum insinuationis,ut in authent.eo. ti.§.sed neque proprias. Itē donationis insinuatio. In contentiosa aūt iurisdictione habet cognitionem usq; ad ccc. aureos,ut in auth.præal leg.§.& iudicare.

Deferre aliquem est eum accusare,sed deferre alicui,est grates & reuerentias sibi facere. ff. de accus.l.libellis. Et sic dicimus plus deo deferendum est, quàm homini. Deferre autem appellationi, est illam admittere.Differunt tamē deferre & accusare in hoc,quia deferre fit reo absente, sed accusare fit reo præsente.

Deferre iuramentum est aliquē arctare uel astringere ad iurandum,& qñque defertur à iure, qñque à iudice, quandoq; à parte,qñq; etiam delatio à parte parti defert, de omnibus his nota.C. de iureiuran.l.i.

Deferuescere irā alicuius dicimus, cum ex irato mitis redditur.l.quis sit. §.idem ait.de ædil.edi.

Deficere dicuntur qui ab iis,quorum sub imperio sunt,desistunt, & in hostiū numerū se cōferūt. l.a missione.de cap.dim.

Definitio est plurium rerū summatī facta traditio: qđ idem est cū regula. l. omnis definitio. iūcta l.i.de reg. iur. Diffinitio aūt est propria & bṙ cōprehensa rei substantiæ enunciatio:quę constat ex genere & differētiis, Bartol. in l. 1. de testamentis.

Deflorare uirginem quid sit not. per Arch. extra de despon impube.cap. unico. libro 6.

De

Defrutum, mustum est, quod decoquitur quousq; tertia pars relinquatur.

Defuncto est à debito liberatio, inde defunctus, id est, liberatus. Secundo idem est quod mortuus. Et fortè dicitur ideo mortuus defunctus quia liberatus à miseria conditionis humanæ.

Defunctoriè & perfunctoriè idem sonant quod transitoriè, uel cursoriè, & negligenter.

Deglabrare seu deglubere est corticem eximere. l. cædere. ff. arbo. fur. cæs.

Degradare est deponere de ordine, ut lxxxj. dist. dictum. Qualiter autem habeat fieri degradatio, no. de pœ. cap. degradatio. lib. 6. nam deponere fit simplici uerbo, sicut suspendere, degradare autem cum solennitate.

Deierare est false iurare. cap. in literis de testi. & cap. literas. de præsump.

Deinceps. i. decętero. C. de ep. aud. l. nemo deinceps.

Deinde, uide instit. de re. diui. §. insula.

Delata hæreditas intelligitur quam quis adeundo cōsequi potest. l. delata ff. de uerbor. signific.

Delator est idem quod accusator, vel qui bona aliqua tanquam uacantia fisco denuntiat. i. manifestat: Et nota quod deferre dicitur multis modis. primo. i. afferre seu offerre, unde dicitur hæreditas deferri: ut l. 2. C. de carbo. edic. Item accusare de quolibet crimine: ut l. iubemus. C. ad l. Iul. repet. Item delator, id est, bonorum nuntiator. l. ītra. ff. de di. & tēp. præscrip. & Bar. in rub. de dela. & de hac materia uide plene per Bart. in dicta rub. de delato. lib. 10. C.

Delegare plura significat. primo est aliquem iudicem loco sui & authoritate sui iudicaturum cōstituere uel substituere: ut l. præcipimus. C. de appellation. circa medium. & l. seq. in fi. Quādoq; est in locum suum vel vice sui alium rerum credirorem dare uel cui iusserit creditor. Et hoc modo inter delegatum & cum cui fit delegato, opor

oportet interuenire stipulationem, uel litis cōtestatio. His.n.modis fit hæc delegatio: ut l.delegare. ff.de no. Et Az. in sum.co.tit.de no.n. possum.i.uice mea debitorem meum darē creditori, & ex delegatione liberor ego à creditore meo, & extinguitur ipsa delegatio qua tenebat,ut quando tibi sum obligatus, & alium habeo debitorem mihi obligatum,& istum tibi assigno ut debitum ab eo recipias, te & ipso uolētibus, hæc est delegatio quædam. Interdum delegare est destinare seu assignare,vñ in l.2. ad l. Iul. pec. pecunia delegata .i.destinata.

Delegatus est cui causa cōmittitur terminãda uel exequenda, uices delegantis repræsentans, & in iurisdictione nihil ꝓprium habens: ut ff. de offi. eius cui man. est iurisd.l. i. in fi. & extra de offic.deleg.sane quia.& c.cùm olim.& Hostien. in sum. eo.ti.uel sic. Delegatus est is cui à summo pōtifice, uel ordinato,uel delegato prīcipis causa committitur. Itē inde uenit sub delegatus,qui dicitur,respectu delegati. Itē is cui principium causę uel mediū cōmittitur, & sic iudex propriè dici nō potest: ut cap.super quęstionū. §.porrò.eod.tit.Delegatus tamen propriè delegare potest principium medium, & finem,in §. intentionis.c.super quęstionum. præalleg. Vel ſm Spec.eo.tit.in princ. est is qui ex alterius cōmissione recipit alicuius causę iudicialem cognitionem. nam & subdelegatus est cui per aliquē habētem iurisditionem demandatur in iudicio aliquid uel extra iudicium faciendã,non iure proprio, sed de iure mãdantis. Et differt à surrogato & conseruatore. Nam surrogatus habet iurisditionem iure proprio, & merū imperiū, sicut iudex principalis cui surrogatur, sed conseruator nullã habet iudicialem cognitionem, sed

ſed tantum poteſtatem ſuper notoriis & manifeſtis. c. ſtatuimus. de offic. deleg. li. 6. Iudex aũt delegatus habet iuriſdictionẽ in eccleſiaſticis ꝑſonis, non propriã, ſed à ſuperiore commiſſam. uide Gof. in ſum. eo. tit. Et delegatus ĩ cauſa ſibi delegata maior eſt ordinario. de of. dele. ſane 2. & de offi. ord. paſtoralis. quia talis uices gerit delegantis.

Deliberare eſt factum diligenter tractare, uel in mente reuoluere, uel cũ amicis ſuis explorare an expediat ſibi illud admittere de quo quærit, puta hęreditatẽ agnoſcere uel adire. ut l. ariſto. in prĩcip. ff. de iure deli.

Deliberatio eſt ꝓuida cauſæ circũſpectio cũ qua rõ totũ agit. & furor ſibi nihil uendicat. 11. q. 3. illa præpoſitorũ. & c. ſeq.

Delictum dicit quaſi derelictum. & nota prout ſuprà tetigi in uerbo cõtractus; ꝙ ſicut actionum quædam proueniunt ex contractu uel quaſi contractu, ita actionũ q̃dam proueniunt ex delicto, aliæ ueto ex quaſi delicto. Ex delicto ꝓueniũt actiones ubi delictũ perſonæ uere & directe cõprehenditur, ut eſt uidere in furto, rapina, homicidio. Ex quaſi delicto ubi ꝑſonæ delictũ uerè & directè nõ cõprehẽdit, ſed ĩterptatiuè uel iuris fictione: ut ſi iudex per imperitiam ſuam malè iudicauit, tenetur parti quam læſit ex quaſi delicto. Itẽ ſi tenes in domo uel officina aliquẽ prauum hominẽ qui dãnũ dedit mihi, teneris ex quaſi delicto, eo ꝙ ĩ culpa ſis utendo malorum hominum ope. Et eſt delictum deſertio boni. Peccatum vero prauus actus. Sed crimen eſt peccatũ graue accuſatione & damnatione digniſſimum. Hæc eſt differẽtia ſm Aug. 81. diſt. c. i. & no. de pœniten. diſt. i. ſi peccatũ. & per Io. And. in regula peccatum. Et pro differentia inter delictũ & peccatum eſt bona gl. in l. i. C. ſi ad deli. ubi dicit Accur. Delictũ

eſt

est genus generalissimũ, siue ueniat ex animo, siue non. Crimen uero genus subalternum. Continet enim sub se furtum, adulterium, & alia quæ ex animo proueniunt.i. ex conscientia. Adde ꝙ delictorum quædã sunt publica, quædam priuata, de quibus infrà in versic.priuata. Itẽ aliud est delictũ generale aliud speciale: Generale est, quod certa appellatione plurima eiusdem naturæ crimina complecti potest, ut furtum, homicidium, falsum: quod Doct. nostri nominatũ delictum appellant. Spetiale uerò delictũ Iurisconsf. intelligunt, quod Doct. innominatum dicunt, ut cùm quis in ius uocatus non paret, cùm temere appellat: hæc.n. facta pluribus specialib. uerbis designantur, non uno generali, ut copiosius declarat Alcia. in l. aliud est fraus. de uerb. signifi.

Delinimenta pro blanditiis.l.4. de inoffic.test.

Deludit.i. decipit, & sic delusio non approbatur à iure, extra de alie. iudi. mu.causa fac.c.i.& ff de iud.si p̃tor.ibi, delusoria essent prætorũ decreta.

Demens est qui nescit uel nõ potest exprimere q̃d uelit aut nolit. c. pastoralis. de cle. ęgro. lib. 6. ubi bonus tex.& glo. ibi super uer.remittit.

Demoliri est dissipare uel destruere. Matth.6. Thesaurizate uobis thesauros in cęlo, ubi tinea nõ demolit̃. Vnde demolitio.i.destructio.l.stipulatio.de ope.no.nunt.

Demõstratio idẽ sign̄at q̃d ostensio. Nam omne verbum uel factũ per quod aliquid ostẽditur, demõstratio dicit̃. Ideo dicit tex. in l.certum.ff.si cer. pet. Certũ est quod nomine ꝓprio uel alia demonstratione quæ uice nominis proprii fungit̃, ostenditur, & sequit̃. Nõ refert proprio nomine res appellentur, an digito ostendantur. Et licet falsa demonstratio non sit demonstratio, tamen ex ea quãdoq; sumitur significatũ ad inualidandum

dum actum, qui aliàs ea non expressa esset uali dus. uerbi gratia. Testa tor dicit, lego vxori meę uestem quæ causa eius parata est. Hęc uerba, quæ causa eius, &c. sunt demonstratiua. Sed po ne quod nihil est para tum causa eius, tunc de monstratio est falsa, & dicit tex. in l. Quintus Mutius. ff. de au. & ar. le. ꝙ nullum est legatũ. Se cus si diceretur, Vestem meã purpureã quæ cau sa eius facta est, q̃a licet demõstratio sit falsa, ta mẽ apparet de re legata per uerba præcedentia, ut in l. Quintus Mutius. præal. Et si uis scire ple nissime, an & qñ falsa de monstratio uitiet dispõ ne, tradit Bar. in l. demõ stratio. ff. de cond. & de mõ. Porro demõstratio sic differt à condõne, ꝙ demõstratio plerunq; fa ctam rem ostendit, con ditio uerò futuram. l. si nominatim. eod. tit.

Dena. i. decẽ, sed distributi uè, ut si legẽ Titio & Se io dena, intelligor singu lis decem legasse ff. de uerb. obl. l. si ita stipula tus. & ff. de lega. i. l. si q̃s testamento.

Denarius dicitur à numero decẽ. de conse. dist. 5. ieiu nium.

Denique. no. Arch. 3. dist. denique.

Denuntiare est crimen ali cuius superiori nũtiare, ut prępositio de, augeat nũtiationẽ, ut in simile ff. depo si. l. i. in prin. Ho stiẽ. aũt in summa, tit. de accu. & rub. de denũt. §. 1. dicit ꝙ denũtiatio est criminis alicuius apud iudicẽ sine inscriptione facta delatio, ad pœnitẽ tiã agendã, uel aliã legi timam p ęnã imponẽdã uel ẽt ad utrũq;. & in §. seq. ipse distinguit denũ tiationẽ, dicẽs ꝙ quædã est denuntiatio pęniten tialis & Euãgelica, & ad illã quilibet admittitur. Quędam uerò iudicialis & canonica, & ad illam nõ quilibet admittiť. Vi de ibi de illa, & in repor tationib. Ioã. And. c. no uit. de iudi. Est & denun tiatio species ꝓtestõnis, quæ ad aliũ mittitur, ut cùm aliquẽ admoneo,

ut

ut ab emptione desistat, ut defendendæ causæ adsit, ut à matrimonio causa legis Iuliæ exercēdæ abstineat. Alc. in l. de testatio. de uer. sig.

Denuo, id est de nouo, uel iterum.

Depecisci est turpiter pacisci. Inde depectus .i. turpiter pactus. l. 3. de calu.

Dependere, soluere & præstare. l. 3. §. in iis. de usu.

Deperditum dicitur quod desiit esse in rerum natura. l. deperditum, de pet. hær.

De plano aliquid dicitur fieri quod iudex sine figura & strepitu iudiciario facit, de cuius uerb. significato habes hodie plene, de uerb. sig. in cle. sæpe. Arc. de ele. c. indēnitatib. li. 6. super uerbo strepitu & figura. Dicitᵉ ergo iudex aliquid facere de plano, qñ. s. non est in consistorio, ut .s. residens in loco in quo iudicare consueuit, & aliqualiter instructus, sine iuris solennitate aliquid facit, statuit aut determinat.

Deportare est aliquē perpetuo exilio damnare: sed relegare etiā ad tempus, ut ff. de interd. l. relegatorum §. hæc est differentia. Et in glo. insti. quibus mod. ius. pa. po. sol. §. relegati.

Depositum est quod custodiendum alicui datum est l. i. ff. eo. Et dicitur à de, & positum, sic quod præpositio de, augeat, ut ostendatur totum fidei eius cōmissum apud quem ponitur quo ad custodiam, & uidetur separata custodia a deponente. Est ergo aliud pono aliud depono, ut ff. eo. l. 1. Quid sit actio depositi directa & contraria, require supra actio depositi.

Depositarius est apud quē res aliqua deponitur custodienda. Et differt à sequestro, quia depositarius ad hoc præcise tenetur ut depositori rem restituat, tenetur etiā maximam diligentiam adhibere. Sed sequester neutri litigantium tenetur præcise rem restituere, sed indeterminatè illi qui uicerit. Alia diffe

rentia

rentia habetur in l.licet. ff.deposi.

Deprecatio à deprecari, quod est precib. rogare. l.depcatio.ff.ad l. Rhod.

Deprehēdere aliquem, est quod Barbarè dicunt, in ipso facto capere. l. qd' ait.ff. ad l. Iul. de adul.

Deprimere nauim est de mergere. l. cū depressa. ad l.Rhod.

Derelictum dicitur illud quod caret possessore, uel quod in nullius est possessione, ut inst. de re.diui. §. hoc amplius. circa finem.

Derogare est diminuere, uel in parte tollere, uel detrahere, ut ff.de uerb. signi. l. derogare. & differt ab arogare.ibidē, re quire supra abrogare.

Describere est exemplum sumere, quod Barbari dicunt copiare.

Desertores dicuntur clerici qui propriæ ecclesiæ ministeriis destitutis, ad aliam uitio fugę se trās ferunt uel confugiunt, ut 21.q.2.placuit, & hoc ſm canones. Sed ſm leges desertores dicuntur milites uitio fugæ suam militiam deserentes, ut l.3.de re mili.

Desertū ē locus nō habitatus penitus neq; cultus ultra memoriam hominū, ut c.i.de uerbo. sign.lib. 6. unde & desertus pro neglectus.l.3.C.de agri. & censi.lib. 11.

Deserta causa dicitur, cum altera parte absente ferē sententia.

Desidia similis est imperitię.C de testa.l.ambigui tates. & quid est desidia not.per Arch. 30.quæst. i.deinde desides.i. negligētes.C.de anno.& trib. l.iudices. lib. 10.

Designatus.i.electus.l. Barbarius. de offi. præt.

Designatores qui, uide supra in uer. brabeutæ.

Desinere propriè est in ꝑpetuum, ut rursus nō redeat.l.fi.de assig. lib. Desinere autem res abesse quando dicatur, explicat Iurisconsſ.in l. mulieris.de uerb.sign.

Desistere est à negotio iā suscepto abstinere. l. de stitisse.de iud.& ad Tur.

Destitutum testm̄.i. desertum, ex quo nullus est hæres.inst. de hær. quæ

ab inteſt.§ cum autem.
Deſuetudo & conſuetudo differunt ſm Bar. in l. de quibus. ff. de legi. Nam conſuetudo eſt quando fit contra legem per ipſam cōſuetudinem, ſed deſuetudo eſt quando non utimur aliqua lege in iure poſita.
Deſultores erant qui in ludis duos æquos abſque ephippijs agitantes ex altero in alterum mira pernicitate deſiliebant. l. apud. de præfer. uer.
Detergere. i. publicare, uel teſtibus probare. C. de malefi. l. & ſi excepta.
Deterrere præter vulgatū ſignatum eſt & à ꝓpoſito auertor. l. qđ ſi. §. qui mancipia. de ædil. edict.
Deteſtari eſt abſenti denūtiare teſtib. adhibitis, ut l. ſubſignatum. §. 2. ff. de uerb. ſign. & l. ſeq. Aliter aūt deteſtari eſt facta alicuius abrenuntiare, ſpernere, uel abominari.
Deteſtatio eſt cum teſtib. facta denuntiatio.
Detexta lana diciť cū ꝑfecta eſt, & à textrinis inſtrumentis detrahi pōt.
Detrectare, pro uitare, fugere, auerſari, unde detrectatio. l. qui cum. §. q poſt. de re mil. & l. ſi maritus ad legem Iul. de adul.
Detruſus in l. quicunq;. C. de epi. & cler. eſt quē canoniſtę uocāt depoſitū, latini uerò exauctoratū.
Deunx eſt una pars aſſis q̄ ex 11. unciis ꝑficiť. inſti. de hær. inſt. §. hæreditas.
Dextans eſt pars aſſis quę ex x. unciis perficitur.
Deuſdedit eſt ꝓprium nomē, c. tātā. de ſim. Similiter Deodatus. eo. ti. c. 3.

D ante I.

Diabathrarii in l. i. C. de excuſ. artif. ſunt coriarii. Aliis tamen ibi aliter legendū placet: de quo uide Alc. ibidem.
Diacatharotia, in l. quicunque. C. de omni agro deſer. eſt id mnnus. cū Imper. priuatis fundos cōcedit, ut purgenť: quod latius explicat ibi Alc.
Diacatoche (ut q̄dā legunt in præall. l. quicunque) ſignificat titulum poſſeſſorium prędii.
Diaconus Gręcè, dicitur miniſter latinè, q̄a ſicut

in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerij dispensatio habetur. Et hypodiacones Græcè dñr subdiaconi Latinè, quia subiacent præceptis Leuitarum. Et apud Hebræos Nathanei uocantur: ut habetur 21. distin. cleros.

Diadema propriè est corona imperialis.

Diarium præter ephemeridis signationẽ refertur etiã ad unius diei cibũ, uel ad id quod alicui datur, ut singulis diebus se alat, quo sensu plerunq; in iure accipitur. l. diariis. de adim. leg.

Diastoli uel diastoleæ dñr cum astu dictatores uel distinctores logon, hoc est publicæ rationis. Et secũdum hoc accipitur in gl. de tab. scri. logo. C. lib. 11. l. 4.

Diatretum Græce, tornatile aut factum torno significat. Vnde apud Vlpia. ĩ l. si seruus. ad l. Aq. calix diatretus, & diatretarii notornatorib. in l. 2. C. de excus. artĩ.

Dictare actionem uel iudicium est intẽdere actionem uel agere.

Dictatores olim dicti fuerunt qui summum magistratum gerebant, & quorum erat in maioribus causis sententia ferre, uel dictare, ut ff. de orig. iu. l. 2.

Dicticę sunt columnę ecclesiæ in quib. imagines patrum in suo catalogo ponuntur. Vel sunt tabulę scribendi uel pingendi, à dicto dictæ.

Dictum à promissio elegãter distinguit Vlp. in l. sciendum. de ædil. edi.

Didragma est denarius ualens duos denarios, stater ualet duo didragmata: unde, Valet nummos didragma duos, stater duplicat, idem notatur per Arc. 1 ;. q. 1. magnũ.

Diducere, est diuidere & distinguere. inst. de obl.

Dienses, populi Macedoniæ. quorum mentio in l. vlt. de censib.

Dies est duplex, naturalis & artificialis. Naturalis est ab ortu solis usq; ad occasũ. Ciuilis est à media nocte, in sequentem mediã noctem. l. more. de feriis. Ecclesia uerò

Roma.

Roma. exorditur diem ab occasu solis, & finit in seq. occasum. Hæc Al cia. in l. 2. de uer. sig. licet Accur. aliter diffinire ui deatur in d l. more.

Diē cedere uel uenire obli gationis qñ dicatur, de clarat apertè Iurisc. in l. cedere. de uerb. sig.

Diem diffundi uel (ut qui busdam placet) diffindi, olim dicebatur, cū res, de qua erat cōtrouersia, in sequentem diem co gnoscenda reiiciebatur.

Diæta ī vna sigñatione est cenaculū, in quo die ma gis q̄ nocte solent hoīes reside et, ut ff. de don. l. Lucius, uel domuncula constructa in hortis ꝑ colligēdis fructibus, seu oblectationis gratia, ita capit in l. senatus. §. Mar cellus. ff. de leg. 1. In alia uerò significatione dici tur spatium unius diei uel lapsus. Quartò est unius diei certa & deter minata comestio. Conti net autem diæta legalis 20. milliaria Italica. Dię ta vulgaris dicit̄ illa quę hr̄ ſm cōdōnē regionis.

Diætarii dñr qui in cœna cula aliena se dirigunt animo furandi à diæta ſm primā sigñationem sic dicti, & sic exponit̄ in l. saccularii, in prin. ff. de extraord. cri. licet ibi le gat̄ in tex. directarii. Sūt & diætarii serui deser uientes in diæta. l. quæsi tum. §. ostiarii. de fun. in stru. Itē custodes nauis, non pretio aliquo con ducti, sed ob solum ui ctum. l. i. nau. caup. stab.

Diffamator quis sit, & quis dicatur diffamare, uide Bar. in l. turpia. ff. de leg. 1. & qñ quis diffamari dicatur de maleficio, an sufficit in genere, uel in specie mali fieri requira tur: uide ibidem Bar.

Difficile dicit̄ qñq; qđ nul lo mō fit. 2. q. 6. biduū. uer. si aduersus, & gl. fi. de testi. c. præsentiū. ex ponit nō de facili. i. nul lo modo. Adde ꝙ diffici le ipterdū exponit̄. i. ra ro, ut ff. de leg. 3. Seio. & l. hæres meus. §. uxori. Aliqñ difficile. i. nunq̄. j. q. j. si qs neque, & c. prin cipatus, & ibi not. Aliqñ difficile exponit̄. i. labo riosum, in auth. ut hi

qui ob.se ha. per res mi. §.qm̄ aūt. Aliqñ .i. vix. 47. dist. quantūlibet. & & ibi no. Item qualiter difficilè & facilè intelligitur: uide de hęre. insti. l. seruus.

Difficultas, & impossibilitas sępe parificantur, ut pulchrè ponit Fely. in c. ecclesię S. Marię. in 39. col. uer. fm notabile est q ecclesia, de consti.

Diffinitio, uide Definitio.

Diffinitiua sententia. Require infrà, sententia.

Diffundere uel diffindere diem quid sit. uide supra in uer. diem.

Diffundi vina propriè dñr, quæ ex uasis in quib. deferbuerunt, postea q̄ defecata sunt, in alia uasa transferunt, l. cum uinū. de trit. uino, & oleo leg.

Digestum fm Az. in sum. de uet. iur. enuc. dicitur legalis liber, qui alio nomine uocatur pādecta, seu liber pandectarum ex quo omnes disputationes, & decisiones legitimas in se habet, quem in 50. libros partiales digessit Imp. Collectus autem fuit iste liber ex ueteri iure quod ab urbe Roma condita & à Romuli tpib. usque ad tpa Iustiniani ferè per 1400. annos confusè statutū obtinuit. Et extendebāt in duo millia pene librorum, & tricies centena millia uersuum uel rīsorum, ut patet C. de uet. iure enucl. l. 2. §. sed cum omnia. Et dictum fuit digestū eo, quia omnia ibidem decidentia digeruntur & soluuntur, fm Acc. in proœ. insti. Dicitur autem Pandecta à pan, quod est totum, & decta, doctrina, quia ibi est tota doctrina omniū Iuris. ut in §. prælle. cū omnia decidentia ibi digerantur, & soluantur, fm Azo. ac Dyn. in prin. insti. Et no. Io. And. in proę. cle. q digestum capitur alibi pro decoctū. de consec. dist. 5. ne tales, & c. pręced. Quidam dicunt q iste liber olim per duplex dd, scribebatur, uel per d, & g, & q postea per uitium scriptorum corruptum sit, Sed ratio uidetur melior, scilicet q digestum

scribatur contra morem omnium legaliū librorum per duplex ff, (quã uis illæ duę literæ, nec in principio, nec in fine huius nominis digestū ponantur:) ideo quia ille liber fuit digestus secundario per duos Federicos Imperatores, à quorū cuiuslibet noīe sumpta est prima litera f, sic erunt duo ff, licet ista ratio aliis non placeat, quia neuter illorū Imperatorū aliquid fecit, exceptis paucis constitutionibus positis in usib. feudorum. Dñt ergo esse uitium scriptorum. Et unus illorum librorum nominatus est Infortiatum, quia cum Romæ esset studiū amissum, & Bononiæ inoleret, eius recuperatione facta Rauennę cum esset amissum ius est redditum, fortè cùm multa adsint quę deerãt, & sic sumitur in, pro ualde. Alii dicunt ꝙ fortes leges in eo sunt, sed certe & in ueteri, Alii ab inuẽtore seu autore sic nominatum dicunt. Vel dicitur ꝙ nomina magistralia sunt, quare non est de eis disputandum sed relinquitur pertinacibus ẜm Tullium, & q̃a plura sunt negotia q̃ uocabula. ff. de presc. uer. l. natura enim. Alii ab inforcisim chaldeo uocabulo, quod est dispositio, dictum uolunt, quia ultimę dispositiones in eo sunt. Vnde. Sum liber fortis disponens spolia mortis. Et clausis portis, me discat lector in hortis. Hec ĩ gl. huius libri. Adde aliã rõnem meliorem, quare libri Digestorum scribantur per duo ff, quam ponit Alcia. in lib. Dispũc. Nã Gręci Pãdectas per π̃, cum accẽtu circũflexo notabant qđ posteriores ꝑ ignorantiam Grecarum literarũ putãtes esse duplex ff. hoc signo abusi sunt.

Digitus nõ est mẽbrũ, sed mẽbri offm̃. ff. de sta. ho. l. non sint liberi. Adde Bar. in l. 2. ff. de pub. iud. ĩ uersi. sed q̃ro qđ appellat. Adde Fel. in c. ego. n. in 3. col. uer. digitus, de iureiu. ubi limitat in sex casi

casib.& fallit ẽm Bar.ad hoc, qñ quis esset notabilis artifex, quia si amittit digitum, dicit̃ amittere mẽbrũ, & ista confirmat Bar. uide Io.đ Ana. in c.iniuncto, de hære. in 6.Fel.in c.cum illorũ. de sen.exco.in 3.col.uersic.& no.limita.uide ibidem latè per eum. Adde ꝙ digitus est etiam genus mensuræ l. Lucius. de ser.rust.præd. est aũt 16.pars pedis, ẽm Alc.in l.mille.de uer.sig.

Dignitas quid sit, ẽm Arc. patet de conf.c.1. lib. 6. in gl. Dignitas qñq; idẽ est ꝙ potestas uel conditio, uel prærogatiua secularis, ut 23.q.5. administratores, & C. de dig. lib.11. Et sic iudex dicit̃ habere dignitatem, ut ff. de albo scrib.l.ult. De hac etiã no.3.q.si testes. in prin. Itẽ dignitas est quædam præeminentia ecclesiæ uel in ecclesia. c.quamuis de uer.sig. Et quot modis sumatur dignitas, no. de resc. sedes apostolica. in gl. sũp uerbo maiores, quę incipit, sed quas ꝑsonas, & Bar. in l.1.C.de dign.lib.12. Qñq; aũt sumit̃ strictius pro eminentia prærogatiuæ personæ ecclesiasticæ, quæ prærogatiua ẽt dicit̃ personatus, qui cognoscitur qñ aliquis habet prærogatiuã in choro uel capitulo, ĩ optionib. in processionib. in uocib.dãdis, & similib. plusquam alii canonici sui ordinis, ut in d. c. 1. de consu.cum simi. Et illa cognoscit̃ his modis. Primò, quando quis habet administrationẽ rerum ecclesiæ cũ iurisdictione. Secundò, qñ habet nomen dignitatis & prælationem seu prærogatiuã, tam in choro, q̃ in capitulo. Tertiò, qñ ex consuetudine ecclesiæ habetur aliquis ĩ dignitate, uide Arch. ubi suprà. Etiam dignitas sigñat latius & strictius ẽm usum ecclesiarum, nam quod in una ecclesia continetur sub nomine dignitatis, in alia cõtinetur sub noĩe officij, & è cõtra, ꝑut cuiusuis ecclesiæ usus habet. Reperitur etiam latissima

sig

signatio pro quauis ex cellentia. Sed de his omnibus & aliis huc pertinentibus latissime Bar. in d.l.i.C.de dign.

Dilapidare est res uel bona prodigaliter & indifferenter erogare, ſm qđ not. Arch.de refer.statutū.lib.6. & de elec. quia sæpè eo.tit. Et sic sumit in l.si ꝑ ea. C.mandati. & ff.de mino. l. uerum. circa finem.

Dilatio est tēporis in causa prorogatio. Et dilationū ſm Host. in sum. tit.de dila.§.1. aliæ sunt citatoriæ, quę dant̄ uocato ad causam, ad ueniendum ad iudicem ante li. conte. infra quas citatus se præparabit, ut ueniat in termino, & nihilominus post mortem, ut extra de offic. dele. consuluit, de quibus.ff.de iud. l.ad peremptorium, cū seq.usq; ad l. de qua in re. Et aliæ sunt restitutoriæ quæ dantur his q spoliati fuerūt, seu sunt, uel dantur ad appellandum, quæ sunt xx.dierū uel ad restitutionem in integrū petendā, q̄ olim infra annū utilē, hodie intra quadriennium cōtinuum dantur, ut C.de in integ.rest.l.fin. Aliæ sunt deliberatæ, quæ dātur reis ad liberandū, de quib.C.de li. cont.in authen.offeratur.hodie canonizata.3.q.3.§.offeratur. Aliæ sunt reparatoriæ, quæ dantur uolenti probare, de quibus in l. 1.C.de dil. Aliç sunt executoriæ, quę dantur cōdemnato ad hoc qđ satisfaciat.de his l.2. C.de usu. Aliæ sunt reuocatoriæ, quę dantur habentibus ius reuocādi domū de quib.habetl.1.§.legatis.ff. de iud. Aliæ sunt uacatoriæ siue feriales, ut in l.1. ff.de fer. & 25. q.3.per totum. Aliç sunt prosecutoriç, quę dātur ad appellationem prosequendam, de quib.in auth.ei qui appellat. C. de temp.app Aliæ sunt saluatoriç, ut pœnitentiales. Aliæ pręceptoriç, de appell. c. præterea. Aliç electoriç, ut de conuer.coniug. c. ex publico.de elect.ne pro defectu. Aliç experitoriç, ut

extra de frig.& mal. laudabilem. Alię exemprorię, ut qui matrimoniū accus. poss.c.fin. & C.de inge. man. l. diffamari. Alię sunt repręsentatorię, ut de app. c. psonas & c.2.requi.& cap.sępe. de elect.dudum.1. de renun.c.ueniēs. Alię exceptoriæ.s. ad proponendas exceptiones concessas à iure.de exce.pasto. Hos modos &species latius prosequitur Host. ibidem, & Spec. eod.tit. & plures addit Spec. uide ibi.& gl.sum.3. q. 2. declarat notabiliter qn que species induciarum uel dilationum. Spec.autem enumerat quindecim in tit. de dil. §. i. & Host.in sum.eo.tit. §. 1. Nam restitutoriæ induciæ dabantur olim spoliatis uel eiectis, & tandē restitutis, infra quas a iudiciorū strepitu qescebant, & erant nō minores sex mensibus, nec maiores anno.3.q.2. eiectis. Vel uerius erant arbitrariæ.c.si eps ea q. Et deliberatoriæ dātur ante lit. contes. Cùm.n. citatus uenit ad iudicem, porrigit̄ ei libellus, quo oblato.dantur a iudice induciæ 20. dierum, in quib. deliberat reus ut cedat uel contendat, si ue iudicē recuset. Et talis exceptio dilatoria est, ideo ante lit cont. proponenda, de re iud. c. cùm īter monasteriū. & exceptio recusatoria iudicis debet prima esse inter dilatorias, quia omissa si aliæ proponantur, ad ipsam rediri non potest nisi ex noua causa. Dātur etiam ante lit. contest. quæ paternales adiectiones induciarū dnr, ut 5.q.2. præsenti. Præparatoriæ uerò dantur post lit.cont. probare uolentib. infra quas præparent suas probationes, quarum spatium moderandum est, ut dicit tex.3.q.3 §.spatium. Et dantur tam actori q̄ reo, & tm̄ semel, ut in §. spatium, præalle. nisi casus emergat inopinatus. Iudicatoriæ autem dantur condemnatis. & sunt quatuor mēsium. de re iud. c. ad consultationem.

tionem. Nec habent lo cum in causis criminali bus, in quib. executio non differtur nisi in qua tuor casib. ut not. Goff. de iud. §. partib. Et nota ꝙ in ciuilib. causis pro qualibet causa necessa riò datur una dilatio. In criminalib. uerò tres sunt reo, & duæ actori. Hæc Gof. in sum. eo. tit.

Dilatio pōt ēt sic describi ſm Bal. Est tempus qđ habet certum principiū & certum finem. Vel sic. Est tempus datum à le ge uel iudice partib. ad ueniendum. Et talis est duplex. s. prima, quæ da tur ab homine, uel à iu dice, secunda quæ datur a iure uel a lege, ut pa tet in rub. de feriis.

Diligenter uerbum, expo nitur ſm subiectam ma teriam. ſm Corse. singu lari inci. uerbum diligē ter, ī lr̄a D. ubi dicit, ꝙ aliqñ refertur ad oculū intellectus, & ad subtilē modum inuestigandi, & optime probatur se cundum eum, in cap. quam grauè. & c. licet. de cri. fal.

Diminutio capitis, req. su pra capitis diminutio.

Diminutum intelligitur quod usucaptum est. l. deꝑditum. de pet. hær.

Dimissoriæ literæ sunt ꝑ quas causa ad iudicem appellationis dimitti tur, quæ uulgo dicūtur apostoli. l. dimissoriæ. de uerb. signif.

Dimittere pro relinquere. in auth. de eccles. tit. §. si quis autem.

Dimittere creditores est eis satisfacere.

Diœcesis ſm Arch. de re scrip. statutum. lib. 6. di citur distinctio uel diui sio, siue gubernatio, q̃a diuisa & diuersa est ab ecclesia alterius ep̄atus, & cōmissa gubernatio ni unius, ut patet 10. q. 1. ep̄m. Aliqñ sumitur ꝓ regione uel prouincia, & sic fortè capitur in l. præsides. C. offic. rect. ꝓ uin. Aliqñ sumitur pro parochia. Vide de hoc Arch. ibid. Et nota ꝙ ap pellatione diœcesis nō cōprehendit ciuitas, q̃a dignius sub minori cō prehēdi nō đbet, sed ap pellatione ciuitatis bñ dioe

diœcesis comprehendit, ut nót. in c. Rodulphus. de rescri. Et ꝙ nomen ordinarius plura comprehendat quàm nomen diœcesanus, uide glo. 2. cle. i. de uita & hone. cleric. & melius gl. in verbo diœcesanus, in cle. i. de iure patro.

Diplomata sunt quas literas patẽtes vulgo appellamus. cuiusmodi sunt bullæ Põtificiæ. Iureconsultus autem usus est ꝓ itineris duplicatione, in l. continuus. §. cum ita stipulatus. de uerb. oblig.

Dipondius est genus põderis leuissimi ex duobus assibus compositi, ut dicit Beda super illud Luc. 12. Nonne quinque passeres uæneunt dipõdio? uel est as duplicatus, uidelicet 24. unciȩ, ut not. inst. de hæred. instit. §. & si plures unciæ.

Directarii, uide diætarii.

Directa actio, uide Actio directa.

Directum uerbum est quãdo significat illum cui relinquitur, uel in quem disponitur, ut sua manu recipiat. Sed obliquum uerbum est quod significat vt de manu alterius accipiatur. Et commune uerbum est quod utranque significationem habet. uerbi gratia directũ uerbum est instituto, quia significat ꝙ institutus sua & non alterius manu accipiat. ff. de hære. insti. per totum. Idẽ in uerbo hȩres esto. eo. ti. & in uerbo accrescat, ut in tit. C. quando non pet. par. petẽtibus accrescunt. Idem in uerbis accipit, lego, capiat, quia sunt directè significantia. Obliquum uerbum est restituo. l. restituta. & per totum tit. ff. ad Trebel. Item ibi, uolo ꝙ talem hæredem recipias: quia tunc per fideicommissum pars hæreditatis est illi restituẽda. l. pater filium. §. fi. ff. de leg. 3. Item ibi, rogo ut Titium hæredem facias. l. ex facto. in princ. ff. ad Trebel. nam ꝓ hoc uidetur velle intelligere quòd hæreditatem suã sibi restituat, & sic nõ directè hæredem illum facit. Idem in uerbo det. l.

fundi

fundi Trebatiani. ff. de usufru.leg. Et breuiter omne uerbū significans q̃ quis de manu alterius accipiatur, est obliquū de communi uerbo, ut substituo: nam si paganus substituit filio impuberi, quandocunque decesserit, per uerbum substituo, hæc substitutio ē fideicommissaria, vt no. in l. Centurio. ff. de vulg. substitut. Si autem substituit filio, si hæres non erit, substitutus admittitur ex directo suo iure. Est ergo commune, quia habet vtranque significationem. Et ratione quare nō est directum sicut illud uerbum instituo, ponit Bart. in præalleg. l. Centurio. quia magis generale est: nam in loco alterius qualitercunque positus, dicitur substitutus etiam in singularibus legatis, secus de uerbo instituo. Idem in his uerbis perueniat pertineat, habeat, retineat, remaneat, reuertatur, deuoluatur, conuertatur, succedat. Et bř quodcunque uerbum significat sic utroq; modo q̃ quis sua manu habeat. uel ab alia, dicitur commune, ut not. Bar. in l. Cēturio. præalleg.

Disceptare est ambigere contendereque, ut in iudicio fieri solet, aliquando signat iudicare. cap. forus. §. iudex. de uerb. signi. Inde disceptator apud Iurisconsultos, pro iudice & arbitro.

Discretio .i. differentia. C. de sacrosanct. eccles. l. fi. in princ. & discretū .i. distinctum. l. discretis. C. q̃ testamenta fac. poss.

Discrimen .i. damnum. C. de fide instrumen. l. 2. & dic. ut ibi. & extra de elect. ut quis duas. lib. 6. Aliquando discrimen .i. differentia. institut. de liber. §. fin. & ibi nota. Aliquando .i. periculum. ff. de iniur. l. prætor edixit. & C. de pœn. iudic. qui malè iudi. l. 2.

Discutere est disiicere & disturbare. unde discutere matrimonium in l. 2. de dona. inter vi. & uxo. pro dirimere, & dissoluere, & discussum periculū in l. nihil. de naut. fœno.

hoc est sublatum.

Discussor, require infra in spector.

Disertus est idem quod facūdus, Inde uenit superlatiuus disertissimus: ut C. de aduo. diuerso. iudic. l. petitionem.

Disiunctionem appellant ueteres iurisc. quam recentiores alternatiuam, qualis ē aut, uel, ue, seu, l. alienationis. & l. Coniunctionem. de uerbo. signi. Interdum tamen disiunctiuè ponunt pro coniunctis. l. sæpè. eo. ti.

Dispendium dicitur damnum uel detrimentum. Aliter dicitur lōgum & inutile, compendium verò breue & utile. de accus. c. qual. & qñ. 2. ad fi. & c. dispendia. de rescri. lib. 6. in gl. 2. & clem. dispēdiosam. de iud. facit regula quod ob gratiā. de regu. iur. lib. 6. inde dispendiosus, id est damnosus. clemen. præalleg. de iudic. ubi concor. in glo. Qnandoque dispēdium dicitur idem qđ tædiosum, absque tamē utilitate, ut in iur. præalleg. cap. dispendia. & cap. qualiter.

Dispensare idem est quod disponere, unde dispensatores dicuuē eo q̄ domum alicuius uel res disponunt, & ita accipiē in l. dispēsatorem. ff. de solut. Et diciē dispēsare quasi diuersa pēsare v3; uigorē iuris relaxare ꝑ eū qui hoc facere pōt. Et si aliter fit non est dispensare, sed dissipare.

Emphyteuſis ſm Azo. in ſum. C. de iure emph. & ſm Gof. in ſum. rubr. de loca. & condu. §. quid ſit emphyteuſis, dicit ꝙ emphyteuſis Græcè eſt melioratio Latinè. Ab initio .n. ſterilia tãtum per hunc contractum concedebantur, ut is qui acciperet rem, in meliorem ſtatum deduceret, & ſterilem fertilem redderet. Poſtea tamen permiſſum eſt de reb. fertilibus & fructuoſiſſimis emphyteuticari poſſe, ut C. de iure emphyteu. l. i. in pri. Et dicitur emphyteuſis, uel emphyteuticus contractus ille qui in meliorationib. & in rebus ſoli tantum conſiſtit. Eccleſiaſtica autem emphyteuſis conſiſtit in his immobilibus quæ ad hoc congrua vñr œconomo & aliis gubernatorib. ut C. de ſacroſan. eccle. in authenti. perpetua. & auth. ſi quas. Et prout cõiter dicit̃, tunc emphyteuſis eſt media inter locationem

nem & uenditionem. Et ita diffinit Zeno Impera tor, imò dicit dictum cõ. tractum esse quoddam tertius genus ab emptio ne & locatione separa tum, ut l.i.C.de iure em phyteut. quæ est lex Ze nonis. Sed Hostiē. suam diffinitionem secũdum hanc intellexit, ut puta quemadmodum Hostiē. dicit, & est hoc ideo qa decretalis potuit emphy teutam ponere sub titu lo de loca. & cond. quia magis similis est emphy teusis locationi quàm uenditioni, cùm domi nium retineatur, & ali quid certum annuatim recipiatur. uide Specula. de loca. & condu. §. nunc aliqua. inde emphyteuti cus adiectiuum, unde di citur emphyteuticus cõ tractus, emphyteutica cõ cessio & emphyteuticũ instrumentum. Inde etiã emphyteutico, cas, id est in emphyteusim conce dere. Et est natura huius contractus, ut soluatur pensio sicut conuentum est, nisi res ex toto pe reat. item quòd licet do mino autoritate sua em phyteutam & eius succes sorem expellere, si per triennium cessauerit sol uere pensionem, sed em phyteuta ecclesię repelli potest si per biennium non soluerit pẽsionem.

Emphyteusis perpetua est regulariter prohibita in reb. ecclesiæ, & dicitur p petua, etiam si sit ad 30. annos. Panor. in c. nulli. in ulti. not. de rebus ec cle. alie.

Emphyteuta vel emphyteu ticarius dicitur ille, qui agrum conduxit uel ac cepit ad tempus colen dum sub certo pretio. Cuius cõttarium domi nus Vuilradus tenuit, ui delicet, qp nunquam ad tempus, sed bene perpe tuo tempore conducit quandiu uiuet hæredi tario iure tenendum, & colẽ dum, sub certo pre tio & certis conditioni bus, pront inter ipsos contractum est per l. 1. C. de iure emphyteu. ibi perpetua stabilitate, ff. si ag. uecti. uel emph. pe. l. i. §. q in perpetuũ, & dicit hoc expressum esse

esse, in l.i. & l. quicunq; C. de fun. patri. uel per petua scriptura interue niente, & consensu utri usque .i. domini & em phyteutæ adhibito, in hoc, scilicet vt statim do minus aliquid pro re ac cipiat, scilicet quod in ter eos conuenerit, uel pecuniam, uel aliam rē; puta prædium aliquod, uel simile, ut proprium sit dñi, itē ut hic emphy teuta de cetero annis sin gulis uel duos uenetos, uel siue soluat in specie redditus, ꝑut dicit Azo ī sum. C de iure emphy.

Emplastrum, vulgo unguē tum appellatur.

Emponemata, vide; Emphy teumata.

Emptio contrahitur postq̄ de pretio conuenerit ea mente ut ptetium solua tur. Nam si imaginarie & per similitudinem de pretio conueniret em ptio nulla esset, & cōtra hitur solo consensu, siue inter pręsentes; siue in ter absentes per nuntiū, uel per epistolam, ut ꝓ batur insti. co. ti. in prin cip. & ff. co. l. i. §. ulti. & l. 2. §. i. & arræ datio est argumētum emptionis.

Emptor bonæ fidei dicitur esse q̄ aut ignorauit rem alienam aut putauit eū qui uendidit habere ꝑo testatem uendendi.

Emptum hoc differt à para to, quo species à gene re. l. si quid. de lega. 3. Ali qñ ēt emptū dicit̄ quod ex permutatione, uel in solutum datione conse cuti sumus. item & qđ lite æstimata retentum est. l. sciendum. §. penul. de ædil. edi. & l. fi. quib. ex cau. in poss. ea.

Emulario .i. inuidia, & ha bet plures significatio nes, ut 42. dist. scimus.

Emunitas ẜm Goffredum in sum. eo. ti. est libertas concessa ecclesiis uel ec clesiasticis personis & re bus aliis ad eas spectan tibus. Vel est priuilegiū ecclesiasticæ libertatis uel personarum uel re rum ad eā pertinentiū. Dicitur autem emunitas quasi extra munia, id est officia vel onera, à quib. ecclesię sunt immunes, ut̨ eodem titulo. c. eccle siæ, unde locus consecra

tus

tus.s.ecclesia habet emunitatem.i.libertatem, ut nullus inde trahat per uim, nisi in casib.s.si fugiēs ad ecclesiā sit publicus latro, uel nocturnus depopulator agrorū .i. deuastator fructuum in agris, uel dicit quasi extra munia.i.munera.Nō .n. ecclesia subit sordida munera, ut calcis coquēdæ, arenæ fodiendæ, & similia. de quibus uide Host.in sum.eod. tit.

E ante N.

ENeænia erat festiuitas dedicationis tēpli, Græ κὲιν.kainon.i. nouum.

Endiadis, uel (ut peritiores loquuntur) Endiadyo, figura est, cùm ex duob. unū dicitur: id quod et Acc anuotauit in l.i.§.i. de pact. & Alc.lib. 4. de uerb.signific.

Energumini sunt à dæmonibus obsessi, uel qui in defectu lunæ patiuntur defectum mentis. not. de consecra.distinct.5.c. omni die.

Enigma .i. subtilis dubitatio.C. de leg.l.fi.circa fi. & extra de reli. & uenesanc.c.i.lib.6. alibi exponitur.i. figura.C. de ue. iu.enu.l.i.§.fin. aliter sumitur in auth.de æqual. do. §. i. uersic.ille autē.

Enim i.certè, exponit gl.in auth.de nunt.§.nuptias. Aliqñ exponitur enim, id est quia.C.de cri.sacr. l.2. Aliqñ ponitur continuatiuè cū superiore, ut ff.de mi.tes.l.neq; enim.

Enormis læsio quādo dicatur gl.in c.cùm illorū.de sent.excom.dicit, ꝙ statur arbitrio iudicis.Fel.i c.cū illorū.col.4.uers. in ea gl.ibi, relinquitur.

En plati .i. largo quodam modo.l.in summa. §.itē Labeo.de aqua plu.

Entheca in Decretis Canonicis eadem significatione ponit, qua apotheca & horreū, uidelicet pro loco galeq; repositorio.

Enucleare uetus ius.i. extra nucleū obscuritatis ponere. Nam prout Azo dicit. C. de ue.iure enu. sicut in nuce inuenitur quod est amarū, ita & in ueteri iure erāt tot multitudiues ꝙ nemo eas hr̄e vel legere poterat. Nā sicut in nucleo dura

testa īuenitur, ita ibi dura & iniquæ sententiæ erant. Item sicut nucleus cum inutili pellicula tegitur, & latet, ita & in illa multitudine tanta & sublata superfluitate antiqua & necessariis & utilibus collectis prout melius fieri potuit, ius uetus enucleatum est. Nam melius est pauca & idonea effundere q̃ multis inutilibus homines prægrauari: ut C. eo. tit. l. 2. §. sed & si aliquid. Item dicitur uetus, quia ab urbe Roma cōdita & à Romuleis temporibus usq; ad tempora Iustiniani fere per mille quadringentos annos cōfusè statutum obtinuit, ut C. de uete. iure enucle. l. i. §. i. ibi, reperimus aūt, &c.

Enunciatio, pro clausula uel oratione. l. hæc enūciatio. de uerb. signific.

Enuntiatum uerbum de se tantum significat, quantum sonat, scilicet enuntiationem eius quod est uel quod non est, sicut nuntius dicitur quia refert uoluntatem domini sui, scilicet quid uelit, & quid non uelit, ut in l. & licet. ff. de consti. pecu. Quandoque tamen uerbis enuntiatiuis significatur dispositio, quando hoc significari cōcluditur ex quouis probabili significato, prout latè declarat Bar. in l. ex hac scriptura. de donat.

E ante O.

Eò, id est propterea. l. id. de constit. pecu.

Eo ipso, ista uerba importāt absque alia sententia. Fel. in c. Rodulphus. 22. col. aliàs. col. 19. uers. quoties de rescrip.

Eo loci, pro eo loco. l. sed & si. de iudi.

Eo potius, pro eo amplius. l. itē ait. ex quib. cau. ma.

Eousque. i. intantum. §. illud. insti. de re. di.

E ante P.

Epibatæ. uide suprà Embatæ.

Epidemia, accessus in urbē. l. 4. de de offic. proconsf.

Epidemitici dicuntur qui habebant sub se mensuratores qui mensurabant hospitia, & in eminenti loco describebant nomi

na eorum qui ibi habe bant hospitari.

Episcopus dicitur ab epi, quod est supra, & scopus uel scopin ītendere, quasi supra intendens, quia habet curam super intendendo super omnes laicos & clericos sibi commissos, ut 8. q. 1. qui episcopatum. 21. distin. cleros. ubi etiam interpretatur speculator, eo ꝙ speculetur subiectorum mores & uitam. Sed in iure ciuili episcopi etiam dicuntur qui pręsunt pani & aliis rebus uenalib. quæ quotidianum uictū suggerunt. l. ult. de mun. & hono.

Episcopi appellatio in materia odiosa, & ualde exorbitanti intelligitur solùm de cōsecrato. Fel. in c. eam te. in 4. col. uersic. nouissimè autem. de pręscr.

Episcopalis audientia est iurisditio ipsius epi.

Epistola decretalis. Require supra decretalis epistola.

Epistola diui Adr. ſm Gul. in Spe. de renun. uer. in primis ergo. sub §. finis. locum habet inter fideiussores, mandatores, & constitutores, item inter tutores, et est illius epistolæ officium, quòd quamuis aliqui sint insolidum obligati, tamen ꝑ eius beneficiū si omnes patres sint soluendo tempore litis, possunt postulare ut diuidat actio inter eos, ut unusquisque pro uirili portione conueniatur. Alioquin nisi dicto beneficio iuuarentur, posset creditor quem mallet insolidum conuenire ut C. de consti. pecu. l. fi. & inst. de fideius. §. si plures. & ff. de fideiuss. l. inter fideiussores. & l. si dubitetur. Si ergo huic beneficio fuerit renuntiatū poterit creditor quē maluerit cōuenire. Quomodo aūt renūtiet huic beneficio, uide ibidem.

Epistomia gręcè, latinè oris obturacula. Sanè apud Iuriscōsultus capiuntur pro obturaculis saliētiū, quæ uulgo ut Alciat. ait, Spinæ appellantur. Epistomiorum meminit. l. fundi. de actio. emp.

Epitaphium est scriptura siue titulus in lapidibus sepulchrorum sculptus.

Epithesis in l. lex Cornelia. de iniur. significat inscriptionē factā in contumeliam alicuius.

Epitima in l. scire. de tut. & curato. pro illabefacta nōis honorisq; fama.

Epitimiū ē suspēsio unius septimanę, uel est quædam increpatio uel genus pęnę, ſm Io. And. in glos. 21. quęst. 4. omnis iactura.

Epitimio .i. voluntate testatoris. ff. de tu. & cur. da. ab his. l. scire oportet. §. sed & si quis.

Epitogium est uestis, uel tabardus superior clerici. Et dicitur ab epi, id est supra, & tego, quasi superius tegens. not. in gl. in clemen. 2. de uita & hone. cleric.

Epitome, & epitoma, latine breuiarium dicitur, ubi s. res in compendiū redigūtur, ſm Bud. in l. qui. leuandæ. ad l. Rho.

E ante Q.

AEquanimiter .i. æquo animo.

Equestris dignitas erat in his qui Romam custodiebāt: nam & hi habētur pro absentibus reipublicæ causa. Et dicit Accur. ꝙ aliqui erant præsidentes, quia simplex militia non est dignitas. De hoc uide eo. ti. i rub. C. li. 12.

Aequitas est conuenientia rerum quæ cuncta coæquiparat, & in paribus rationibus paria iura vel iudicia desiderat, ut C. ad l. fal. l. fin. uerbi gratia, Mutuasti mihi centū aureos mutuo, modo æquum est ꝙ isti numerōni conueniat solutio ſm eādem qualitatē, & quātitatem, ut ff. si cer. pet. l. mutuum. Aequitas etiam dicitur quædam mitigatio temperans iuris scripti rigorem. Et in quibus casib. talis æquitas pręferatur rigori iuris, ut no. Io. And. extra de transact. c. fi.

Aequitas, nihil aliud est q̄ naturalis ratio ſm Bar. in l. 3. C. de dot. promis. Et uide eundem Bal. in l. i. in tertia oppo. ff. de iusti. & iur. & an ęquitas præferatur rigori, uide omni

omnino dom. Iaso. post alios ĩ l. placuit, C. de iu.
Equitium est grex equorũ ẽm Acc. in l. quid ergo. ff. de usuf. & quemadmodum quis utatur.
Equitius dr̃ custos equorũ.
Equuli. i. pulli equorũ, uel parui equi. insti. de re. di ur. §. in pecudum.
Equus calcitrosus dicit̃ qui solitus est calce ferire.

E ante R.

ERe. i. ex utilitate, uel ex præsenti materia, l. i. ẽm editionem Haloandri. ff. si cer. pet.
Erania pecunia. in l. creditor. de sol. quid sit, uide Alc. li. 2. Dispunc. c. 25.
Aerarium est repositoriũ pecuniæ, ab ære dictũ. Et proprie erariũ est populi, fiscus principis.
Erciscere est diuidere, uide iudicium fami. l. herci. i. hæreditatis diuidendæ. de quo suprà in uer. Actio fami. hercis.
Eremodicium dicitur, cum absentæ altera parte fertur sententia, quasi latinè dicas deserta causa.
Ergasteria sunt stationes operariorum, & dicitur ab erga. i. opa uel opus, sterion statio, quasi operarum statio, ut no. C. de episc. & cler. l. 2.
Ergastula dñr carcerec uel pressiones, & dicit̃ ab er, qđ ẽ lis, & stolõ, missio. Item ergastula dñr loca in quibus serui uincti opus facere cogebantur.
Ergagabi dicũtur operarii laborantes in stationib. suis, & dicitur ab erga, quod est opera, & gabor, qđ ẽ labor. Rectius tamen legas ergolabi.
Ergo, not. Io. And. de sum. trin. dãnamus, in prin.
Ergolabi, uide Ergagabi.
Eripere est de manibus auferre per raptum.
Erit, hæc dictio interdum etiam præteritum, nec solum futurum tempus demonstrat. l. uerbum erit, de uerb. sig.
Ermaphroditus est quilibet qui habet utrunque sexum. Rectius autem scribitur per aspirationẽ hermaphroditus.
Erogare, pro expendere & distribuere. l. Ciuitatib. de leg. 1. & C. de erog. mil. anno.
Errare est aliud pro alio pu

tare, 37. distin. quamuis, 22. q. 2. in quibus in fi. & no. Io. And. in cle. 1. de iud. super uer. certa scientia. Et nota φ differunt errare, titubare, & ignorare ut declarat gl. ĩ rub. ff. de iur. & fac. igno.

Erro est pusillus fugitiuus, qui non quidem fugit, sed ex cōsuetudine quadam aberrare solet, & frequenter sine causa uagatur, tēporibusq. in rebus negatoriis consumptis tandem licet sero redit ad domum, ut l. quis sit fugitiuus. §. erronem. ff de ędil. edic.

Error est quando aliqd aliter cōtingit, uel aliud est q̃ credit uel putatur. de quo cap. præalleg. in fi.

Error calculi ſm Azo. in sum. co. ti. est error cōputationis. Veteres. n. cōputabāt ꝑ lapillos, qui calculi uocabātur, pro eo φ pedib. qnq; calcantur. unde Persius. Hunc Macrine diem numera meliore lapillo, q̃ pro bono dic ponebāt bonum lapillum. est glo. in l. unica. C. de errore calculi.

Error quadruplex est, conditionis, personæ, fortunæ, & qualitatis. & quis eorum matrimoniū impediat, declarat Pano. in cap. proposuit. de coniug. seru.

Error intollerabilis est error à iure reprobatus. Et nota φ error sumitur ꝓ facto siue sit error iuris, siue facti, quia licet sit iuris in quātum est error facti tamē est, cum sit in alio quàm in ueritate.

Eruta cęsa dicuntur omnia q̃ ceduntur & eruuntur. Ruta cæsa, apud peritores dicuntur, non eruta, uide Bu. ff. de action. emptio. l. fundi. §. si ruta cæsa.

E ante S.

Aes, species est metallis, ab auro, argēto, atq; metallis distincta: §. cum ex aliena. Inst. de rer. di. Sed qa pecunia primū cudi cœpta est ęre, hinc factū est, ut qualiscunq; pecunia æris appellatione cōtineatur. l. ēt de uer. sig. Imò & qnq; æris nomē ad bona refertur, ut cū lex noxium in ære puniri mādat: nā in bonis, & patri

patrimonio exercendã ultionẽ interpretamur.

Aes alienum est quod nos aliis debemus. Aes suũ est quod aliis nobis debent. l. cedere de uer. sig.

Esopus est humilis hærba & medicinalis, cuius radix petræ inhærere dicitur, & purgat pulmonẽ inflatum, ut no. gl. ibi, Asperges me Domine esopo, &c. per Arch. 50. cũ exaudiero, Hyssopus omnino scribendum est per aspirationẽ cum y, & gemino ss, media longa.

Esse uerbum ad ueritatem refertur, nõ ad id quod ultra ueram rei ęstimationem interesse contingit. l. hęc uerba. de uer. signif. Quandoque ponitur pro remanere, ut in l. 2. de concu.

Esse in possessione & possidere ualde differunt l. si quis ante, de acq. poss.

Est, hoc uerbum interdum etiam præteritum tempus demonstrat. l. uerbũ erit. de uer. sig.

Aestas quot mẽses capiat. Bar. in l. 1. §. 1. ff. ne quid in flu. pub.

Aestimare litem est condẽnare pecuniariter, uel quanti interest actoris, uide Bud. in l. 7. ad leg. Iul. repetũn.

Aestimatio significat taxationem, prout subiecta materia, uel quoduis aliud significare declarat. v. g. Res traditur æstimata, hoc addito ꝙ reddatur æstimatio, & non res, ex hoc significatur emptio & uenditio, ut in l. quoties. ff. de iure dot. Sed ubi res datur æstimata hoc pacto ꝙ res reddatur, & non ęstimatio, tũc. n. est emptio, sed significatur ꝙ re per empta uel diminuta, attendatur æstimatio facta. l. si inter. C. de iure do. Nec periculum diminutionis peremptionis fit recipiendis, nisi sit in culpa, quia cum rem traditam teneatur reddere, periculũ debet esse dñi rei, sed in casu præcedenti periculũ uel deterioratio rei transit in recipiẽtem, ut l. æstimatæ. sol. mat. Item ubi res datur æstimata in dotem hoc pacto ꝙ reddat res uel

æstimatio, tunc signifi cat transire periculum peremptionis, sed non deteriorationis.l.plerunque.§.fi.cum l. seq.ff.de iur. dot. Et hoc ex natura contractus & alternatiuæ, Nam natura dotis est ꝙ dñium transit in maritum, & sic periculũ est suum. Sed ex natura alternatiuæ alterum horum sufficit, aut rem reddi, aut æstimationem. iuxta regulam in alternatiuis, de reg.iur. lib.6. Sed res perempta reddi non potest, quæ si redditur, non est reddenda æstimatio.

Aestiualia, sunt ocreæ.s.calceamenta de corio, qb. ẽt aliqui utuntur interdum in æstata. Io.An.in cle.ne ĩ agro.de sta.mo.

E ante T.

ET, hęc coniunctio licet propriè copulet. ff. de cond.inst.l.si hæredi, tñ aliqñ sumitur pro uel, ff.de uer.sig.sæpè cũ si. Aliqñ repetit qualitates præcedẽtes.ff.de fun. in stru.& instru.leg.l. Seię. §.Caio. Aliqñ pro id est, ut c.2.de spo. Et in gl.in sti. de libertinis, uerbo et. Etiã no. in c. 2. de rescri. ubi de hoc. Vñ hæc dictio et, coniungit principaliter simul & successiue, ꝑut infert ex significato tũc hoc dictitante, & secundum qđ uoluntas disponentis quouis medio significare declaratur: nam qñq; est coniunctiua rerũ principaliter quarum tamen una est alteri successoria, ut dicẽdo, Lego fundum & eius instrumentum. Principaliter enim significat instrumẽtum legatũ, licet sit accessorium ad fundum, & extincto fundo legato nõ extinguit legatũ instrumenti. Secus est in præpositione cũ, quæ coniũgit accessoriè. facit l. si cui fundum.ff.de fun.instru.& instr.le. Posset tñ ẽt faciliter trahi ad coniungẽdũ accessoriè, pro uoluntate disponẽtis ꝗ exprimit &, pro cum. Significat ẽt ibi successiuè, filiũ meum & nepotẽ hęredes instituo, nã intelligitur ꝙ filius admittať, & eo

& eo deficiente nepos. l.Gallus,§. i. ff. de lib. & posth. Rō qa non simul admittit cū filio, & hoc ex ordinata charitate seu naturali affectione. arg.l.gnaliter.C.de insti. & subst.sub cōd. fa.l.Lucius.ff.de her.īsti.ubi disiunctiua resoluit in coniunctiuā, ꝑ uolūtatem q̄ concluditur ex charitate, facit l.cum pater.§.cū pater.ff.de leg. 2. Idē in contractib. si quis emit redditus uel fundū ꝓ se, & liberis, & nepotib. ibi enim &, cōiungit successiuè.s.ꝙ primo pater solus admittatur, pòst liberi, deinde his deficientibus nepotes.

Aetas legitimas semper intelligitur de natura l.nō de ea quæ per principis bñficiū implet, ut C. de his qui ue.ęta.imp.l.ult.

Aetas perfecta, dicitur ętas 25.annorum, l.ult. de iis qui ue. æta.imper.

Aetas pupillaris est minor 14. annis in masculis, & in fœmina 12. ff.de uer. sig.l.pupillus.

Aetas pubertatis diuersimodè accipit. Nāin nuptiis cōtrahēdis ætas pubertatis est ī masculo 14. annorū, & ī fœmina 12. ann.ut inst.de nup.ī pri. cū ibi no. Nō aūt idē tp̄s requirit, si alimēta relinquunt usq; ad pubertatē, q̄ debent masculo ad 18.annū, fœminæ aūt usque ad 14. ff. de alim. & cib.leg.l.Mela ait,ī prin.

Aetatis uenia est priuilegiū qđ impetrat minor a principe, ut habeatur ꝓ maiore. Impetrat eā masculus maior 20. annis. fœmina aūt maior 18.ut l.2.C.de his q̄ ue.ęt. īpe.

Aetas uirilis diuersimodè ſm canones, & leges interpretatur.l.1. ff.de mi. l.fi.C.de his qui ue. æta. impet. & illa diuersificatio est, quia diuersos habent effectus.gl.in c. episcopus in uerbo antequam.77.distin.

Aetates sunt sex, qbus gñatio & status hominis finitur,35.q.4.& c.i.& Io. And.in princ.lib.6. Alii ponunt 7. ætates hominis, similiter septē mundi. Vnde.

Infans, inde puer, adolescens, post iuuenis uir.

Dicitur inde senex, & postea decrepitus fit.
Annos prima tenet septē, post altera bis tot.
Terna quater septem, sed quadraginta quaterna.
Annos exultat ad quinquaginta iuuentus.
Sed si porrigitur ad septuaginta senectus.
Et tunc decrepitus incerto tempore durans.

Item nota uersus de ætatibus mundi.

Primus Adā, iustusq; Noe, magnus pater Abram.
Et post hæc Moyses, Dauid, natusq́. Redēptor.
Septima fine caret, locat in requieque beatos.

Et cætera, quandoque scribitur extense pro duab. dictionib. & sic disponit ſm q relatiuum sequitur, si saltem aliquod sequitur, ut dicendo & cætera quæ sunt scribenda alias respicit omnia quę præmissa sunt. Qn̄q; scribit abbreuiatè, ut &c. & sic omnes comprehēdit clausulas consuetas apponi in tali contractu. De hoc traditur. in l. Gallus, in prin. ff. de lib. & posth. & not. in c. qm̄ cō tra falsam. de prob. uide suprà in litera C.

Etiam illa dictio implicat. C. si tutor uel cura. l. etiā & l. fin.

Etiamnum seu etiamnunc accipitur pro adhuc. l. 3. arb. fur. ces.

Etsi, idem est quod quāuis. de simo. etsi quęstiones.

E ante V.

EVangelium pręter notum significatum sumitur quandoque pro mercede quæ datur lætum nuncium afferenti. l. falsus. de furt.

Eucharistia Græcè dicitur panis & calicis sacramē tum, & latine bona gratia Interpretatur, & qd melius corpore & sanguine domini nostri Iesu Christi. 1. q. 1. multi.

Euectiones appellantur diplomata utentium cursu publico, quibus exhibitis, & agnitis qui publico cursui præsunt statim equos accommodāt l. 3. C. de cur. pub. lib. 12.

Euerriculum, uitæ est piscatorium, a uerrēda aqua sic appellatum. l. iniuriarum. de iniur.

Euestigio.i. statim uel continuo, ut in c.unico, de sta.mona.lib.6.

Euidens est quod semper palã est, & euidenter apparet.i.q.i.ut euidẽter.

Euidentia ff.de cõtr. emp. l ea quæ.

Euincere est aliquid ab aliquo extorquere uel eripere, uel ꝑ sententiã iudicis acqrere. Res ẽt euicta dicitur cũ est amissa.

Euictio ſm Azo. in sum.C. de euic. ſm quosdã ita diffinitur. Euictio est rei emptæ uel ex alia iusta causa aceptæ, per iudicis sñiam abductio vel (utputo) alio euincente causæ amissio, nec enim semper est necessarium rem abduci ut uideatur euicta, ut ff. eod. tit.l. euicta. §.1. Et euictionis cautio solet præstari a uenditore ipsi emptori: ad hoc ut si aliquis ab emptore rẽ emptam tãquam suam petat dicens eam sibi esse obligatam, aut aliquod ius in ea habere, emptor recursum & regressum habeat ad uenditorem, cui denuntiare hoc tenetur, & uenditor debet assistere, & defendere emptorem in causa euictionis. Et dicitur euictio alicuius rei in causam alterius abductę ꝑ iudicem acquisitio. Vide suprà cautio dę euic.

Eulogium idem est quod testamentum, ut in c. nos quidem: de testa. & in l.iubemus.C.de testa. & l.quidam eulogio. C. de iure delib. ita exponit Bar. de testa. Apud nos autem aliter accipitur, ut ff.de re mili. l. desertorem, circa princip. Dicitur ab eu, quod est bonum, & logos sermo: quasi &c. unde aliquando sumitur pro benedictione, ut 1.q.1.c.nõ liceat Vel dicit ſm Hos. ab eu, quod est flebile. & logos sermo, qa ut plurimum fit in extremis & est nota doloris, Etiam eulogia dñr xenia quæ olim portabãtur metropolitanis ad concilium prouinciale, ut 18.dist.c. de eulogiis, ubi ſm gl.eulogia dñr munera q̃ desetunt subditis suis p̃latis.

Eunuchi ſm Az.in sum. C.

eo.tit.dñr spadones tm̄, & non castrati. Sed de his lõge eruditius Alc.in l.spadonum.de uer. sig.

Euocare sacra, erat apud antiquos, euocare deos alicuius loci præsides & tutelares, quod fiebat cũ locum quempiam profanum efficere uolebant, ut scilicet sacrilegii nomine exoluerentur, qđ innuit Iurisc. in l. sacra. de re.diuis.ubi Bud.

E ante X.

EX, not. Arch.4.q.5. quisquis, & plenius Io. Cal. in c.uestra.de coha.cler. & mul.Io.mo.de hær. accusatus lib. 6. Etiam Archi.de præb.cum in illis. eo.li.& Pano.in c.in literis.de resti.spol.etiã no. C.de leg.l.non dubium, & qñque in cõpositione stat augmentatiue pro ualde, ut exæquare.i.ualde æquare, ut l. 1. ff. de leg.1.

Exacta pecunia dicitur nõ solum per solutionem, uerũ ẽt si per delegationem satisfactũ est.l. uerbum exactæ. de uer. sig.

Exactio.i.petitio, nam exigere est rem ab alio petere.

Exaggerare & deprimere opponuntur.l.3.§.fin.de iti.actuq. pri., nam exaggerare est accumulare, ab aggere, quo terra accumulata significatur.

Examen tripliciter accipitur, aliquando pro uniuersitate apium, aliquando pro approbatione & aliquando pro iudicio, ut C. de aduo.di.iu.l. nemini, & insti.de re. diui. §. Apium.

Exarmare, armis spoliare.l. l.2.ad l.Rho.de iac.

Exauctorare est militem cingulo uel clericum ordinib. spoliare: ut.l.qui cum uno.§.non omnes. ff.de re mili. Vel est statũ alicui uel autoritatem auferre, idẽ sonat quod degradare.

Ex bonis esse, & esse in bonis, ualde distant, §. fi. insti.ui bo.rap.

Excadescere est subito irasci habendo similitudinem inter furorem, & æstuantis ferri candorẽ.

Exceptio est rei defensio, ꝑ quam se reus defendit, & ruetur ab actore sm̄

Azo.in sum.C.eod.tit. Qñq; ponit large, & improprie pro omni defensione: prout reo cõpetit et si nulla actori competit actio: & tunc quidam uocant eam exceptionẽ facti: ut qñ sine actione qs calũniose petit. Sed Az. uocat eam exceptionẽ, intentionis. Et de exceptionib. intẽtionis, quæ sint. no. ff. eo. ti. l. i. in princ. & l. 2. §. illud, & talis non potest de iure experiri, quia nemo põt experiri sine actione, & cum tunc nulla sit actio, nulla potest dici actionis exclusio, sed dr̃ cõtra intẽtionẽ actoris defensio: ut qñ quis se in aliquo instrumento obligat ad aliqd sine exceptione iuris uel facti, sensus est ꝙ contra hoc nullã faciat defensionẽ de iure uel de facto. Differunt tñ exceptio & defensio. Nã defensio propriè dicit quæ ipso iure actionẽ tollit: ut solutio q̃ est eius qđ debet reddítio, & acceptilatione oĩs obligatio tollit inst. qb. mo. obli. tol. in prin. & §. itẽ per acceptilationẽ. Itẽ renuntiatio dicit defensio. c. super hæc. de renun. cõcordat gl. in c. i. de li. cont. li. 6. ubi no. Itẽ large dicit et exceptio replicatio, q̃ dat actori. oĩs .n. replicatio est exceptio, ut ff. eo. tit. l. 2. §. replicationis. & sicut se habet exceptio ad actionẽ: sic replicatio ad exceptionẽ, ꝯm Goff. de ꝓb. in sum. Stricte uero & propriè exceptio ponit pro illa defensione quæ cõpetit reo cõtra actionẽ cõpetentẽ in eum, & sic dicitur actionis exclusio & hæc est exceptio iuris, ut si petis a me debitũ, & ego excipio qđ remisisti mihi, uel ꝙ fecisti mecum pactum de non petendo, uel ꝙ non uenit dies præfixus, & sumitur utraque exceptio. ff. eo. tit. l. 2. primo responso. & §. replicationis, & ꝙ exceptio sit actionis exclusio, habet extra de elec. c. dudum. super uer. irritari. in glo. Exceptio autem diuidit id plura gña, quia aliæ sunt temporales & dilatoriæ.

toriæ, aliæ perpetuæ & peremptoriȩ:ut ff. eo.ti. l.2.§.fi.& l. exceptiones Aliæ sunt odiosæ: ut Macedonianæ. Aliæ fauorabiles:ut Velleianæ. Hæc diuisio colligitur ex l.q exceptionem. ff. de condit.indeb.Item aliȩ sunt in rem, aliȩ in personã, ut ff. eod.tit. l. exceptiones 2. Item ſm Host. & Spec. aliæ sunt anomalæ,aliæ mixtæ,& multas alias diuisiones dicti doctor ꝓsequunt.vide eos.

Exceptio dilatoria est quæ causam differt: ut instit. eo.§.appellantur, Et istarum est multiplex diuisio, de qua aliquãtulum notatur in l.exceptionē. C.de probatio. Est enim quædam dilatoria solutionis: quæ sapit istam naturam, quòd respicit actionem nimis tempestiue intentatam, & debet opponi ante litis contesta sed probatio eius fit post lit. contest. cap.inter monasterium. de re iud. Quædam est dilatoria,iudicii,quȩ opponitur propriè ad impediendũ iudicium ante lit. contest. & probatur tanquam præiudicialis, & expedienda uenit ante lit.contest.Et idem dicendum est de replicatione eiusdem.Quȩdam est declinatoria fori, ut ibidē notatur.Item colligitur hæc diuisio ex l.3. in fi.ff. eod. tit. uide de hoc Spec.eo.tit.Et no.ꝙ declinatoriæ iudicii sũt in initio proponendȩ:& sunt illæ quȩ contra iurisditionem iudicis opponũtur.Ratio, ne si eis scienter omissis ad alia procedatur: uideatur qs in iudicem cõsentire. C. de except.l.ult.not.Gof. de dila.§:sunt & aliæ. in fi.Sunt etiam istæ probãdæ in initio, ut prius sciatur de iurisditione iudicis antequam proce datur ad ulteriora: habent tamen etiam locũ post sententiã, si ex ignorantia omittantur. de sent.& re iud. ad probandum. C. si à non competenti iudi.l. ulti. Etiam dilatoriæ proponendæ & probandæ sunt ante lit.contesta. c. inter monasterium. præallega. & c.pa

c.pastoralis.de excep. C. de probat.l. penul. Dilatoriæ solutionis sunt ꝓponendę similiter in initio causæ, id est ante lit. contesta. & probandæ postquam actor suam intentionem fundauerit. Sed peremptorias probabit reus postquã actor suam intentionem probarit. De hoc uide Gof. de probatio. §. restat.

Exceptio peremptoria ſm Specu. uocatur sic, quia actionem uel intentionem agentis perimit ſm Io. And. c. i. de lit. contesta. lib. 6. seu ius lędit: ut institu. de perpe. & tempo. act. §. perpetuæ, ut pactum de non petẽdo in ꝑpetuum, & iusiurãdum de non agendo uel accusando, uidelicet petebã à te centum, & tu excepisti quòd pepigi tecum de non petẽdo in perpetuum, uel iuraui nõ agere uel accusare, quæ ipso iure tollunt naturalem obligationem: ut ff. de iureiuran. l. fi. circa prin. quod doctores intelligunt esse uerum de uoluntaria & conuentionali: secus autem de necessaria. Ciuilem autem ipso ipso iure nõ tollunt, sed ope exceptionis elidunt, & secundum Azonem semper obstant hæ agenti, etiam si cessaue rit agere ꝑ mille annos.

Exceptio perpetua est quæ perpetuum habet effectum, ut cùm petis à me debitum, & excipio, ꝙ tu remisisti, Hæc exceptio perpetua dici pòt, & perpetuo competit quãdocunq; actor agit, quia exceptio non competit nisi quis agat. ff. de exceptio. l. exceptio.

Exceptio temporalis est ꝙ̃ ad tempus utilis est, ut cum petis debitum, & excipio quòd tu fecisti pactum mecum de non petendo. Hæc exceptio usque ad annum utilis est, postea uerò non, de qua de rescri. c. plerunque. & de officio ord. c. pastoralis. in fi. & ff. co. tit. l. exceptiones. §. temporales. & hæc etiam dilatoria dicitur, quia differt & prolõgat causam, non autem aufert. Aliud exemplũ, conuenio te coràm

coram iudice nō tuo, & tu excipis te nō esse đ foro eius. Vide gl.ī uerb. excusari.c. si autē. de rescrip.

Exceptio anomala est quæ nō sequit̄ normā aliarū, quia potest opponi ante litem contesta.& post,& lit.contesta. ut exceptio excōicationis, & alię.s. de quib. dubitaẗ an sint perpetuę, an tēporalęs, ut exceptio matrimonii, & exceptio non numeratæ pecuniæ,& nō numeratę dotis vt inst.de exc. §. appellantur. & plures alię ẜm Host.& Spec.eo. ti.ut exceptio quæ cōpetit fideiussorib. ex epist. di.Adr. cōtra creditores: ut no. instit. de fideiuss. §.si plures.

Exceptio rei iudicatæ non potest opponi nisi quando fit super eadem re, & quando est ex eadē causa & eadem persona.

Exceptio doli est quadruplex,ut no.Accur.in gl.l. qui se debere.ff.de cōdi. ob cau.da.cau.non se.

Exceptor pro libratio, hoc est qui aliquid describit, uel q alio dictāte scribit. l.sed addes:§.si.ff.loca.

Excommunicatio est extra communionem ecclesiæ separatio uel censura ecclesiastica excludēs à cōmunione fidelium 11.q. 3.c.nihil.& §.euidenter. Vel est æternæ mortis dānatio. 11.q. 3. nemo episcoporum.Vel sic generaliter est à qualibet licita cōione vel legitimo actu separatio, uel à sacramētis exclusio.Species excōmunicationis īfinitę possunt esse, quia tot quot sūt species cōionis. Duæ tamen sunt species eius quæ præcipuæ ẜm canonistas communiter usitātur.s.maior & minor, de utraque illarum habetur 3.q.4.engeltrudam. Nā una excōmunicatio quæ maior ęst dicitur anathema,& excludit ab ingressu ecclesiæ, & à communione fideliū, & à sacramentis, hæc uocatur maior,& fertur cum solēnitate, de qua etiam datur præcedens descriptio cū dicebatur. Est à qualibet licita communione hominū uel legitimo actu & sacramentorum separatio.Alia diciturminor, & illa

& illa tantum separat à sacramẽtis, & hæc est duplex, vna per præceptum à iure, uel per sententiã ab homine. Alia separat à communione fideliũ, non sacramentorum. 5. q. 2. præsenti secundum Gof. & de cleri. exc. mini. §. item sciendum. Est. n. quædam excommunicatio iuris, à qua absoluit episcopus, nisi absolutio sit summo Pontifici reseruata. de sent. excõ muni. nuper. Alia hominis, ut episcopi uel sui uicarii uel delegati. de offi. ord. cùm ab ecclesiarum. de maio. & obe. c. unico. lib. 7. in gl. Etiam excõmunicatio dicitur mucro episcopi. 16. q. 2. c. ursis. in fi. Item dicitur anathema impropriè ab ana, id est sursum, & thema, figura olim in frontibus damnatorum impressa, & sic quasi anathema dicitur, & hæc maior dicitur, quæ duplex est. Quædam sine solennitate. Alia solennis; qñ 12. episcopi uel presbyteri candelas in terram proiiciunt, & pedibus calcãt, & non differt ab alia nisi in substantia quia maior est terror & confusio. De his duabus in c. cùm non ab homine. de iudi.

Excommunicationis appellatione intelligitur de maiori, ita textus ĩ c. pe. de sent. exc. Adde ꝙ videtur dicendũ contrarium, quia in peiorib. mitior pęna est infligẽda, Host. in d. c. pe. dicit ꝙ ex quo excommunicatio est medicinalis in his quæ concernũt animam est capiẽdi pars tutior, & idem tenet Abb. in d. c. penul. & ibidem uide Fel. & cõtra istam solutionem doc. uidetur tex. in contrariũ in c. pia. de exc. in 6. ubi dicitur ꝙ si opponitur in iudicio quòd aliquis sit excõmunicatus, oportet ꝙ exprimatur species excommunicationis, si intelligeretur de maiori, hoc non esset necessarium. uide per Fel. latè in d. c. penul. uer. tertiò requiritur.

Exconsul est qui desiit esse consul simile no. de quæstione & exquæstore. in sti. in proem. §. cum hoc.

Excu

Excusatio est alicuius iustę causæ allegatio in defensionem uel supportationem alicuius.

Excusatio tutorum fit ex uariis causis & quædam innititur ęquitati. Quidā enim excusantur ad tempus, scilicet qui causa reip. abesse cœperint, & & reuersi, ad nouam tutelam infra annum non uocantur, sed ueterem coguntur statim recipere, ut insti. de excu. tut. uel cur. §. item ij qui rei publi. Est & alia excusatio à tutela, quæ dicitur excusatio veteranorum, qui excusantur à tutela si sint à militia dimissi honesta causa interueniē te & iusta, puta propter infirmitatem, uel aliam causam. Sed illa quę alio modo fit, non uocatur honesta. sed causaria: ut ff. de his qui no. infa. l. 2. §. ignominiæ. Et perpetuo excusantur qui soluuntur à militia post 20. annos. Sed ad tempus q infra 20. annos, & hoc diuersimodè tenetur, quia si infra quinque, nullam sibi uendicant immunitatem. Si uerò post quinque annos solutus fuerit, habet immunitatem unius anni, post octo annos habet immunitatē biennii, post 12. triēnii, post 17. quadriūnii, post 20. annos habet excusationem perpetuam. Est & alia tutelæ excusatio eorum qui numero liberorū se excusant, ut Romæ liberorum trium. C. eo. tit. l. cum concor. in Italia quatuor, in ꝓuincia quinque. Est & excusatio eorum qui morbo excusantur ut cæci, surdi, muti, furiosi, & perpetua ualetudine detenti. C. de excu. uete. l. unica.

Excusatio eorum qui ætate excusantur, ut maior 60. an. l. unica. præalleg. & insti. de excu. tu. uel cura. §. item maior.

Excusatio eorum qui numero tutelarū excusanť, scilicet qui habent tria onera tutelæ, id est tres honores tutelæ, ſm Azonem: quæ omnia habentur C. sub his ti. in rubro & in nigro. uide de hoc Azo. ibidem in sum.

Excusator ſm Azo. & Spec. eod.

cod. tit. est qui uenit ad proponẽdum causas ab. sentiæ alicuius qui non poterat simul ratione sui. uel causæ procuratorem constituere, ut in causis criminalibus in quibus licet procurator non interueniat (ut in l.pe.ff. de pub. iud.) excusatur tamen à legatis causis absentiæ, & bene admittitẽ, ut in l. absens. ff. de procur. etiã si uocatus erat ut ꝑsonaliter cõpareret.

Excurrere quid sit, & quid summa excurrens, declarat eleganter Bud. in l. Publia.ff.deposi.

Excutere prẹter vulgatam significationẽ accipitur interdum pro scrutari & diligenter inquirere. Vlpia. Si tibi mandauero, ut uires excuteres eius, cui eram creditorus, &c. Aliquando pro exactè aliquid expendere, ut in l. cùm in plures. §.mandaui. ff.loca. Quãdoque est nomen exigere & debitorem appellare. Paulus in l. Lucius. de admi.tuto. Non prius ad magistratus reuerti põt, quàm si omnes tutores excussi fuerint.i.ut Bud. interpretatur, quàm expertum sit an suum à tutoribus seruare possit.

Excussio, diligens est inquisitio rerum bonorumq; principalis debitoris usque ad nouissimum (ut dicitur) quadrantẽ facta.

Execrari est abominari uel detestari, & propriè attribuitur delictis dicendo, hoc delictum est execrabile. Inde factum, ut accipiatur etiam pro abhorrere. l. item. de alie. iudi.mut.cau.fac.

Executor ẜm Spec.eo. titu. est officialis per quem litis executio uel ipsius causæ præparatio iubente iudice suo expeditur, uel secundum Azo. propriè est ille qui discussa causa sententiam executioni mandat. Vocatur etiàm in iure apparitor. Require suprà. Apparitores. Aliàs etiam uocatur in iure diuersimode. De istis modis est gl. notabilis. C. de execu. rei iud. l.si ut proponis. quam prosequitur Specu.in tit. de citatione. §. sequitur. prope princ.

Item

Itẽ appellatione executoris intelligitur delegatus. c. sciscitatus de rescr. & c. si quis contra de foro competen. Vnde executores sunt illi ꝑ quos iudex sententiam suam exequitur, & rem iudicatam mancipat effectui, & mandat executioni, Et duplex est executor, scilicet merus, & mixtus. Executor merus dicitur quando per nuntium nõ est demandata aliqua cognitio, sed tantum causæ executio, & talis non debet audire exceptiones: ut C. de executio. rei iudi. l. si ut proponis. præalleg. c. de cætero. de re iudi. & ff. de iud. l. si prætor. & de tali loquitur c. pastoralis. §. quia uerò. de offic. deleg. ubi bona glo. de executione dupli ci, secundum Hostien. tamen tenetur admittere exceptionem excommunicationis, aliàs appellari potest. De hoc uide Archi. de exceptiò. pia. libro 6. Vel sic. Executor merus est qui non potest de frauda interposita cognoscere, nec ab illa appellatur nisi modum executionis excedat. ff. de appella. & relatio. l. ab executore. & 2. quæst. 6. ci q. §. ab executore. Sed à mixto executore bene appellatur si non admittit legitimam exceptionẽ, uel alias partes grauauerit. de appel. c. dilecto. & c. ut debitus. sed executor mixtus est qui habet cognitionem causæ annexam, ut in c. nouit. de appella. & de iudi. c. de cætero. præalleg. de offi cio deleg. c. pastoralis. in gl. ut cùm papa mandat alicui restitui rem suam: uel alicui dari beneficiũ, &c. talis debet recipere legitimas exceptiones, quantumcunque scribatur sibi absolutè à Papa: ut de offic. delega. ex parte. de rescrip. c. si quãdo. & cap. cùm adeo.

Exemplar & Exemplum sic differunt autore Bart. in l. Sempronius. de leg. 2. quòd exemplar est scriptura inde sumpta, quã vulgus copiam uocat.

Exemplaris dicitur illa substitutio quæ fit filio furioso seu mẽte capto in

euentu mortis in furore seu non sana mente, & dicitur exemplaris, quia admittitur fieri prædictis, sicut pupillaris pupillis fit, qa sicut hi pp ætatē sibi per testm̄ prouidere nequeunt, sic etiā prædicti pp furorem, dementiam seu defectum mentis, rebus suis superesse nō possunt, ut insti. de pu. subst. §. i. in princ. In multis tamen differt à pupillari, ut infrà dicetur de substitutionibus. Significat autem hęc substitutio diuersimodè, ut significatum ex eius uerbis, uel alias undecūque sumptū significare probat. Significat. n. primo uel eius uerba significat. seipsam. s. quòd filio cui facta est substitutio mortuo in furore uel demētia, substitutus admittatur, ut §. i. instit. de pup. substi. Significat ulterius tacitam uulgarem, arg. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. subst. §. i. inst. eo. tit. præall. Ratio sicut. n. in primo significato consideratur proprietas uerborum eius, sic in secundo significato consideratur identitas personarū: ut quod per substitutionem testator filio prouidet sic, nisi aliud appareat. Significat etiā hęc substitutio pupillarem, v. g. facta est furioso impuberi, si in furore decesserit, sensus est ꝙ si decedat in ætate pupillari, tunc significat pupillarē quia facta impuberi, licet furioso, & ualet pupillaris tm̄, quia uerba hoc significant, & quia defectus naturalis potius attenditur quàm accidentalis. l. 3. §. 1. ff. de tut. & hoc qñ illa concurrunt quæ requiruntur in pupillari, quia filius est in potestate patris, & sic de aliis. Si autem non concurrunt, tunc infra tēpus pubertatis ualet, ut exemplaris, postea non, propter limitationem illam, si in ætate pupillari decesserit. Si autem facta est sine temporis limitatione, tunc ualet simpliciter seu pro omni tempore ut exemplaris. Significant ulterius hæc uerba, filio furioso

riofo fubftituo, fubaudi .i.fi filius furiofus in furore deceſſerit, & requirit φ fit furor tpe mortis, ut in §.1.inft.de pup. fubft.præal.& l.ex facto. §.i.ff.eo.tit. licet alias ꝑ ifta uerba, Titio furiofo lego, talem qualitatem fufficiat ad effe tpe difpofitionis, ut in l. Mela. in prin.ff.de ali. & ciba. leg. quia apponitur caufa demonftrationis. Ratio utriusque, quia fignificatum fumptum eft ex affectione, qua fignificat ei prouideri cui prouidetur, eo modo quo poteft modo in primo cafu melius prouidetur ei recipiendo ea uerba in illo fenfu. Sed fecundo cafu melius prouidetur furiofo recipiendo uerba demonftratiue tantũ, quod eft proprium eorũ fignificatum. Significãt ulterius φ exiftente conditione fubftitutionis, fubftitutus admittatur uolens uel inuitus fecundum qualitatem perfonæ fubftituti. Si enim eft fubftitutus filius furiofus qui erat in eius poteftate tempore mortis eft neceſſarius uel uoluntarius, ut in §.1.infti. de hær. quali. & diffe.

Exempta actio dicitur quę intentari poffe defiit, l. fed & fi.§.actio.ex quib. cau.maio.

Exemptus dicit̃ q̃ a fuo iudice fiue iurifdõne ordinarii fubductus eft, &c. *

Exemptio propriè eft ubi aliqua conuentualis ecclefia canonicorum fecularium uel regularium monachorũ, uel monialium immediatè fubeft Papæ. Harum exemptionũ alia uniuerfalis, alia particularis. Vniuerfalis eft quæ cum uniuerfitatis iuris fpectat ad Papã, ita φ Metropolitano, aut diœcefano nihil iuris manet in eadem. Particularis eft quæ pro parte in certis cafibus ab eorum iurifditione eximitur, & alias pertinet ad eofdem, uerbi gratia, Si fortè aliqua ecclefia quãtum ad hoc eft exempta ut nullus archiepifcopus uel epifcopus poffit in ea diuina fufpendere, ficut in fua diœcefi, & alias

aliàs ei exhibeat reuerentiam & honorem. Item exẽptionis monasteriorum duæ sunt species. Quædam enim monasteria non recognoscũt superiorem nisi Papam, alia sunt ordinum exemptorum, ut monasteria Cisterciensium, &c. quę non corrigit ordinarius loci, sed abbas uel prior eorum gl. est in cle. attẽdentes. de sta. mon. Item exemptionum alia personalis alia localis. Personalis est ubi archiepiscopus uel episcopus eximitur, ut à nullo nec etiam à legato sedis apostolicæ nec etiam a iudice delegato excommunicari uel interdici ualeat aut suspendi. Sed localis est quæ loco hoc est ecclesiæ datur.

Exemptile, quod eximi potest. l. argumento. §. pe. de auro & arg. leg.

Exequi, aliquando pro ulcisci. §. fi. instit. de iis qui sunt sui uel alie. iur.

Exercere quæstionem, est torquere seu torturam inferre.

Exercitor dicitur is ad quẽ quotidianus quæstus & utilitas nauis ꝑtinet, magister uero nauis dicit̃ cui tota nauis & anchora cõmissa est. Req. suprà, actio exercitoria ubi de hoc.

Exercitus traxit nomen ab exercitatione. l. i. in fi. de mil. test. Exercitũ aũt dicimus non unam cohortẽ neq; unã alam, sed numeros multos militum l. 2. de iis qui no. infam.

Exero. i. peto sic ponitur exeratur. i. petatur. l. ut uerborum, quæ est fi. C. qui admi. ad bo. poss. ibi gl. pen. uel est idem qđ aperiatur uia petenti.

Exæstuare est feruere, bullire, uel calescere, ut est gl. in cle. dudũ, de sepul.

Exhedra in l. si uerò, de iis qui deic. uel effu. sumi põt pro cella studiaria, ut ibi ait Bud. Nã alioq exhedrę erãt loca, in qb. Philosophi apud Gręcos in palęstra sedẽtes dispu tabant, ut docet Vitruuius, q̃ a sediũ frequentia & sessitandi commoditate nomen traxere.

Exhæredatio est alicuius à sua substantia uel hære

ditate exclusio, & alterius, seu alieni institutio ueluti cũ parentes exhæredant filios, & scribunt alienos heredes in testõ, ita accipit inst. de exhæ. lib. per totũ. Et sic exhæredare est filiũ cõstituere alienũ à substãtia uel hæreditate paterna. & debet fieri causa inserta & probata. Et ꝑꝑ quas & quot causas pater filiũ, & econtra filius patrem possit exhæredare no. gl. in c. quintauallis. de iureiur. & uide Bar. ĩ l. filio ꝑterito ff. de iniusto rupto & irri. testa.

Exhibere est rem in publicum deducere seu ostendere, ut copiã habeat aduersarius rẽ suã tangẽdi, & eã sic uisam si sibi sua uidetur, uendicandi. de hoc. ff. ad exhibẽdũ. l. 2. de lib. ho. exhi. l. 3. §. ait prętor. Req. supra actio ad exhibendũ. qñq; ẽt exhibere apud Iuris. accipitur pro alere, ut in l. si quis. de agnos. lib.

Exigere propriè est ab inuito extorquere ff. de le. 5. fideicõ. §. si rem, licet qñq; exigere dicatur qs ẽt a sponte soluẽte, ut C. de fur. l. falsus. Habet & alia plura signata, q̃ diligenter persequitur Alc. in l. uerbum exactæ de uerb. sig.

Exiliũ triplex no. Arch. 45. dist. cùm beatus. in fi. & l. 5. de interd. & releg.

Exilium uoluntarium est quod quis fiat sponte assumit. l. aut facta. §. euentus. ubi Bud. de pœ.

Eximere est quoquo modo auferre, puta si quis nõ rapuerit quenquam, sed morã fecerit quo minus ius ueniret, ut actionis dies exiret, uel res tẽpore amitteretur, & datur in eum qui ui exemerit actio in factũ, quę nõ id continet quod in ueritate est, sed quanti ea res ab actore æstimata est, de q̃ cõtrouersia est.

Eximere actionẽ, uide exẽpta actio.

Existimatio est dignitatis illęsę status legib. ac morib. cõprobatus. l. cognitionũ de uar. & ext. cog.

Ex legib. hoc uerbũ sic accipiendũ est tã ex legum sñia q̃ ex uerbis. l. nomi nis. de uer. sig.

Ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, hæc clausula retrahit ex tremum temporis ad initium, & vice uersa initiũ ad extremum.

Exorbitantia appellant doctor quę a communibus iuris regulis deuiant.

Exorcistæ græcè, latinè dñr adiurãtes. 21. dist. cleros.

Expensæ sunt sumptus uolũtarii, & non necessarii. Sed impẽsæ sunt utiles, & necessariæ a uerbo impẽdere dictę, unũ tñ multoties pro alio ponitur, ut l. intra. in fi. ff. de min. Etiã impẽsæ pro uoluntariis ponuntur, nõ solũ utilib. & necessariis. ff. de uer. sig l. impẽsæ, ubi notatur q̃ sint impensæ necessariæ, q̃ utiles, q̃ uoluptuarię. Et expẽsæ differunt a dãnis. vñ iurm̃ factũ sup unũ non extenditur ad alterũ: nã expẽsę fiũt causa litis, dãna verò ex discordia ꝓueniũt, ut destructio domus, & silia de iniu. c. nr̃a. ĩ tex. & gl.

Expẽsum ferre propriè est scribere se pecuniam dedisse, sed plerunque utimur pro ascribere, & im putare, ut in l. mulier. ad Treb. & l. pupillus quæ in frau. cred.

Experiri qñq; ponit̃ pro iñdere seu defendere, ut extra de iud. c. i. de proc. c. q̃ gñaliter. li. 6. Qñq; pro agere, ut de causa poss. & propriet. c. pastoralis.

Expilatores f̃m Az. iñ sum. C. & ff. de cri. expi. hær. hi sunt qui ex rebus uacãtis hæreditatis aliquid surripiunt & expillant, de pę. dist. 1. aut facta. Re q̃re suprà actio expil. hę.

Expillatores ẽt uocantur q̃ uiatorib. pallia & uestes diripiunt, l. i. de effract.

Explicatio est allegatio q̃ supplicationẽ infirmat, unde replicatio est allegatio contra exceptionẽ, & adiuuat actorẽ, & supplicatio est allegatio q̃ replicationem infirmat, & reum adiuuat. Sed explicatio est allegatio infirmãs supplicationẽ, & sic pro actore cõtra reũ.

Explosa. i. exclusa. c. inquisitioni, de sent. excom.

Expõere. i. cõtra se ponere.

Exponi autẽ dicũtur infantes, serui, liberti, & lãgui di, si sine cura dimittunt

uel eis alimenta negant a parẽtib. à dominis uel à patronis, ut ĩ c. unico. de infan.& langui.

Expressum quomodo du pliciter sumatur, not.ff. de vulg,& pup.substi.l. 1. n pri.& de prȩb.si epi scopus,in gl.certas,li. 6.

Expressa pupillaris substitu tio req. ĩfrà substitutio.

Expromittere est pro alio promittere, unde expro missor.i.fideiussor.l.5.§. satis acceptio.de uer.ob lig.q̃uis Acc. in auth. de fideiu.eos inter se differ re existimauerit. Sed, & expromittere aliq̃n dicit is qui pro se, nõ ẽt pro alio ꝑmittit,ut in l.hoc iure.§.si qs seruo. de do.

Expugnari nauis qñ dicat, explicat eleganter Iurisc. in l. expugnatur. de in cend.rui.nau.

Expungere est punctis cir cũducere, & tollere seu cancellare, vnde expun ctus miles, qui ẽ nume ris exemptus est. l. pen. de re mili. at expunctæ rationes dñr, cũ ultima manus calculo & dispun ctioni imposita est. l. in omnib. de diuer. præsc.

Exquæstor est qui publicæ pecuniæ congregandæ, conseruandæ,& quæren dȩ officium habebat,sed hanc administrationem deposuit, uel dicitur ille qui quæstoris deposuit administrationẽ, ut no. insti.in proȩ.§.cum hoc. c.in gl.uide suprà excon sul,& infrà quæstores.

Ex seminario.i. stirpitus. l. 3.arb.fur.cæs.

Exterminare, est q̃si extra terminos uitæ uel iuris ditionis suæ ponere.cle. unica. de iureiur. & de hȩre.excommunicamus. §. moneantur, & §. seq. ponitur ẽt pro depone re, desolare in exilium mittere.

Exterus religionis .i. alie nus à religione.l.Nemo. C.de Iudæ.

Extimare, est alicuius rei certũ pretiũ dare, & est ĩdẽ qđ taxare uel certũ pretiũ diffinire & deter minare. Sed orthogra phia poscit ut scribatur æstimare.

Extorres.i.immunes,uel in sontes.de sent.exc. c. cõ tingit.& distin.19. nulli fas est.& ea.dist.c.ita do

minus. §. in omnem terram & habetur. C. de custo. reo. l. 1. de his. q̃ est l. fi. & de pœ. dist. 2. item proinde. ubi dicitur nudari facultatib. ꝓpriis & patriæ suæ extorres fieri & 11. q. 1. conspirationũ.

Quod autor hic citat ex 19. dist. c. nulli fas est, extorris fiat, &c. in libris quibusdam legitur exors, id quod eãdem penè significationem habet cum dictione extorris, hoc præcipuè loco, cùm exortem eum intelligamus, qui extra sortem, (hoc est partem,) sit cui cõtrarium est consors, hoc est particeps, Extorres autẽ plerunque appellantur exules, quasi extra terrã eiecti, & ita interpretandum in d. c. item ꝓinde.

Extra, no. Arch. de rescr. statutum, lib. 6. §. 3.

Extraordinarium remediũ est quod ob aliquã causam extra uel ultra cursum solitum alicui datur vt restitutio minori læso, uel absenti causa iusta, necessaria, uel probabili, ad q̃ remedia nunq̃ recurrendum est quãdiu remedio ordinario locus est, ad quod potest haberi recursus.

Extraordinariũ iudiciũ est corãm delegato, uel quã do non proceditur in figura iudicii, sed ex officio iudicis in modum inquisitionis uel denuntiationis, uide tex. iũcta gl. in c. qm̃ contra, de prob.

Extra ordinem quid importet, uide Bar. in l. i. ff. de fur. & Bal.

Extranei hæredes, uide in uer. Hæredes extranei.

Extricatas margaritas interpretatur Bud. in l. si seruus. ad l. Aqui. quæ ex rudi natiuoque habitu arte gẽmarii expolitę sunt.

Extunc, tempus extremum significat. ff. de cond. & dem. l. si is. §. si ita.

F ante A.

FAber lignarius, dicĩ non solum qui ligna dolat, sed generaliter omnis q̃ ædificat, ff. de uer. sign. l. ferri. §. fabros.

Fabricenses dicebantur qui erant deputati armis faciendis, reparãdis uel uẽdendis

dendis, ut l.i.de fabric.li. 11 C.Io.An.in c.si iudex. de sen.exc.li 6.dicit ꝙ fabricensis dicit̄ qui publica arma facit, idq; in publicis fabricis, & non alibi, & dat primicerio ut reponat in publicis armamentis, quorum brachia stigmatæ figurantur.

Fabriles operæ.ff.de præsc. uer.l.pe.& de ope.li.l.fabriles. Et q̄ sint fabriles, & q̄ obsequiales, & q̄ artificiales, uide ff.de cōd. inde.l.si non sortem.§. si libertus.

Fabrorū præfectos. in l. diuus.de bo. dam. eos esse Bu.cēsuit, quos Cōmēta riēses q̄ dicit̄ adiutores sibi asſūpsit ad custodias obseruandas regendasq́.

Fabula ē q̄ nec uera nec uerisimilia cōtinet, in ꝓœ. inst.§.2. sup uer. fabulis, & l.antiq.ff.si pars hę.pe.

Facere uerbum, est gn̄ale lateque patet, l.uerbum facere, l.faciendi. & l. facere, de uer.sig. Item dicitur ille cuius autoritate fit.de sen.exc.c.mulieres & facere dicitur quis statim, confestim, incōtinēti, mox, ilico quod facit sine īterualło, nullo actu contrario aut impertinēte inter medio, de electione: quia ꝑꝑ, ubi dicitur ꝙ post collationem mox debet electio celebrari. Similiter cū uis inferē personæ incontinenti repelli debet.i. sine interua llo, quasi bello cōtinuato. Itē id quod in triduo facit. C.de erro.adu. l.ult. ubi dicitur ꝙ aduōcatus pōt reuocare errorem suum statim.i. infra triduum. Et hoc intelligit Plac. sicut sonat. Sed Accur. hoc intelligit qn̄ causa durat post errorē tm̄ per tres dies. Itē qđ facit in decē diebus.ff.de cōst.pec.l.promissor, ubi dicit̄ ꝙ si quis sine die cō stituerit se solutur̄ pecuniā alicui, contra eum agi pōt si statim non soluerit infra decem dies. Item quod facit in uno anno.20.q. 1. puella. ubi dicitur q; si insciis parentibus īnfra duodecimū annum uelū acceperit, parentes, uel tutores possunt hoc statim irritare infra annū. Item quod facit cū quodā temperamento

mento temporis, ita ꝙ nec minimum, nec maximum tempus assumit, quod magis potest intellectu concipi quàm dici. ff. de sol. l. ratum, & l. qđ dicimus. ubi dicitur ꝙ hęres fideiussori testatoris hoc quod ante additam hæreditatem soluit pro defuncto, statim soluere debet. s. cum quodam tẽperamento tẽporis, nec enim statim cum sacco paratus uenire debet. Itẽ quod facit quamprimũ potest. de resti. spo. olim causa, ubi dicitur ꝙ uim illatam rebus potest quis repellere incontinenti. i. q̃ cito poterit, collectis amicis, ita tamen ꝙ illud incontinenti non extendatur ultra annum. Hoc Ber. de ele. quia pp. Idem quod facit in uno mense 1. q. 1. constat, ubi dicitur ꝙ si aliqui ordinati sunt ab hæreticis per uim, si statim renuntiauerint cõciliabulo hæreticorum. i. infra mensem, tunc excusantur. Item quàm cito scit, ut 22. q. 2. mulierem. Item quod facit qñque, ut ff. si cert. pet. l. 1. ubi dicitur. Quicunque rei assentimus alienam fidem secuti, mox recepturi quid ex eo contractu, credere dicimur.

Facere quod potest qualiter quis conueniatur, & quomodo intelligatur, habetur in l. sunt qui cũ nouem legib. seq. ff. de re iud. nam patroni, patronorum liberi, & parentes eorum, miles armatæ militiæ, uel doctor presbyter, &c. si condemnatur ad id quod facere pñt, non totum quod habẽt, extorquẽdum est, sed ratio habẽda est ne egeãt, ut in l. in condemnatione. ff. de reg. iur. Nam intelligitur quis facere debere quod commodè & honestè põt. Nec enim uidetur fieri posse, quod non potest fieri honeste ff. de uerb. signif. l. nepos proculo.

Facere partem dicitur qui efficit ut sibi cõiũctus nõ plus accipiat parte sua.

Facinus. i. dolus. ff. de act. & obli. l. seruus.

Factitare est frequẽter facere. l. Fulcinius. latitare aũt. ff. qb. ex cau. i po. ea.

Factio est conspiratio. l. qsquis. C. ad leg. Iul. maiest. ubi glo.

Factionum duces qui dicãtur, uide Bar. in l. constitutiones. ff. de appel.

Factum & gestum licet strictam quandam inter se habeãt differẽtiam, abusiuè tamẽ nihil differũt. l. licet. de uerb. signific.

Facultates magnę dicũtur quinquaginta aurei, ut C. de def. ci. l. i. Vel 10. librę auri, ut in auth. de app. §. 2. col. 4. Vel 300. aureorum ut in auth. de def. ci. §. & iu. col. 3. Vel uerius usque ad quingẽtos solidos summæ paruæ. si ultra summæ magnæ. instit. de att. tut. in §. nos autem.

Falcidia, dicitur lex à Falcidio tribuno plebis qui ipsam adinuenit ad hoc ꝙ quis extraneo testõ suo legare nõ posset, qn ad minus quarta remaneret hæredi, ꝙ si contra facere, locum nõ haberet. & sic dicitur falcidia à falce, ad defalcandum de singulis legatis, per quam permittitur hæres habere quartam partem legationis, uel hæreditatis, quãdo etiã tota hæreditas uel maior pars est legatis exhausta. Et est triplex falcidia ẜm Io. And. in gl. dist. 2. responsa prudentum. Require infrà l. falcidia.

Fallacia, uide suprà in uer. dolus malus.

Fallonia (aliàs felonia) est culpa iniuriæ propter quam uasallus amittit feudum. Et est quædam culpa quę respicit dominum, scilicet, quãdo tribus uicibus citatus legitimè, fidelitatem præstare noluerit, ut in usibus feudorũ quæ fuerit prima causa beneficii ami. capit. i. Est & alia causa quando infeudauit, alia lego quàm ipse habet, uel talem uassallum qui feudum deseruire non potest. Sunt & aliæ feloniæ, ꝑꝑ quas feudum amittitur, & nõ respicientes dominos, ut not. Hostiens. in summa de feud. ubi uide.

Falsum est quod caret ueritate, ut rescriptum falsum, quod nõ habet ali

quod

qđ primordium seu substantia ueritatis.s. quod non emanauit à Papa, & tamen apparet emanasse.c. sua nobis. de offic.uic.ubi de hoc.Sumitur tamen quandoque falsum pro iniusto,ut in §.eadem. insti. qui & ex quib.cau. man.nõ poss.

Falsus tutor uerè dicitur q tutor non est: Sicut falsum est testamẽtum qđ testamentum non est.l. Paulus. de uerb.signific.

Falsarii sunt qui crimine falsi tenentur, uel qui crimen falsi cõmiserũt. cap. ad falsariem. extra de crim.fal.

Falsitas est imitatio ueritatis:nam falsatores semp studenc imitari ea quæ uera sunt, ut falsa uideãtur uerisimilia, ut in authen. dé instru. cau. in princ. Et ad esse falsitatis tria requirũtur, quorum si alterum deficit, falsitas nõ est punibilis, scilicet mutátio ueritatis,dolus, & quòd alteri noceatur. iuxta not. per Host. & Azo. & per tex. in l.quid sit falsum.ad l. Corn.de fal.

Fama ẽm Spe.tit. de noto. crim.§. Fama, est illæsæ dignitatis status legibus & morib. cómprobatus & in nullo diminutus, secundum gl.in l.i.C.ex quib.cau. infa. irrog.Et hæc fama quandoq; minuitur, quandoque consumitur in totum, ut ff. de uar. & extraord. cog. l.pen.§.existimatio.& §. minuitur. & §. consumitur.& loquitur de fama hominis.Sed fama de aliquo negotio describit sic, Est communis & clamosa insinuatio insurgens apud totam vel maiorem partem populi, ex certo autore proueniens.Et in descriptione famæ per Spec. nomen dignitatis non ponitur pro honore publico,sed pro potentia à natura cunctis attributa. Et hæc descriptio locum habet tantum in bona fama. Ideò ẽm eundem Spec. potest hoc modo describi,ut comprehendat & bonam & malam famã. Fama est uehemens uulgi & maioris partis opinio,rei de qua quæritur con

cõsentiens uel cõsonãs.

Fama de homine sic cõ sueuit describi, est dignitas, status, uita ex moribus comprobata. Et fama, opinio, & existimatio, idem sunt.

Fama differt à rumore, q̃a fama certum habet autorem, rumor vero incertum. Itẽ fama procedit à maiore parte uiciniæ, rumor à minori. no. Io: And. cap. uestra. ĩ 18. col. uersic. Ad gradum. de cohabit. cleric.

Fama differt à clamore, q̃a fama est plurimorũ, clamor paucorum. not. Fel. in c. qualiter. 2. in princ. de accusat.

Fama qũo probetur, uide Bar. in l. de minore plurimum. de quæst.

Familiæ appellatione q̃d ueniat, uide Bar. in l. i. §. familiæ. ff. de ui & ui arma. & l. fin. C. de uer. sig. idem Bart. in l. si cognatis. ff. de reb. dub. latius tex. in d. l. fi. & in l. ꝑnũciatio. & l. detestatio. de uerborum signific.

Familiæ hercifcundæ. i. hæreditatis diuidendæ. no. in rubro. ff. famil. hercis. Require suprà actio familiæ hercisc.

Familiaria sepulchra dicũtur quę quis sibi familięque suæ constituit. l. 5. de relig. & sump. fun.

Familiaris & domesticus in quo differunt, ponit Bal. in c. in literis. de testi. & Feli. in c. insinuante. in 3. col. uers. & quæ differentia sit. de offi. de leg. & dicitũ desinere esse familiaris quando dominus eum licentiauit, uel quãdo ipse familiaris seipsum licentiauit: ut no. Io. And. in c. fi. de uerb. sig. in nouella. ĩ 6.

Familiaritas ꝑ similitudine. §. adeo. insti. de loca.

Famulus, mancipium, & seruus qualiter differãt, not. Arch. 22. q. 3. cap. patrem.

Famosum carmẽ ẽm Azo. in sum. C. de iniur. est dictamẽ uel historia composita ad alicuius infamiam.

Famosus libellus potest ꝓpriè dici liber cõscriptus ob alicuius infamiam. ff. de iniur. l. lex. §. si quis librum.

Fanatici olim dicti sunt homines

mines numine afflati, qualis describit Cumęa Sybilla apud Virg. à fando, ꝙ futura prædiceret meminit. l. 1. de ædil. edic. ubi Bud.

Fasces, id est honores seu dignitates. ī auth. de cō sul. circa prin. & ut iudi. sine quo, suffra. §. necessitatem, & uide ff. de offi. procon. & lega. l. ante pe. & ibi in gl. ꝑpriè aūt erāt fasciculi uirgarū, in tra quas alligata erat securis ita ut ferrū summo falce extaret. Hoc falces lictores consulib. & pro consulib. præferebant.

Fasti dies erāt qb. lege agere licebat. Fasti aūt libri, quibus totius anni fit descriptio & causæ festiuitatum explicantur. vulgò uocamus calendaria.

Fastigiū. i. altitudo uel magnitudo. C. de no. codi. compo. §. i. uel id est culmen dignitatis, uel summus honor, ſm Papiam, ut not. per Arch. 59. dist. ordinatos. & C. de pro cur. l. penult.

Fatum est genus diuinationis, cui qui intēdit dānationē animę suę īcurrit. 27. q. ult. nō obseruetis.

Fatalis dies ſm Azo. ī sum. C. de tēp. appel. dicit spatium temporis infra qđ appellās debet appellationem prosequi, & quidem olim quatuor dies fatales concedebantur, quorū primus erat spatiū sex mēsiū, & hoc si appellatū fuit à snīa clarissimi uiri, uel spectabilis uiri, uel delegati à principe. Scđi aūt dies fatales sūt spatium 30. & unius dierū. tertii & quarti sūt similiter totidem si saltem facta fuerit appellatio a delegato uel spectabili uel clarissimo uiro, ꝑut hoc habet in l. 2. C. de tēp. appel. Hodie aūt sciatur de iurisditione ex ordine unus tātū fatalis dies est. i. annus. Sed si iusta causa intercesserit, alius annus indulget, & ita erit scđs dies fatalis quo trāsacto lite nō cōtestata rata manet snīa: ut in auth. ei q̄ appellat in dicto tit. de temp. appel. Dicebant aūt fatales dies, quia in eis fatum. i. terminus causæ imponit uel mors accidit causæ:

F ante E.

FEbris, ut diffinitur in l. quęsitum. de re iudic. nihil aliud est q̃ motus corporis contra naturã.
Federati, uide Fœderati.
Felonia dicitur delictum quod committit uasallus contra dominum: ut habetur in usibus feud. c.i. de alic. feu.
Fœnum an ueniat appellatione frugum. no. in l.i. §. Labeo. ff de aqua plu. arcen. & sumitur fœnũ octo modis ſm Archidiac. in c. unũ orariũ. §. penul. 25. distinct. Venit autem appellatione fructuum: ut est tex. in l. si usufructuarius messẽ. ff. quibus modis usufr. amit. & in l. pratum. ff. de uerbo. sign. & Ludo. Rom. in suo no. 560.
Feriæ ſm Azo. in sum. C. eod. tit. dicuntur à foro quasi fęriæ, quia pręstãt uacationem ab his quæ consueuerunt agi in foro. Et sic feriæ sunt quædam solennitates tẽporum, in quibus causę tractari non debent. Vnde feria vno modo capitur pro qualibet die in hebdomada, & ita seruat ecclesia dicendo, feria prima, feria secunda. & dicitur à for faris. s. à fando id est, loquendo, qui singulis feriis solo uerbo loquendo Deus creauit hominẽ & omnia. Alio modo capitur pro die solenni festiuenda, & sic dicitur à feriendis uictimis quæ offerebantur in feriis, uel à feriendo ſm Papiam, quia & si omnibus diebus abstinẽdum sit à malis, istis tamẽ pręcipue: ut in cap. i. de fer.
Feriarum aliæ sunt repentinę, quas Imperator uel princeps indicit repentine propter uictoriã, uel uxorem ductum, uel filium natũ, uel propter publicam cõgratulationem ob diem natalis Imperatoris; ut C. eo. tit. l. 1. & dicuntur repentinę quia sunt certè, imò qa repente & subito indicũtur, & à nullo iudice indici possunt nisi à principe, ut in l. i. C. de fer. Aliæ sunt solennes, quarum quædam indicuntur ob reuerẽtiam Dei, ut

ut dies dominicus, ut l. 2.C.eod.tit. & l. omnes dies. Aliæ ob honorem principis,ut dies natalis uel coronationis eius.C. eo.l.fin.&in d.l. omnes dies. Aliæ autem ob honorem ciuitatum & Dei natalitii maximarum urbium,ut Romæ & Constantinopolis, l. omnes. præalleg. Aliæ ob necessitates hominum uel publicam utilitatē, ut sunt duo menses,unus gratia messium,alius causa uindemiæ,de quibus etiam ī præalleg.l.omnes dies. Has uero ferias.Spe. co. tit.non uocat solennes, sed iudicat rusticas uel publicas quia propter rempub. uel utilitatem rusticam indicuntur, & forte Spec. mouetur ex l.i.in prin.ff.eo.tit.Et statuuntur hæ feriæ secundum consuetudinem loci,& ſm uarios terrarū ritus:ut ff. de fer.l.p̄sides.

Feriç latinç, quarum mentio in l. 2. §. quoties. de origin.iur.olim inductæ fuerunt ob inducias inter pop. Roma. Latinos q́ue firmatas.

Ferri propriè dicimus ea q̄ quis in corpore baiulat, portari vero ea quç quis iuramento secū ducit. Agi uero uel duci dicuntur animalia,ut.ff.de verbor.signific.l.ferri.

Ferruminatio est eiusdem generis materiarum solidatio & coniunctio,ut si scypho argenteo fundus ferreus apponat̄. de hoc not. in l. in rem .ff. de rei uend.sed applūbatio require supra in A.

Feudum ſm Host. & Azo. eod.tit.in sum.§.i.est beneficium alicuius rei, ìn uestitura interueniente sic cōcessæ seu datæ alii, ut dominium penes cōcedentem remaneat, cuius occasione recipiens & successor eius concedenti domino ad id de quo & quousque cōuenit,aut feudi natura req rit secundum diuersarū regionum cōsuetudines obligatur:quib.deficientibus iuri scripto obligatur.Pro diffinitione feudi:& uide gl.ī usib.feud. &quib.mod.feud.amit. in prin. & summam ad quam ibi remittitur. Dicitur

citur autem feudum à fidelitare uel à fide quam uasallus domino præstare tenetur. Nec enim debet aliqua inuestitura fieri ei qui fidelitatem facere recusat, nisi feudū eo pacto sit acquisitum ut de eo fidelitas nō præstetur: ut in consti. feudorum: per quos fiat inuestit. & per quos recipiat. c. nulla. & c. seq. & in quibus cau. feudum amit. in c. 1. §. 1. in usi. feu. no. Itē feudum est res concessa alicui ad utendū pro seruitio. Secūdum Goffr. est beniuola concessio rei pro homagio facta. Et additur cōcessio beniuola, quia fit ex gratia beniuolentia, & ergo beneficiū dicitur. Etiam ideo concessio dicitur, quia apud dominium remanet proprietas, & dominium directum, sed uasallus acquirit usumfructum, & utile dominiū: arg. eorum q̄ not. de emphyteuta. ff. si ager uec. pet. l. i. §. qui in perpetuū. & fuit hoc dictū suprà. Pōt ēt sic describi. Feudū est beniuola actio tribuens gaudium capienti, cum seruitio retribuēdo, per quam transfertur utile dominium de domino in uasallum.

Feudum legium secundū Spec. ti. de feu. in trac. libellorum. §. quoniam super homagium. uer. porrò, est quando causa & occasione homagii ceperit à domino, ut cùm baro dicit alicui pauperi militi, quod aliquē rē immobilē sibi dare si ei faceret homagium, & illam dedit, talis res uocatur feudum legium, & talis uasallus homo legius uocatur, & hęc probant ī l. feu. si de feudo contr. fue. ui de infrà, homagium.

Feudatarius est qui feudū recipit, qui etiam uasallus dicitur.

F ante I.

Fictio iuris est quando in certum de aliquo facto fingit statuendo oppositum exemplū, bene fingit uxorem stipulatā dotē reddi sibi licet sit certū quod non fuerit stipulata, sed ī fauorē mulieris hoc fingit. Abb. extrà, in

in c.is qui.nu.6.de spon. & in c.quanto.de presu. De materia fictionũ, ui de latissimè per Ias. in re pe.solenni.l.si is qui pro emptore. ff. de usuc.

Fictio iuris differt à præsumptione, quia fictio iuris semper est contra ueritatẽ, ut in iure postliminii, &c. Præsumptio aũt frequenter intelligit̃ stare cũ ueritate, sicut sæpe stat. Ius.n fingit aliud quàm est, ut fingit mulierem stipulatam q̃ nõ est. l.unica.in princ.C.de rei uxo.act. Fingit natũ qđ non est. ff de statu hom. l.qui in utero. Fingit nõ esse natum qđ est natũ. ff.de li.& posth. l. Titius testõ.§.Lucius. Fingit uiuere quod non uiuit, in sti.de excusatio.tut.§.de fun̄cti autẽ.uer.hi enim. Fingit non conceptum eum qui mortuus nascitur.ff.de uerb. sign.l.qui mortui.no.Azo.in prin. sum.circa 10.prędicamẽta.Et Gof.ĩ sum. de p̃su.

Fictus ẜm Bald. aliquando appellat̃ census. Bal. in ti.de pa.Constan.in uer. persoluere,& censualis. C.de dona.& Fel.in c.ad audientiam.7.col.uer.& dum remittit.de præscr.

Fides est substantia rerum spetandarum, argumentum non apparentium, ẜm Apostolum in Epist. ad Heb.11. Primum dicitur, qa sperare debemus quod dictum est à Prophetis futurũ. Secundũ dicitur quia prophetias iam completas debemus habere argm̃.i. probationem, non apparentium, .i. de futuris complendis. Sed illa est quædam notificatio, & non uera diffinitio, quare magistraliter sic diffinitur. Fides est uoluntaria certitudo absentium, infra scientiã, & supra opinionem constituta Aug. dicit, Fides est credere qđ non uides. Et duæ sunt species eius.s. formata, & informis. Et capitur multis modis, de quo uide gl.bonã in c.firmiter. de sum.Tri.& fid. cath.

Fideicommissum est illud legatũ uel relictum qđ committitur fidei hæredis alicui dãdum ab eo, ut cũ testõr dicit, Hęres,

 fidei

fidei tuæ cōmitto ut des legata & cōmissa, ut ſm Az.in ſum.C.eo.tit.§.ſequitur. Hodie tamen nō eſt differentia inter fidei commiſſa & legata, ſed olim multæ erāt differētiæ.Omne.n.legatū fidei cōmiſsū dici pōt & econtra, ꝑ quo eſt tex inſt.de leg.§.ſed non vſq;.Nā ipſorum eadem eſt natura. ff.de le.1.l.1.ubi dicitur. Per omnia exæquata sūt legata fideicommiſſis.

Fideicommiſſarius eſt ille cuius fidei legatum uel relictum committitur.

Adde ꝙ imò fideicommiſſarius eſt ille,cui fideicō miſſum præſtari debet. §.ſed quia. inſti. de fidei com.hær.

Fideicommiſſaria libertas, req.infra libertas.

Fideicōmiſſaria hereditatis petitio eſt quæ competit ei cui fideicommiſſaria hæreditas reſtituitur ex ſenatuſc. Treb. aduerſus poſſeſſores rerum hæreditariarum.

Fideiuſſor eſt qui alienam obligationem in ſuam recipit uel ſuſcipit fidē, principali nihilominus manente obligato uidelicet, qui ſe pro alio obligat:ut eo ſ.principali debitore non ſatisfaciente, ipſe ſatisfaciat.Et dicitur quaſi iuſſu alterius ponens fidem ſuam, ut inſt. eo.ti.in princ.& ff.eo.l.j. & 2.Eſt autem fideiuſſor nomen generale, quia cōprehendit ſub ſe mandatorē & conſtitutorē,& eū qui ex tōto in ſe alienam obligationem trāſfert,qui & promiſſor uocatur. Sed hi differunt inter ſe,quia cōſtitutor nō obligatur niſi præcedat obligatio quæ in iurib. data ſit:ut in l.i.& l.3.§.i. cum aliis.ff.de cōſti.pec. & l.2.C.eo.tit.Fideiuſſor uerò obligationem præcedit & ſequitur.inſt.eo. ti.§.fideiuſſor.Mandator autem nunquam ſequitur ſed ſemper præcedit obligationem,ut ff.man. l.ſi uerò non remunerandi cauſa.§.ſi poſt creditā, niſi in caſu qui habetur in eo.§.uer.planè, Et differentiam hic poſitam, no. gl.in l. præalleg. §. ſi poſt.in prin. cui eſt ſimilis gl.C.eo.tit. ſuper rub.

Et

Et quòd præcedat obligationem, uide Host. in sum. eo. ti. §. 1.

Fideiussor in rem suam dicitur qui fideiubet pro aliqua re in ea causa quæ res futura est eius, v.g. dedi procuratorē ad defendendum in causa mea, & fideiussi pro eo iudicatū solui, hoc casu fideiussor in rem meam dicor, ut l. si defunctus, ff. de procu.

Fideiussio ita fit, si interrogetur fideiussor sic. Fide tua iubes quod iste debet? & ille rńdeat. Fide iubeo, ut inst. eo. tit. §. in stipulationib. Hodie tñ ẜm Host. in sum. eo. ti. §. qualiter. vulgares utunt̄ hoc modo. Es fideiussor pro tali? & promittis mihi pro eo? Et iste respondet. Sic, uel, Promitto.

Fidelitas ẜm Host. in sum. de feu. §. quid sit fidelitas. nihil aliud est nisi iusiurandū quod à uasallis præstatur dño. Et ibidem hr̄ plena forma fidelitatis, ut 22. q. 5. de forma. de iureiu. c. ego N. Et in quo differt ab homagio no. in cle. pastoralis. §. rursus. de re iud.

Fiduciaria hæreditas est eadem quæ fideicommissaria. l. certi. ff. si cer. pet.

Fiduciaria uēditio dicitur, in qua pactum redimendi interponitur.

Fiduciarius hæres is est, cuius fideicommissum est, ut alii hæreditatem restituat, l. Seius. ad Treb.

Fieri incontinenti dicitur hoc quod potest cōmitti iudicis arbitrio, ut dicit Alanus de app. c. ansit. in gl. ult. id est in actu se tenente, hoc est anteq̄ contrahentes se ad aliū actum & negotia diuertant. ff. de uerb. obl. l. continuus, uide suprà facere ubi de hoc.

Figulinæ dicuntur loca in quibus figuli exercēt officia sua uel artem.

Filius est is quem nuptiæ demonstrant. ff. de in ius uocan. l. quia mater. uel per confessionem patris & matris. c. transmissæ. q. fil. sint legiti. uel per affectum extrà de præsump. afferte. 2. q. 6. ad Romanā & statur his coniecturis donec probetur contrarium secundum Gof. in sum. tu. de nat. ex li. uen.

Filius largè & ſm ueram ſignificationem uerbi ſe extendit non ſolum ad ueros filios, ſed & ad nepotes & alios quos mori proſequimur; quia dicitur à philos quod eſt amor, uerum ſm uſum, & conſuetudinem non, ſed tantummodo de propriis filiis intelligit.inſti. ut ſuprà §,appellantur.

Filii nomine in ſtatutis filia non uenit.Fel.in rub. de fi.inſtr.col. fi. & generaliter an, & qñ filii appellatione contineat filia,tradit latiſſimè Bart. in l.i.de uer.ſig. Et Dec. in l.fœminæ.de reg. iur. An autem contineantur nepotes,tradit idẽ Bart. in l.liberorũ.de uerb.ſig. Et palam eſt poſthumos quoque filiorum appellatione contineri, ut in §.fi.inſt.qui teſta. tut.

Filii ſm Az. in ſum. C. de nat. li. ſunt multiplices. Aliqui ſunt naturales & legitimi, ut qui naſcunt per legitimũ thorũ. Alii ſunt legitimi tm̃, ut adoptiui. Alii naturales tm̃, ut nati ex cõcubina uni ca & ĩ domo indubitato affectu cõiuncta. Alii neque naturales neque legitimi, ut qui ex illicito & damnato coitu nati ſunt. de his oĩb.eſt gl.in ſti.de ado.in pri.& gl. in c.ꝑ uener ꝗ fil.ſint leg.

Filius adoptiuus. Require ſupra Adoptio.

Filius arrogatus. Require ſuprà, Arrogatio.

Filiusfamilias dicitur qui eſt in poteſtate patris uel parentis.l.nam ciuiũ ff.de his qui ſunt ſui uel alie. iur.

Filius naturalis, & baſtardus idem important. gl. eſt in rubr. ff. de concu. Bar.in l.ex facto.§.ſi quis rog.in fi.ff.ad Treb.

Filij ſpurii dñr qui de adulterio ex ſoluta cũ non ſoluto, uel econuerſo cõcepti ſunt. c.trãſmiſſe.præalle.l.uulgo.ff. đ ſta.ho.

Filiaſter filiaſtra eſt filius uel filia ex alio coniuge genitus uel genita, non ex eo,quẽ mõ hẽt mulier 30. q. i. ſi quis filiaſtrũ.

Filiatio probatur ut per Doct.in l.Luc.ff.de cõd. & dem. per communem nominationem parentũ, & ꝙ natus eſt in domo mariti

mariti cōmorantis uxori uel concubinæ.l.filium, ff. de his qui sunt sui. gloss. cap.Michael.de fil' presby.

Finium regundorum. Req. supra, Actio finium regundorum.

Finitimus.i.uicinus. c. per tuas,de sent.exco.

Firmum & ratum differunt quia firmum dicitur esse de facto, ratum uerò de iure Bart. in l. id quod pauperib.iuncta gl. C.de epis.& cler.

Fiscus est saccus regius in quem reducũtur uel cui applicantur bona bannitorum, uel proscriptorum, taliter accipitur. ff. locati. l. sed ędes.§. fiscos. uel est regii uel imperialis thesauri congregatio uel imperialiũ bonorum collectio, uel priuilegiũ,quia fiscus multa habet priuilegia, ut not. Azo. in sum.C.de pri.fis. ad quod uide no.C.de iure fis. in rub. Et nota ꝙ differentia est inter fiscũ & rempublicam, sicut inter speciem & genus. Fiscus enim est bursa solũ de cōmodo pecuniario, sed respublica pecunias. honores,præmia, & alia considerat no. in l. mancipia.C.de ser.fug.

Imò in præall. §. fiscos. nomen fisci uas ex uiminibus contextũ sigñat, ut ibi adimaduertit Bu. Et q̃ olim esset differentia inter fiscũ & ærarium,ui de suprà in uer.Aerariũ.

Fit & fiunt,hæc uerba non tm̃ respiciunt præsens, sed ēt futurum. 25. q. 1. generati.in tex. & in gl.

Male hoc pot. autor ex eo tex.nã loqř de uerbo fit, qd' gl.extendit ēt ad uerbũ Fiat,nō de uerbis Fit, & Fiũt, q̃ nullo mō aptari pñt ad tempus futurũ.

F ante L.

Flagitare.in l.2. de priu. deli.est instanter ꝓpudicitiam alterius attentare, ut docet ibi Bud.

Flamines dicebanť sacerdotes gẽtiliũ,à filo quo ĩ capite utebanť,à quo dicebanť flamines quasi filamines, nam nudis eos capitibus penitus incidere nefas erat.dist. 21. cleros post medium. Inde archiflamines, & proto

flamines,ut ead.dist.§. i.

Floci nomine intelligitur habitus habens manicas longas & amplas.Cuculę uero nomine habitus lõgus & amplus sine mani cis,ut in cle.ne in agro.§. uerum.de statu mo.

Fluctuare.i.dubitare.12. distinct.c.illa.

F ante O .

Fodinæ dnr loca uel foueæ ubi aliquid foditur dist.21.cleros. Inde dicũtur ferrifodiuæ foueæ, ubi fodit ferrum, & auri fodinæ ubi foditur aurũ.

Fęderati suat non (vt Acc. putat in l.non dubito.de capt.& postli.reuer.)qb. cum induciæ factæ sunt, sed cum quibus populus Ro. amicitiam (vulgo ligam vocamus)coierat,sociosq́. appellabat Bud.

Fœnerare apud Iurisc.est fęnori pecuniam accipere, ut annotauit Alcia.lib.4. de uerb:sig.

Fœnebris pecunia, quæ fœnori datur.§.penult.inst. quod cum eo.

Fomes carnis est languor naturę uel animę,qui appellatur concupiscentia carnis,15.q.1.§. itaque, & non est pctm̃,sed pęna peccati.Et dicitur animę infirmitas, quia accedit animæ ex coniunctione carnis.§.itaque.præal.

Foraneus dicitur qui forũ tenet,uel de foro uenit. 3.q.6.peregrina .

Foresta est locus ubi ferę inhabitant uel includũtur, gl.in c.cũ dilecti.de don. aliàs dicitur latũ nemus, de his ponit Fely.in c.Rodulphus. in 16. col. aliàs 13.uersi. quid autem sit foresta.de resc. Et ubi qs habet usum uenandi ẜm Ber.de don. cum dilecti . in glo.i.

Forma , facies cuiusque rei seu figura.l. mulieris . de uer.sig.qñque sumitur ꝑ ordine. hoc est de curia uel classe.l.scriniis. C. de palati. nonnunquam ꝑ ligno quo calcei informãtur.l.sed & si. ad l. Aq. A Doct.uerò plerunque accipitur pro solennitate quæ a iure requiritur in conficiẽdo aliquo actu .

Formula. req. supra. Actio.

Formidolosus pro timido. §.sinautem. instit. de pupi.substi. .

Forma

Fornacarius idem quod pi strinarius uel pistor, l. si seruus. ff. ad l. Aquil.

Fornicarii in l. quidam. de usur. sunt opifices, ppo læ, institores, qui a fisco conducunt tabernas sub arcubus, qui fornices ap pellantur, ut ibi merces suas uenales habeăt. Bud.

Fornicatio est cuiuslibet il liciti coitus genus qui fit extra uxorem legitimã, specialiter in usu uidua rum, meretricum, uel cõ cubinarum.

Forsitan quandoque capi tur nõ dubitatiuè, de uo. & uo. redem. c. magnæ. & sic est expressiuum ue ritatis. de proc. tuæ, 33. q. 2. admonere. circa meuiũ & de pœn. dist. 1. quam obrem. de sup. neg. prela. c. 1. lib. 6. uide gl. in c. 2. de testa.

Forte quando sit dubitati uum facti, & quando iu ris, no. Arch. 11. q. 3. noli te. etiam qñque capitur certitudinaliter pro ex pressiuo ueritatis, & non pro nota dubitationis, ut in multis iuribus.

Fortuitus casus est inopina tæ rei euentus qui præui deri non potest, ubi ergo diligentissimus præuidis set, non est casus fortui tus: ut in c. Ioannes. de ho mi. Et de materia casus. fortuiti, uide Abb. in d. c. Ioannes numero 4. ubi etiam dicit Abb. ꝙ casus fortuitus nõ imputatur dando operam rei licitę, secus si rei illicitæ, ut in c. dilectus. eo. tit. de ho. Et no. casus in quib. dili gentissimus prouidere non posset. in l. si quis do mum. ff. loca.

Forus est exercendarum li tium locus, à fando di ctus, uel a Foroneo rege, qui primo græcis literis legem dedit, ut extra de uer. sig. c. forus, & 6. dist. Moyses.

Item forus idem est quod tribunal, & ut Azo dicit, forus ponitur pro bursa & alio modo dicitur for marium, ut ait Plac. de q bus sedilia iudicantium cõficiuntur, idemque ap pellatur prætorium. Tri bunal autem dicitur ma iorum iudicium. s. qui ha bent merũ imperium. Pa pæ aũt propriè dicitur cõsistoriũ. Item est plani

cies in naui. Itē est locus. ubi merces reponuntur. Itē est foramē rei inanis. Itē scriptorium forami nosum pro imponendis pennis & cornib. uel ca lamis ad scribendum de putatis. Et hæc significa ta habet forus ut pluri mum in masculino gene re ſm Hostie. in summa de foro comp. §. i.

Forum autem in neutro ge nere ſm Host. ibidem po nitur pro loco deputato ad emendum uel uendē dum res. Aliter aūt ſm Az. dicitur districtus ciui tatis uel territorium iu dicis, in quo aīaduertere & punire habet delinquē tes. l. pupillus. §. territo rium. ff. de uer. sig. Et ue niunt ibi quæ sunt iuris ditionis, non quæ sunt ordinis: & dicitur quasi fodium eo ꝙ qui sunt in districtu ad fodia uel mu nera seu angarias cōpel luntur. Vel dicitur a fe rendo, eò ꝙ munera sub eunt & ferūt. Aliter Gof. & Host. ibidē conuenien tes, forum inquiunt, est idem quod tribunal, qa tribunal fortè habet ali quam similitudinem cū foro, quia sicut in foro uenali quod nos nomi namus forum conueniūt multi uendentes, & emē tes, siue res uenales infe rentes, sic etiam in foro iudiciali .s. in tribunali conueniunt multi litigā tes seu contentiones, & lites inferētes, & exinde diffinitiones reportātes.

Foro cedere in l. si hominē. ff. deposi. dn̄r argentarii, cum tabernis .i. mensis suis cedentes, quas in fo ro publico Romæ cōdu ctas habebant, aliò habi tatum migrabant, Bud.

F ante R.

FRamea accipit pro lan cea seu hasta, de qua me minit Iuuenalis dum di cit, Et Martis frameam, & Tirræi spicula uatis. Et ita debet intelligi lo cus Vlp. in l. 3. §. armis. ff. de ui & ui arma. licet aliqui aliter intelligant.

Frater dicitur quasi ferè alter.

Fratris appellatione conti netur soror. text. in l. Lu cius. §. quæsitum. ff. de leg. 3. & not. in l. tres fra tres.

tres.ff.de pact.

Fratres communiter dicuntur omnes Christiani, tā laici quam clerici per lauacrum regenerationis in baptismo. c. ad mensam. 11. q. 3. Itē ante cōcilia Apostolorum ī primitiua ecclesia omnes appellabantur fratres discipuli Christi. 22. dist. sacrosancta. propriè tamē religiosi mendicantes nō habentes bona incōmuni fratres dicūtur, & alii gabentes bona in cōmuni, ut ordinis S. Benedicti, Ber. &c. qui monachi dñr, clem. dudum. de sep. & cle. exiui de paradiso. de uer. sig. & ſm Pa. monachi non appellantur fratres propriè, licèt largè loquendo sic. Sic ēt demonialib. quæ de ordinibus mendicantiū dñr sorores, & aliæ monachæ moniales uel sanctimoniales.

Fraternitas quot modis sumatur in iure, no. Ioan. And. in commento de cret. Ioannes de reg. & transeunt ad reg.

Fratres consanguinei, sunt fratres ex eodem patre & eodem sanguine geniti. §. sunt autem. instit. de leg. agna. succ.

Fratres patrueles, sunt duorum fratrum filii, ut d. §. sunt autem, & instit. de grad. §. quarto gradu.

Fratres uterini, sunt filii eiusdem matris, ut exponit gl. inst. de leg. agna. suc. §. hoc etiam.

Fraus idē est quod dolus. Nota tamen quandam differentiam in l. iuris gentium. §. prætor. ff. de pac. ubi vide: hic tñ fraus capitur prout fit legi, qñ quis facit contra significatum legis, quæsita palliatione qua uideatur non agere in fraudem legis. ff. de leg. l. fraus. uerbi gratia. filiusfamilias indiget pecunia, petit a me sibi mutuari, uideo ꝙ per hoc inciderē in senatusconsultum Macedonianum pecuniam non mutuo sed frumentum ut uendat, & pecuniam habeat, ne uideat incidere in Macedonianum, certe ego nihilominus incido, ut l. sed Iulianus. §. mutui, ff. ad Macedo. Fit ergo fraus legi, quando

quãdo fit contra significatum legis palliatione quæsita, sed fit contra legem, quando fit cuntra id quod per legem significatur, nulla palliatione quæsita. ff. de legi. l. contra legem. Ex his patet ꝙ si bona fide mutuo filiofami. frumentum, credens ipsum indigere, nõ incido in Macedonianũ, quia nec facto nec animo facio contra eius significatum. Et hoc etiã si sit error intollerabilis, quia fraus requirit animum, secus si pecuniam mutuo errans in iure, q̃a talis error nõ excusaret, eo quod factum est contra significatũ legis. arg. l. 2. C. ad Maced. Et not. ꝙ interdum fraus accipitur pro delicto. Vnde fraudem capitalem admittere. i. tale aliquid delinquere, propter quod pœna capitis statuta sit, l. cũ aũt ff. de ædil. edic.

Frequenter fieri dicitur q̃d assiduè fit. ff. de inoffic. test. l. nam & his. de min. l. & si fine. Qñq; quod bis fit in auth. de def. ciuit. ad fi. & ibi not. Quandoque exponitur. i. multoties, in procem. decretalium. §. sanè. Qñque. i. voluntariè. C. de usur. pup. l. i. Quandoque. i. sępius. 18. q. 2. non semel. habet hæc dictio extra ut li. nõ cont. c. qm̃ frequenter,

Fribusculum in l. cùm hic. de do. inter uir. & uxo. sumitur pro digressu tẽporario vxoris ob iurgiũ cum marito. Sunt tamen qui legant frigusculum eò quòd ob eiusmodi digressum aliquãtisper refrigescat ardor amoris coniugalis.

Friuola in l. solutum. de pig. act. accipiuntnr pro uili & tenui suppellectili, qualis inquilinorum esse solet.

Fructus dicũtur qui super sunt deductis expensis quæ fiunt gratia fructuũ acquirendorum & colligendorum & conseruandorum, ut ff. de pet. hæred. l. si à dño. §. fructus.

Fructus appellatione continetur collatio beneficiorum quæ dicuntur esse in bonis & fructu mensę episcopalis, nota gl. in c. cũ olim. de maio. & ob.

Fru,

Fructuum autem alii sunt industriales, ut frumentum, uinum, oleum & similia scilicet, lac & lana, quæ sine industria hominis non proueniunt. Alii sunt fructus naturales, q ex ipsa natura ꝓueniũt, sine magna .s. industria hoīs, ut poma, pyra, ficus & huiusmodi. Vtraque diffinitio potest colligi ex l. fructus. ff. de usuris. de resti. spol. cap. grauis. in glo. fin. Sunt ergo naturales fructus in quib. factum naturale præcedit factum hominis, ut ex solo rudi usu possumus illi vti, sed industrialibus non sic solo usu rudi, sed curis adhibitis, licet enim etiam natura cooperetur, cura tamen maior requiritur, nō modica & ꝑfunctoria sicut in naturalibus, uide glo. in l. sequitur. §. fructus. ff de usucap.

Fructus percepti dicuntur qui aliquo modo sunt à solo separati & in horreis reconditi.

Fructus percipiendi dicuntur qui immaturi sunt, verus dominus possidet. de his in Spe. eo. tit. de fru. & lit. expen. & Azo. in sum. C de re uend. Vnde fructus diuersimode significat accessionem, usumfructũ, seu ius utendi fruendi, & ius fruendi dempto usu, primo significat accessionem, & hāc dupliciter .s. strictius ex eo quod ex prædiis percipitur, vt nō cōprehendat fœtus animaliũ, vel usuras pecuniarium, sicut sumitur in rub. de usu & usufru. nam ibi fructus sumitur ꝓut distinguitur ab usura & à pecudibus, quia in his ē fructus est. l. in pec. ff. de usur. nō autem comprehendit partum ancillæ. Magis latè autem significat, ut etiam comprehendat usuras, ut l. usuræ. ff. de usur. Item & pensiones prędiorũ, l. ꝑdiorum. eod. tit. Secundò, significat usumfructum: nam legato fructu fundi, uidetur legatus ususfructus. l. per seruũ. §. si usus fructus. ff. de usu & hab. Et notandum, quòd in fructu id esse intelligitur, quod ad usum hominis inde

inductum est. l. pen. de usufru. leg.

Frui dicitur qui fructus percipit.

Fructuarius est qui rei dñs nõ est, ut in l. vti frui. §. si usufruc. petat. Tñ in quibusdã casib. pro dño habet. s. ĩ ꝑcipiẽdis fructib. ff. de usu. l. si Titio. §. i. Et quõ differãt ab usuario. require infra usuarius.

Frugi hoĩs appellant diligẽtes & ꝓbi. l. si uẽdita. ff. de ꝑi. & cõm. rei uen.

Frugum appellatione cõtinentur omnia quibus homo uescitur, præter carnes & poma. l. frugẽ. de uerb. sign.

Frumentum id esse qđ aristã habeat Gallus diffiniuit. l. frugẽ, de uerb. sign.

Frustuatim .i. minutatim, & quasi per frusta. 13. q. 1. §. item Apostolus.

Frustra, not. Arch. de accu. cap. i. lib. 6.

Frustrari tempus dicit, cũ frustra inaniterque consumit. l. sed etsi. §. actio. ff. ex qui. cau. maio.

Frustratio uidet usurpari pro calumnia. l. si calumniet. de uerb. sign. alio q deceptionem significat,

F ante V.

FVcare .i. tingere. l. 1. C. q̃ res uen. non poss. ferè aũt ad artificiosũ & adulterinũ colorem refertur.

Fuerit hoc uerbum in ultimis uoluntatib. plerũq; futurum tempus demõstrat. Bar. in l. hoc articulo. de hæred. insti.

Fugitiuus est qui ea mente recedit ne redeat ad dominum, licet postea redeat, ut ff. de ædi. edi. l. quis sit fugitiuus. de hoc uide Azo. in sum. C. de ser. fugit.

Fugitiuarii olim fugitiuorũ seruorũ reprehẽsores erãt q eã operã ꝓfitebãtur, ut fugitiuos inuestigarẽt & reducerẽt. Hoc uerbo utit Iurisc. in l. si apud. de prescript. uerb.

Fulcimentũ & fultura dñr sustentaculum cuiuspiã rei a fulciẽdo. l. quæsitũ. §. regulam. de fun. instr. & l. sicut. si ser. uend.

Fullones dicuntur mundatores & dealbatores uestium, & earundem decoratores seu coloratores.

Fullonicas pro officinis fullonũ dixisse videt Vlp. in l. 3.

l.3.de aqua plu.

Fulminare dicitur iudex in iuſtè uel indeliberatè sẽtentia proferens ſine maturitate.de ſenten.exc.c. 1.lib.6.

Functio eſt uſus conſuetus, functus ab eo qui fungebatur honore aliquo aut officio.Hinc dicitur functus uita, qui iam impleuit officium uitæ. Vnde dicitur qd' mutuæ pecuniæ magis functionem in genere ſuo recipiunt per ſolutionẽ quàm per ſpeciem,id eſt,ſoluendo mutuam pecuniam magis utimur genere.i. rei materiæ,quàm ſpecie.i. eodem corpore, aliter non eſſet mutuum uel mutuatum, ſcilicet, de meo tuum, ſed commodatum,ſcilicet,ad cõmodum utẽtis datum. ff.de reb.cred.& ſi cert. pet. l. mutuum.

Functio publica.require ff. de publ.& uect. l.i.§. hic titulus. ſuper uer. pendantur.

Fundãt intentio per teſtes uel inſtrumenta,uel confeſſionem uel euidentiã facti, uel præſumptiuè ut eſt gl. in uerſ. fundauerit.c.finem.de dolo & contu.

Fundus eſt manſio alicuius cum acceſſionib. Aliter diffinitur,ut ĩ l.quæſtio. ff.de verb.ſignific.Et no. quòd fundus eſt nomen homogeneum,quia quælibet pars fundi dicitur fundus. Sunt enim homogenea in quibus eſt idem prædicatum in parte quod in toto,ut aqua, terra,lignũ, pannus, &c. Alia dicuntur heterogenea,in quibus pars non capit eandem denominationem cum toto, ut domus, cathedra,tunica, nauis,pons. Vnde nõ ualet legatum fundi, & eſt deriſorium.l. legato. ff. de leg. 1. nam legando ſpatium palmæ de fundo,diceretur fundũ legaſſe.Sed ibi bona gl.ꝙ non ualet legatum generale legando rem, ſubſtantiã, uel animal, quia muſcã dando liberaretur.

Fundus agonotheticus,req. Az.in ſum. C. eo.tit.

Fũdus dotalis is eſt qui matrimonio contracto datus eſt ſponſo.

Fundus

Fundus quasi dotalis dicit qui traditus est sponso nondum secuto matrimonio, pro quo etiam superiori dicto facit l. i. ff. de fun. dot.

Fundus instructus est ædificatus uel cultus.

Fundus iugeus est terra quę modo non aratur, licet olim fuerit fertilis, aliàs quæ modo aratur, licet olim fuerit sterilis.

Fundus limitrophus (aliàs limitatrophus. & aliàs militatrophus) dicitur à trophos, id est descriptio, & limite, uel milite: quasi descriptus ad usum militum, qui milites imperium custodiunt, ut C. de fun. limi. l. 1. & l. fin. accipitur lib. 11. Aliter dicit fundus limitosus, ut ibidem de fun. limi. & palu. Sed melius est dicere, ꝙ limitrophus deriuatur à limite, & trophos quod est nutritor: nam hi fundi assignati erant militibus custodiētib. limites, seu limina imperii, ut ex eorū fructib. alerētur qui & limitanei appellant.

Fundus releuatus dicitur q́ olim erat palustris, nunc autem factus est serenus, aliàs terrenus. C. de fun. patri. l. fin. lib. 11.

Fundus saltuēsis est fundus in quo est saltus. C. de fund. patri. & sal. l. fin. li. 11. Require infrà saltus.

Funditus aduerbium est, & quandoque exponitur. i. ex toto, ut de elect. c. q̄a sæpè. circa fi. in 6. Quandoque. id est, penitus. C. de sacros. eccle. l. decernimus. Quandoque exponitur. i. usque in fundo. ff. de usucap. l. fi Item uide plenè de hoc aduerbio ꝑ Bar. in auth. decernimus. C. de sacrosan. eccl.

Funeraria actio. Require suprà actio funeraria.

Fur est qui clam, obscurre, & plerunque de nocte rē alienam amouet inuito domino, gratia lucrandi, subaudi sine armis, ut in auth. sed nouo iure. C. de fur. & ser. corru. & dicit fur à furno, quod idē est quod nigrū: quia ut plurimum in obscuro furat: unde, Qui malè agit, odit lucē. de off. del. cōsuluit.

Fur manifestus dicitur qui in ipso maleficio est deprehensus, uel in loco in

quo commissum est furtum, uel post furtum, dū tamen cum furto deprehendatur antequam deportauerit ad locum ad quem destinauerat. inst. eo.tit.§.manifestus.

Fur non manifestius dicitur qui rem detulit quo destinauit, ti.pręalleg.§. sed si pertulit, uel sic dicitur q cū te furtiua in ipso actu furandi non deprehenditur, sed iam deportauerat rem furtiuā in locum in quē destinauerat, nihilominus conuincitur postea de furto.

Furtum est contractio uel contractatio fraudulenta seu fraudulosa rei alienę mobilis corporalis, quæ fit inuito domino, cuius res fuit, animo lucrandi, scilicet, gratia rei uel possessionis, uel usus, ut.ff. eo.tit.l.1. Dicitur autem furtum ẜm Azo. à furuo, id est nigro, eo ꝙ clam, & obscurè & plerunque de nocte fiat: uel dicitur à fraude uel à ferendo, ut l.1.in prin.ff. eo. tit. & instit.de oblig.quæ ex deli. nasc.in prin.§.furtū autē.

Furti actio. require suprà actio furti.

Furti condictio. require supra condictio.

Furtum conceptum est cū quis præsentibus testib. apud aliquem rem furtiuam quærit, & inuenit, ut insti.de oblig.quę ex delic.nascun.§. cōceptū furtum.

Furtum domesticum dicitur qd' serui dominis, liberti patronis, mercennarii illis apud quos degunt seu operantur surripuerint.l.respiciendū. ff.de pœn.

Furtum oblatum est cùm quis rem furtiuam alicui obtulit, ut potius penes eum, quàm penes se inueniretur.

Furtum prohibitum dicitur cum quis uolentem rem furtiuam quærere prohibuit ut d.tit.de oblig. quæ ex delic.§. est etiam. ubi dicitur ꝙ hæ actiones furti cōcepti, oblati, prohibiti, & non exhibiti, in desuetudinē abierunt.

Furiosus differt à mente capto: nam furiosus furore quodam animi agitur: Mentecaptus uero magis

magis inquietè est, nulláq; signa extrīsecus ostēdit, idemq; est qui & de menses. ita doct. in §. 1. inst. de curato.

Futurum ponitur pro præterito, ut ff. si cer. peta. l. ult. ſm unam lecturam. Qñq; futurū comprehēdit præteritum, ut ff. de iure codicil. l. plotiana.

G ante A.

GAllicantus est in secūda hora noctis. C. de transac. l. nō minorem.

Ganea est amica uel amasia & nō potest eam scholaris inuitis sociis in hospitium ducere. l. nō aliter. ff. de usu & habi.

Gastaldus est maior dominus qui habet curam exteriorum rerum episcopi.

Gazophylacium est locus ubi chartæ reponuntur. extra de prob. c. i. & ibi per Ber. Sed rectius ibi legitur chartophylaciū: nam gazophylaicum est repositorium gazę: quæ uxor est Persica quicqd possidemus significans.

G ante E.

GEmmæ ſm Pomponiū in l. etsi non sunt. §. si. de auro & argen. lega. sunt perlucidæ materiæ. ueluti smaragdi, chry soliti amethysti, lapilli autem sunt contrarię naturæ gemmis.

Gener meus est maritus filiæ meæ, ut in l. non facile. ff. de grad. affin.

Gener etiā dicitur neptis, pro neptis, & deinceps maritus, nedum filiæ. l. generi. de uerbor. signif. Imò nō tamen maritus, sed ēt spōsus. l. Labeo & l. Seruius de grad. affi.

Gener. i. consanguineus. in auth. de incest. nup. ī pri. Atqui uox generi, in dicta auth. deducitur à genus, non à gener.

Generalis abolitio. Reqre supra: Abolitio. & uide de hoc Az. ī sum. C. eo. ti.

Generali sermone persona loquentis intelligitur excepta. de iureiuran. petitio. ubi concor. in gloss. Et intelligitur hoc regulariter, quia fallit interdum ubi obligatio uel pactum præcedit quod

inducit æquitatem quã dam includẽtem ẽt per sonam loquentis.ut si re cepissem x. a te .& pro misisse tibi dare turrim contra omnes homines, tunc teneor etiam dare contra me ex pacto, de hoc in c.de forma.22.q. 5.quandoque etiam ge nerali sermone nec fa milia loquẽtis ĩtelligit.

Generalis locutio genera liter est intelligenda, ff. de off.præsid.l præses.li cet generale uerbum nõ sit semper generaliter intelligẽdum.de iureiu. c.ad nostram, in gl. ult.

Generaliter dicitur quod imò etiam indefinite in telligendum est, de con iu.le pro.c.quoniam. in gl.super uerbo generali & 19.dist.si Romanorũ. ff.de pub.l. de pretio.

Generalia uerba sunt ad ci uilem modũ referenda. ff.de ser.l.si cui,& gñalia uerba accessorie apposi ta restringuntur ad suũ principale.l.prædiis, in princ.ff.de leg.3.

Generalis allegatio qñ suf ficiat,& qñ non, not. in c.uestra.de coha.cler.

Generalis clausula sigñat quod eius significatum probare uel significare probat,& tunc non per tinet ad expresse nomi nata.ff.de uer.obl.l.doli v. g. testator filios insti tuit,& inuicẽ substituit, & post filium exhæreda uit, quæ exhæredatio uel clausula non reuerti tur ad institutionẽ, imò ad substitutionẽ, ut in l. 1.in fi.C.de lib.præt.uel exhæred.Item ibi, pater unam filiam instituit,& filium exhęredauit.dein de aliũ filium substituit. exhęredatio refert ad so lũ gradũ institutionis,ut l.3.§.filius.ff.eo.tit.

Genitalis feritas.i. a gene re proueniens. institu. si quadr.pau.fec.di.§.1.

Genitiuus ĩportat dñium. Fel.in c.quia gu.de iud. in prin. non tñ semper importat dñium, & sie aliqñ denotat nudã de tentationem ex cõi usu loquẽdi, ut sunt isti sim plices detentores, depo sitarii, commodatarii & coloni, qa solent appel lare posseßionẽ suã,quã colunt. de quo uide bo.

gl.in l.2. ff. de orig. iur. adde tñ ꝙ genitiuus ex propria & stricta signa tione uerborum deno tat dñium, & ideo geni tiuus positus in statutis debet intelligi ĩ dño ue ro Abb.in c.2.de postul: prælato.in 7.colum.uer sic.uide tñ ad principale & per Bar.in l.1.§. pote statis. ff.de pecul. & in l. parui.ff.nau. cau.stab.& in rub.de no.op. nun.ff.

Genitores nostri dñr nostri priores maiores, in au then:de man.princ.§.i.

Gens & populus idẽ sunt. & ideo quot faciunt po pulum, tot faciunt gen tem.l.omnes populi. de iusti.& iur. & inst. de iu re natu. gen. & ciui. §. omnes populi.io.autem faciunt populum, ut est gl.in c. 1. de elect. uide Bart.in l.sicut.§.in decu rionib.ff. quod quisque iur.& in l. prætor. ff. ui bon.rap.Sæpe tamen gẽ tis appellatio refertur ẽt ad agnationẽ.l.pronũ ciatio.de uer.sign.unde & gentiles ꝓ agnatis seu q de eadẽ sunt familia.

Genuina pietas in l. 3. de li.ho.exhi. pro ingenio patris in filium affectu atque amore.

Genus est quod p̄dicatᷓ de pluribus differentib.spe cie.gl.inst.de iur. na.ge. & ciui.§.constat.uer.ple biscitum. ut hoc genus animal prædicatur de homine,equo, leone, & aliis animaliũ specieb. Dicimus .n. homo est animal, leo est animal, & ita de aliis.Ferè tamẽ semper iurisconsulti su munt genus pro specie logicorum, imò & q̃nq; ponitur genus pro toto sicut & species pro par te,ut in præall.§. plebi scitur. nam ibi dicitur plebem differre à popu lo sicuti spẽs à gñe quod utiq; falsũ est si accipia mus genus & speciẽ pro ut dialectici, cum secun dũ eos posita speciẽ po natᷓ & genus sub qua cõ prehenditᷓ, & tñ posita plebe nõ ponitᷓ populus.

Gerere, respice in uer. age re.& in uer. factum.

Gerere pro hærede quid sit, palam est ex.§.ult.in sti.de hær.qua.& dif.

Germanus dicitur frater

ex

ex eodem patre natus. §.hoc inst.de leg.ag.sue.

Germina sunt uirgulta de radicibus arborum ena scentia, unde germina lis arbor.in l.diuortio.§. puto. solu. mat.

Gerontócomium locus est ubi hi qui ob senectutē uires amiserūt, aluntur & curantur, de quo me minit Imperator in l. il lud.§.i.& ibi gl. C. de sa cros.eccle.

Gestatio, locus quo gesta bantur sanitatis, uel uo luptatis gratia.l.compe tit.ff.quod ui aut clam.

Gerundiū sumitur pro eo quod per hanc dictionē signat, & signat cōdōnē, declarationem modum uel quod suū signatum uel aliud aliunde sum ptū signare probat. v.g. duo sunt īstituti,&vnus alteri substitutus,si vnus repudiat partem suam, adeundo partē alterius deficientis, ex substitu tione pars per ipsum re pudiata sibi quæritur, hoc gerundium adeun do exponitur conditio naliter.s.si adierit.l.si tu ex parte.& ibi no. ff. de acq.uel emit. hær.Item ibi, uim facit qui possi dentem non permittit uti arbitrio suo,siue edi ficando,siue arando,uel serendo, uel quicquid aliud faciendo. l. uim fa cit.ff.de ui & ui arma. si gnificat declarationem illorum uerborū,& non pōt signare condōnem. quia refertur ad uerbū pñtis tpis quod est facit. Nec est ibi aliqua dispō quæ pōt suspendi per hæc gerundia ædifican do,arando,&c. Sed ibi, lego ad monumentum faciendum,signat modū l.quib.dieb.§.fi.ff.de cō di.& dem.Et differentiā inter conditionem, & modum, uide gl.2. c.ue rum,de cond.appo. Vn de. Scito ꝙ ut modus est,si conditio, quia cau sa. Item ibi,lego pro do cendo talem discipulū, signat conditionem, q̃a moris est prius docere, q̃ salariū solui. l. nec se mel.ff.quando di. le.ce.

G ante I & Y.

GIssare.i.signa.no.l. 1. & ibi gl. C. nemini licere

 sine

fine iu.auth.sig.rub.&c.
Gyneciarij sunt qui pānos imperiales texunt inserendo sericum & aurū.
Gynecium est locus ubi hæc fiunt, ut C.de muri. & gyne.li.11.

G ante L.

GLadius, pro iure & potestate animaduertendi in facinorosos. l. imperium. de iuris.om. iu.
Gladiatores, gladiis pugnātes, etiā discendi causa.
Glandis nomine omnes fructus continentur. ff. de glan.leg.l.unica.
Glans caduca, quæ ex arbore cecidit.
Gleba est quædam species terræ, generaliter tñ sumitur pro solo uel pro terra culta. Req. suprà ascriptitius glebæ.
Glos dicitur uxor fratris.l. non facile.§. affinitatis. ff.de gradibus.

G ante N.

GNarus .i. sapiēs uel prouidus, cui opponitur iguarus, quod inde uenit.i.insipiens.
Gnauiter.i.diligenter. l. fi. C.de epis.& cler.

G ante O.

GOliardi.i.busones, ioculatores ijdem sunt.

G ante R.

GRadus ſm Gof.& Host. in sum. de consang. & affin. est quędam habitudo siue distantia personarum adinuicē consanguinitate & affinitate sibi coniunctarum, facta collatione ad cōem parētem, uel est unius personæ distantia ad aliam in linea consanguinitatis, ut l.1.cum seq. usq; ad §.affines. l. non facile.eod.tit.
Grammatophylacium est ubi tabulæ, & īstrumēta publica, monumētaq. rerū gestarū adseruantur. Bu.in l.moris. ff.de pœ.
Granaria sunt loca in qbus grana seu fructus cōponuntur, sic accipitur. ff. de act.em.in l.granaria.
Grandęuus dicitur annorū 29.uel 30.quia hęc ætas uirilis est, ut no.77.dist. quicunque per c. episcopus.eadem dist.Quandoque dicitur grandæuus, .i.senex.1.Reg.4.

Grandis

Grandis natu dicitur paulo minor quinquagenario.l.2.§.fi.de orig.iur.

Grangia habetur in cap. fi. de censib.

Graphia.i.scriptura.

Grassari dicitur latrocinari uel crudeliter agere inde grassor grassaris.i. nitor ad malum. insti. in gl.de su.tu.§.nouissime. Req. suprà, Crassari.

Grassatores idem sunt qđ dietarii.de huius dictionis expositione uide qđ no.ff.de pœ.l.capitaliũ. §. grassatores, Require suprà,dietarii,& in uer. Grassaturæ.

Gratia duplex est,operans & cooperans,ut est glo. in uerbo cooperãte gratia.cle.1.de mag. Et gratia est habitus qui fundatur in uoluntate in essentia animę.gl.in cle.i. de sum.Tri.

Gratia apostolica perfecta dicitur qñ super eam cõfectæ sunt literę, & ante literas habeť canonicus titulus,Roma.conf.456.

Gratianus est nomẽ ꝓpr.illius q cõposuit decretũ.

Graues ꝑsonæ dñr quæ nõ sunt leues, puta homo bonæ famæ, & opinionis, & antiquus homo gl.in c.licet ex quadam. in uerbo graues.de testibus.quam gl.dicit ibidẽ Abbas facere ad statuta quæ in multis casib. requnt homines graues.

Grex est collectio plurium animaliũ.s. decem ouiũ uel quinque porcorum ut no.inst. de re. diui. §. sed si gregis.

Gregarius miles.i.vulgaris & uilis.l. ult. C. de mil. uest.lib.12.

G ante V.

GVardia feuda sunt quæ constituuntur aliquib. propter custodiam rei domini constituentis.

Guardia dicitur ille cui talis custodia est cõmissa, uel dicitur guardianus qui est superior inter fratres minores custodiens conuentum.

Guarentare.i.defendere in usi. feu. de le. Corra. c. sunt pares.

Guidagia dñr q̃ danť alicui pro ductu uel conductu ꝑ terrã alicuius ut securius uadat. Sed gabellæ danť de contractibus ut

de emptione per empto rẽ.gl.in c. super quibus dam.de uer. sig.

Gunethetici saltus sunt ij, quos homines quodam modo ascriptitii incolunt, nullam ulterius expectantes mercedem q̃ quę ex ipsis saltubus colligitur, ut declarat Alc. in l.ult.C.de præd.tam.

Gutturosus, cui guttur est tumidum.l.qui clauum. de ædil.edi.

H ante A.

HAbere significat diuersimodè prout suum proprium significatum, uel aliud quoduis medium significare declarat, v.g. Res tua est penes me, & promittis mihi stipulari eandem habere licere, significat ꝙ dñium istius rei transfertur in me.l. stipulatio ista.§.habere. ff.de uer.oblig. & sic rei possessæ sine traditione dñium quęritur possidẽti.§.interdũ.instit. de re. di.Itẽ ibi, res tua non est penes me, promittis habere licere, sigñat ꝙ dominiũ transferes per traditionẽ.l.traditionib.C. de pact.Item ibi, promittis rem alienam habere licere, perseuerante aliena, nulla est stipulatio.l. stipulatio. §. quęsitum. ff.eo. tit. quia in re aliena promissor non põt constituere ius dñii. Si aũt efficiatur promissoris, ualet stipulatio, ut ibidem, quia tunc põt facere uel constituere ius dominii, item ibi, uẽdo tibi rem alienam, & promitto tibi habere licere, significat habere iure possessionis.l.habere. ff.de uerb.sign.& hoc ex natura contractus emptionis, de cuius natura est ꝙ sufficit rem tradere quando res aliena est uendita.l. ex empto. ff. de act.emp.

Habere actionẽ est minus q̃ habere rem, & hoc est quod dicitur, Melius est pignori incumbere q̃ in personam agere. ff. de reg.iur.l.minus.

Habere, tenere, possidere, qñ hæc tria uerba ponũtur in aliquo instrumẽto, sic debent exponi .s.

ꝙ recipiens habeat de iure, teneat naturaliter & de facto, possideat ciuiliter, & de iure, quia ciuilis possessio est causa quęrendi dñium, licet aliqñ possessio sit tm̃ naturalis, non ciuilis, ut illa quam habet uasallus.

Haberi dicitur & quod peti pōt. l. id. de uer. sig.

Habere in sinu, in l. Qui testamentum. de prob. est idem quod in arbitrio, & potestate habere.

Haberi pro derelicto dicitur, quod dominus ea mēte abiecit, ut amplius in numero rerum suarū esse nolit.

Habitare quis dicitur in loco ubi habet familiā, licet ipse non sit pręsens. Fel. in c. quoniā. in prin. de offic. ord. uer. dicitur autem habitare.

Habitatio est seruitus personalis in habitando cōsistens, & constituitur in domo aliena, ut no. ff. de usu & hab. l. 1. in gl. cum pactionib. & stipulationibus, ut ff. de usufr. iuncta l. 1. ff. de usu. & hab. uel in ultima uoluntate differt tñ ab usu & usuf. quia illa iura amittunt non utendo uel capitis diminutione, ut ff. si ūsusfructus. l. penult. §. sicut. habitatio autem nō nisi morte finitur, ut l. si habitari. ff. de usu. & habi. Item potest inhabitator aliis uendere uel locare ius quod habet, ut l. cùm antiquitus. C. de usufr. sicut & fructuarius, & non usuarius, ut ff. de usu & habita. l. sed neque. uide super hoc Azo. in sum. C. de usu. & hab.

Habitator cò differt ab hospite, quo domiciliū hñs à peregrinante. l. i. §. ult. de iis qui deie. uel effu.

Hac qñq; denotat non exclusionem, sed inclusionem, ut in c. ego enim episcopus. de iureiur. & sic sumitur in iuramentis dicendo, Ab hac hora, sigñat. n. præsens tempus cum futuro. de hoc per Io. And. in c. 1. de or. ab epis. qui resig. epis.

Hamæ instrumenta erant ad extinguendum incendium. l. quæsitum. §. acetum. de fun. inst. & l. 3. de off. præf. uig. Hami

aũt in præall.l.quæſitũ. §.canales.Anuli ſunt fer rei,ẽm aliquos,ad pluri mos uſus domeſticos cu iuſmodi ſunt illi qbus eq,muli, aſini alligant̃.

Hami apud Vlp.in l.quæſi tum.§. Canales. de fun. inſtr.ſunt,ut quibuſdam vr̃, annuli qdã ferrei ad multos uſus domeſticos utiles;utputa ẽ qb.equi, muli,aſini,deligantur.

Harenæ ſunt loca vbi fodit̃ harena. l. ſed & hi. ff. de publ.

Hariolus quis ſit,no.gl.ĩ l. nemo.C.de mal. & mat. & in c.igitur.26. q. 4.

Harpagones unci ad rapiẽ dum, annumerantur in ter inſtr̃a.in l.quęſitum. §.Canales.ff.de fu. inſtr.

Haruſpex ſic dictus, q̃ſi ho rarũ ĩſpector,c.j.26,q.4.

Haſtari eſt rem proponi ue nalẽ haſta ſuppoſita, ita .n.olim fuit cõſuetudo.

Haſtarii dñr qui rẽ propo nunt uenalem haſta ſup poſita, & dñr à noĩe ha ſta,quod idem eſt quod uenditio,ut no. C.de fi. inſtr. & de iure haſtæ fi ſcalis,in ru.li.x.& dixi ſu prà,in uer.haſta fiſcalis.

Hauſtus eſt ius hauriendi aquam de puteo uicini cui eo inuito iure ſerui tutis aſcribitur.

H ante E.

HEliocaminus, Latinè uerti poteſt ſolaris for nax.Eſt autem ſolare va porarium in aprico loco ſitum ad calorem ſolis excipiendum, quo anti qui utebantur,meminit Vlp.in l. ſi arborem. de ſer.urb.præd.

Herciſco.i.diuido, inde di citur familiæ herciſcun dæ.i.iudicium hæredita tis diuidendæ. Req. ſu prà actio familiæ herci ſcundæ.

Hæreditas eſt ſucceſſio in uniuerſum ius quod de functus habuit, ut ff. de uer.ſig.l. nihil aliud eſt hæreditas,& l. bonorũ. eo.tit.Et hæreditatis ap pellatione bonorũ quo que poſſeſſio continet̃. l.hęreditatis.eo.ti.

Hæreditas ſumit̃ loco bo norũ qñ dicitur in cõtra ctu inter uiuos, ut ſi qs dicat dono tibi hæredi tatẽ meam,no. Bar.in l. qñq;.§.ſi ſeruũ.ff.de le.j.

Item

Item hęreditas uenit appellatione rerũ: nã si bona relinquuntur sub appellatione reium, continetur tota hęreditas, no. Bar. in l. licet. C. de pact.

Hæreditas adita est illa de qua hæres se intromisit autoritate prętoris, imò autoritas prætoris non est necessaria, sed sola uolũtas sufficit, ut insti. de hæredum qua. & dif. §. item extraneus, secus in petitione bonorum possessionis, ut ibi no. & de aditione & repudiatione hæreditatis, no. in l. q̧ se patris. C. unde li.

Hęreditas decurionum, nauiculariorũ, cohortaliũ, militum, & fabricensiũ, s̃m Azo. in sum. C. eo. ti. in rub. & l. ult. dicitur in qua quoddam speciale ius obseruatur, de quo notatur ibidem.

Hæreditaria actio. Req. supra. Actio hæreditaria.

Hæres est ille qui succedit in uniuersum ius defuncti. l. cùm hæres. ff. de di. & temp. præscri. uel est dñs hæreditatis, qui fit editione in uoluntariis. § fin. inst. de hær. qua. & diff. sed in necessariis desert ipso iure hęreditas.

Hæredem instituere est aliquem post mortem suã loco sui in omnib. bonis dñm constituere. Nã dicitur hæres ab hærus .i. dñs, sibi .n. succedũt uniuersa bona defuncti, & ad eũ cõmoda & incommoda hr̃ditaria redeunt & sunt diuersi hæredes. Nam hæredes alii sui, & necessarii, alii necessarii tantum, alii uoluntarii, alii legitimi, alii legatarii, alii testamentarii, alii fideicõmissarii.

Hæres suus dicitur filius qui est in potestate patris tempore mortis ipsius patris.

Hæredes sui & legitimi secundum Azo. tit. de suis legitimis & hæredibus appellantur qui in potestate moriẽtis fuerũt, ut filius, filia, nepos, neptis, ex nepote natus, ex filio pronatus pronata, seu ꝓnepos proneptis, legitimi & naturales, uel etiam legitimi tantum, ut adoptiui.

Hæres necessarius est seruus hæres institutus ĩ testamento

stamento domini sui ab eo qui facultates suas habet suspectas ne possit ex ipsis satisfieri creditoribus quibus est obligatus, adeò, ꝙ non credit alium hæreditatem suã adire, si hęredem eum instituerct, qui seruus hæres factus, ideo necessarius dicitur hæres, quia siue uelit, siue nolit, cogitur suam hæreditatem adire, ut satisfaciat creditoribus, ut inst. de hęr. qua. & dif. §. i. & hoc uerũ nisi illi seruo debeat fideicõmissaria libertas. l. is qui soluendo. ff. de hære. inst. aut hoc eo nõ faciente, scilicet non adeunte hæreditatem eius nomine potius quàm domini defuncti res hęreditariæ uendantur, ne defunctus contumelia quadam uel iniuria afficiat, dicendo, quòd res eius uenderentur.

Hæres legitimus est qui ex lege duodecim tabularum, aut ex iuris constitutione etiam sine testamẽto succedit defuncto, ut sunt agnati proximi. inst. de legi. ag. suc. ĩ pri.

Hæres legatarius est qui legatum accepit uel cui legatum factum est, ut l. quoties. ff. de hær. inst.

Hæredes testamentarii dicuntur qui ex testamẽto hæredes scripti sunt.

Hæres ab intestato est ille qui succedit ĩ ius defuncti sine omni testamento, ut instit. de hære. quæ ab intest. defer.

Hæres fideicõmissarius est cui ex fideicommisso relicta est hęreditas dãda illi cui testator disposuit, dicendo sic. Fidei tuę cõmitto ut hoc des illi. Et not. ꝙ illa sunt dispara ta, sed fortè pro tanto dicitur hæres fideicommissarius, quia fideicom. loco hæredis habetur, ut inst. de fideicom. hære. §. restituta. ut qui directè & immediatè ex testamento nihil capere potest: qualis est spurius saltem capiat ex fideicõmisso. Sed ipse uerè non est hęres, cùm sit rogatus à testatore hæreditatem adire & postea restituere, licet restitutione facta post semp̱ hæres maneat ut d. §. restituta.

Duo

Duo ergo hæredes inso lidum esse non possunt, ut ff.commo.l.fi.& l.si vt certo.§.si duobus.

Hæres domesticus dicit qui est in potestate morien tis tempore mortis dum eum alius non præce dit. Filio enim superstite, & in potestate patris existente, nepos ex eo q in potestate aui est, suus hęres non est.inst.de hęr. qual.& dif.§.sui.

Hæres substitutus dicitur qui alii hæredi instituto substituit:uerbi gratia,si testator ita dicat. Ille hæres esto, qui si non uelit uel non possit esse hæres, iste esto ei substitutus, & hoc siue secundo, siue tertio,uel quarto loco, alio in loco instituto deficiente substituatur. Nam secundus dicitur omnis qui post primum sequitur,etiam si decimus sit. ff. de vulga.subst.l.i. in prin. ꝑnt no.Hostien.in sum.de testam. §. quid si sit perfectus. ubi dicit institutio.

Hærędes extranei dicūtur, qui testatoris potestati subiecti non sunt.§.Cęteri. insti. de hære. quali & diffe.

Hæres uel successor anomalus dicitur qui nō habet aliquam ex præmemoratis qualitatibus, ut puta is,cui libertatum conseruandarum causa bona addicuntur:item qui succedit hærede nō exequēre mentem defuncti, ut per glo. in §. hoc rescripto.instit de eo cui lib. causa bo. addi.

Hęremita dicitur persona ecclesiastica.gl. & Doct. in l. 2. ff. de in ius uoc. Doct.& glo. in c. qui uere.16.q.1.

Imò uerò Eremita scribendum est sine h, significatq. propriè erem, hoc est deserti habitatorem, eremus enim desertum interpretatur.

Hæresis Græcè ab electione dicitur,eo ꝙ quicunque unam opinionem hæreticam uel disciplinam sibi elegerit,putat eā esse meliorem, ut 24. quæst. 3. hæresis. aliàs dicitur quasi diuisio.

Hæresiarcha est qui falsam de fide opinionē gignit, uel primo inuęnit. sicut

Arrius

Arrius, Vuiclef, & alii consimiles.

Hæreticus dicitur errãs in fide, unde quicunque in fide dubitauerit friuola adhæsione, hæreticus eẽ set, ut in cap. i. de hæret. Etiam pro hæretico habet qui scienter hęreticũ nõ reuocat, ut eo. tit. c. 2. Et secundum Aug. dicit qui certam opinionem nouam & peruersam gignit uel sequit gratia alicuius tẽporalis cõmodi uel alicuius gloriæ uel prĩcipatus. Dicit gignit, ut aliquis hęresiarcha, ut Arrius, Sabellius. &c. Dicit, sequit, ꝓp illum qui errorem illum imitatur, prout hæc leguntur. 24. q. 3. hęreticus. Dicitur hæreticus qui peruertit sacramenta ecclesiæ, sicut simoniacus. 1. quæst. 1. cos. Itẽ sacræ scripturæ peruersus intellector 24 q. 3. hæresis. Item omnis excommunicatus. 4. q. i. qđ aũt. Itẽ Romanæ ecclesiæ publicus iniuriator. 22. dist. omnis. Item q aliter sentit de articulis fidei, quã romana ecclesia. 24. q. i. hæc ẽ fides.

Hermaphroditus. requirẽ sub litera E.

Herus uel heros græcè, idẽ est qđ dominus latinè.

H ante I.

HYatus, uide ĩ litera Y, licet nõ rectè hanc uocẽ ibi autor posuerit, cùm scribenda sit cum aspiratione.

Hic, hæc, hoc, an & quando sint demonstratiua. Bar. in l. i. ĩ i. opposit. de ope. noui nuncia. & in prima constitutione. C. & in l. Mæuius. §. duobus. ff. de leg. 2. & plenè de istis in l. 1. §. huius studii. ff. de insti. & iur. Alex. & Ias. & Bar. in l. i. uersi. item oppono. ff. de pecu. Quæ que faciunt simplicem relationem uel demonstrationẽ 16. dist in. cap. i.

Hierophylax, sacrorum custos, latini uocãt ędituũ: extat hæc dictio in l. annua. de an. leg.

Hymnus angelicus est, Gloria in excelsis. de celeb. miss. c. consilium.

Hippocomi, qui equorum curę prefecti sunt: meminit huius uerbi l. quoniã C. de cur. publi. lib. 12

Hippodromus,ut interpretatur Bud. est equorum curriculum,in quo de ꝑnicitate certatur citra simulachrum pugna.

Hipponis, cuius meminit lex, nauis aduersa. ad l. Rhod. Locrorũ fuit Colonia.Strabo eam uocat Hipponium, Plin. autẽ scribit à Romanis appellatã Vibonem, dein Valentiam.Hęc urbs adhuc extat, sinumque efficit Hipponiatem.

Hircosus dicit̃ cui os olet, ut l.qui clauum.§.is cui. ff.de ędil.edi. Sed ꝓpriè dicitur cui alæ grauiter olẽt: nam hircus etiã dicitur alarũ fœtor, quem Plin. alarum graueolentiam uocat.

H ante O,

HOdie,hæc dictio nõ importat dilationem. l. liber homo.§.i.ff.de verb. obl.& l.prætor.§. prætерea.& §.posse.ff.de iniu. & facit dispositionẽ,pręsentẽ, ut ibidẽ notatur.

Holobaræ uestes, quæ ob aurum intextum graues sunt.Alciat.in ti.de uest. holob.lib.11.C.

Holobryzæ uestes, quæ totę sunt ex auro obryzo.

Homagium est idem quod fidelitas,tamen Spec.eo. tit.in lib.de feu.ponit illam differentiam, ꝙ homagiũ est de his quę ad temporalia pertinent,& ideò pro spiritualib. indignũ est ut quis homagium facere cõpellat̃. Fidelitas tñ pro spiritualibus pręstatur,quia prælati bene pręstant fidelitatem,ut in cap. antiqua. de priuil. uel sic potest describi. Homagium est quædã astrictio seruitutis liberi hominis facta dño ꝑ pactionẽ uel petitionẽ siue stipulationẽ promittẽte libero homine dño suo fidelitatẽ, & cõstituẽte se hominẽ vel uassallum suũ. Et sic in aliquib.partibus hoc modo ille q̃ facit homagiũ coràm domino suo flectit genua sua, tenendo manus suas coniunctas simpliciter inter manus domini iusiurandum de fidelitate pręstãs: & mutuo se in signum fidelitatis osculantur, cuius forma ponit̃ in lib.feud.de

no.

no.fi.for.cap.est & alia, scilicet, post rubric. illā de for.fi. Ad idem facit de iureiuran.cap.ego.n. & 63. distin. tibi domi no. Et Hostien. ponit eā in sum.de feu.§.quid sit fidelitas, & qualiter sit facienda. Ex dictis homagium describi potest se cundum formam, est qñ aliquis flexis genibus iū ctis manibus in manus domini positis aliquid promittit. Est autem homagium multiplex secū dū Spec. ubi suprà quod dam est legium, quod dam est non legiū, quod dā edictale, quoddam decretale, &c. de quib. ĩfrà.

Homagium decretale est. Nam hęres hominis mei qui illo feudo ex consuetudine posset infeudari, & per consequens in homagium succedere, debet infra certū tēpus me in dominum agnoscere, & fidelitatem mihi praestare, & ego teneor eum ratione talis feudi in hominem recipere, & in recipiendo uideor sibi ius feudi decernere, propter quod dici potest homagium decretale, sicut & bonorū possessio decretalis, & ꝙ ius mihi tribuit, sicut & talis bonorum possessio, scilicet, si nullus sit proximior. Et ideò in curia Frāciæ semper recipiuntur fidelitates & homagia alterius saluo iure. Quod autem in Italia & alibi uocatur uasallitium, in Francia uocat̄ homagium, &c. & dicitur homagium, cap. ueritatis. de iureiuran. Differunt tamen, quia homagium est quando iuratur alicui fidelitas, nemine excepto, sed uasallitium superiore excepto. s. Imperatore. De hoc optima gl. in uerbo homoque ligius. clemē. pastoralis. de re iudi. ubi etiam dicitur ꝙ quis nō potest esse ligius duorū, sed bene ligius vnius, & uasallus alterius, uel uasallus plurium, & sic homagium potest dici hominis ligium.

Homagium edictale est sicut bonorum possessio edictalis. Vnde secundū Spec. ibidem homagium edictale siue hereditariū est

est quòd quis habet, eo ipso ꝙ est hæres: nã eo ipso ꝙ adit hæreditatẽ hominis mei, personam eius repræsentat, & uidetur hominis homagiũ subiisse, & tale homagiũ poteſt finiri tempore, si domino placebit, quia si domino non placet, nõ finiretur, etiam si uasallus uellet bonis feudalibus cedere imò ageret contra ipsum, ut eum in dominum agnoſceret, & hoc ex cõtumelia sua, unde puniri debet ne in uitus cõsequatur immunitatem, quod esse non debet, pro quo ff. de ne. gest. l. siue hæreditaria. Et ideò possum eum cogere ut subeat homagiũ decretale, & etiam quòd plus tribuat ei in effectu quam edictale.

Homagium legium est ſm Spec. ibidem, quod fit Imperatori uel Regi; nullius alterius fidelitate salua. illud autem qđ fit aliis, non dicit legiũ, quia fit uel iuratur salua Imperatoria vel Regia fidelitate multi enim putant homagium legium esse quãdo uasallus mittit manus suas inter manus domini, & sibi homagium facit, & fidelitatẽ promittit, & ab eo ad osculum recipitur, quod non est uerum, ut etiam ibidem dicit Spec. sed ut ipse dicit, tunc alii ponũt quòd duplex est homagium. Homagium legium, in quo nullus recipitur quantum ad uerba, sed quantum ad mẽtem. Et aliquid qui supremam & generalẽ habent autoritatem & iurisdictionem, puta Imperator uel Rex, intelliguntur excepti, &c. Item ubi ponitur legium supra & infra, habent aliqui legium. Homagium nõ legium est quãdo aliquid excipitur, puta. Facio tibi homagium excepta fidelitate ad quam domino meo tali legio teneor uel saluo, ꝙ possum cũ uoluero dominũ legiũ mihi constituere, uel saluo quòd nolo tibi contra talem iurare. Sed dictum primum est uerius secũdum Spec. licet hoc ultimo designatum cõ-

munis

munis usus approbet. Et secundum ultimum modum sequitur per totum, & illo utitur Spec. de homagio legio, uide suprà feudum legium.

Homo nõ rectè dicitur qui adhuc est ĩ utero matris. l.cũ ĩter. C. de fideic. lib. & l.pe. de posthu. hæred.

Homo legius uel ligius ſm Spec. ibidem dicitur quasi suo domino ligatus, uel quasi legalitatem cõtinens. Vnde rex Siciliæ est homo ligius Romani iudicis, ut in clemen. pastoralis. de re iud. præal leg. post medium. in §. rursus. ubi gl. not. Et omnis homo ligius est uasallus, & non econtra.

Homicidium dicitur hominis occisio ab homine facta, & dicitur quasi hominis cædium, ab homo, & cæde, secundum Goff. in sum. eod. tit. & Host. & Io. & Spec. & est duplex, scilicet, uoluntarium, & casuale. Etiam committitur homicidium facto, consilio, præcepto, & defensione. c. sicut. eod. tit. ubi gl. not. Fit etiam homicidium spirituale ex quadam iurisdictione spiritualiter octo modis. Primo, per fratrũ detractores, eos odientes, iniquitatem, oppressionem & iniustitiam facientes, fratribus malè persuadẽtes, &c. ut c. homicidiorum. de pœn. dist. i. c. omnis iniquitas. & c. noli. ea. dis. Et generaliter iniquus motus ad nocendum fratri in homicidii genere deputatur. Item homicida censetur qui tempore necessitatis ꝓximis alimẽta negat 86. distinct. pasce. Corporale homicidium est hominis peremptio corporaliter. Et fit dupliciter .s. lingua & facto, linguatripliciter, præcepto, consilio, & defensione. 50. dist. si quis uiduam. c. periculosè. de pœni. dist. i. Facto quadrupliciter, iustitia, necessitate, casu, & uoluntate.

Homologare, Autor exponit in dictione Omologare.

Homoousion, quo uerbo utitur Iusti. ĩ l. 3. de sum. tri. latinè sonat consubstantiale.

Honestus dicitur qui nihil habet turpitudinis, sm Isid.2.Ety. & dicitur honoris status, & de ista honestate uide Goff. Host. & Spec. in rub. de uita & hone.cler.

Honestas iustitiæ publicæ .i. constitutiones ecclesiæ factæ pp publicam honestatē. Iudicauit .n. ecclesia esse honestum ut nunquam consanguineus duceret sponsam consanguinei sui uiui uel mortui, sm Arch. de spon.c.i.li.6. de hac honestate uide in c. ad audientiā, & c. spōsam. de spon.& mat. ubi p doc.

Honor aliqñ capitur pro dignitate.l. nup. de do. inter ui.& ux. qñque p magistratu. §. pretorū. Inst. de iu.nat. gen. & ciui. qñque pro dono.l. si remunerandi.ff.man. qñque p salario.l.1.§. pin de.de uar.& extraor.co.

Honor municipalis est administratio reip. cum dignitatis gradu.l.honor. de mun.& hon.

Honoraria dñr præmia legatorū seu aduocatorū. l.1.§.in honorariis.ff.de uar.& extraor.cog.Req. infrà legatus.

Honorarium ius dicit ius pretorium.§.pretorum. Institutio. de iur. nat. gen.& ci.

Honoratos ait Alci. ēt eos appellari qui Palatina dignitate prædíti sunt absq; administratione.

Horreū accipitur pro quocunque loco ad reponēdum merces idoneo, inde horrearius de quo in l. cum in plures. §. ult. ff.loca.

Hortamur aliquando importat mandatum necessitatis, & per ipsum confertur iurisditio. c.quia iudicante de præsc. & c. 1. de testa. & cap. hortamur.3 q.9.

Hospes dicitur qui recipit & recipitur. ff. de exer. act.l...§.magistri. in gl. dicitur uector. & ad legem Rhod. de iac. l. 2. tertio responso.

Hostes sunt quibus populus Romanus bellum indixit, uel ipsi populo Romano, ut ff. de capti. & postlim. reuer. l. hostes.

Hostiarius olim in ueteri

testõ idem erat q iani tor,ut 22.dist.cleros.

H ante Y.

HVmanus.i.secularis. 1. dist.c.j. 12. q. 2. qui & diuinis & humanis. Itẽ idem est quod humilis. 50.dist.eos.24.q.j.si qs dederit, & habetur in regula, semel Deo. de reg.iur. lib.6.

Humanitas pro humana natura accipi uidetur ĩ l.non tantum.de appel.

Humanitas cõtingere, pro mori.Inst.de do.in prin.

Humiles personæ quæ di canẽ, declarat Imp. in l. humilem.C.de ince.nu. Bar.in l.tutor,§.tutores, de suspe.tu. annotat hu milem dici qui caret di gnitate.

Humiliores personæ dñr pauperes.l.illicitas.§. ne potentiores. ff. de offic. præsi.& dicitur humilis quasi humo accliuis,ſm Isid. not. Arch. in c qui episcopus.23. dist.

Humilitas seu humiliatio ut no.Arch.22. q.2.cum humilitatis: Est virtus qua homo uerissima co gnitione sibi uilescit.de qua gl.optima in uerbo humilitatis,& est glo. fi nalis,in clem.1.de relig. dom.quæ multa perpul chra ponit de humilita te. Vnde melior est in malis factis humilis con fessio quàm in bonis su perba gloriatio.2.q.3. c. iniustum,in fi.

Humiliati sunt quidam re ligiosi qui fuerunt con demnati ab ecclesia per Lucium Papã, quia no luerũt iurare, & postea tempore Clemẽtis rece pti sunt ab ecclesia, qa se correxerunt,& iurant qñ expedi.no.in c. olim causam.de resti.spol.

H ante Y.

HYacinthus nomen flo ris,& gemmæ. l. 1. C. nulli lic.ĩ fre.equo.li.11.

Hydraulus,instrumentum extrahendę à profundo aquæ idoneum:inde hy draulæ,quib. cura aquæ domus Imperatoris de mandabatur,de quib.in l.5.C.de excu.mu.li.10.

Hydromeli, aqua mulsa, quæ aqua & melle con ficitur. Hãc uocem usur pauit Vlpia.in l.si quis. de

de trit.leg.

Hydrophylaces, curatores sunt aquarum.

Hymnus angelicus, seq. supra in litera h, ante i, licet male ibi fuerit hæc dictio collocata per autorem operis.

Hyperberici mensis mentio fit in c. pp. 18. dist. intelligiturq. october. Alc. tñ c. antep. lib. j. Par. censet legendum, hyperberetæi, q teste Suida ita is mensis apud Macedones appelletur, sitq. apud eos ultimus mẽsis anni. Vnde hyperberetæa ab eisdem uocantur serotina, tarda, & post collectos demũ fructus accidentia.

Hyperbolæ, latine excessus, figurę nomen, cùm s. quippiam dicitur fidẽ ueritatis excedens, augẽdi uel minuendi gratia, cuius rei exemplum in §. per traditionem. Inst. de rerum diui. ut ibi obseruauit Accursius.

Hypætria appellantur loca subdio exposita; hoc est patente cœlo. Plerunque tamen accipiuntur pro subdiualibus deambulationibus, quas apud ueteres moris fuit pulcherrimis sterni pauimentis, & hyeme quidem plumbo uel aliqua alia materia exemptili tegebantur, ne gelu, uel nimibus corrumperent: æstate uero expansis uelis a solis ardoribus defendebantur. l. malum, §. plumbum. de uer. sig. & l. quæsitum. §. de uelis. de fun. instr. licet ibi corruptè legatur apothecis pro hypæthriis.

Hypocaustum latine interpretari possumus succẽsum uel subustum, locus est in balneis ad calefaciendas cellas caldarias & tepidarias, ut exponit Bud. Interdum accipitur pro cubiculo vndiq; occluso, in quod aer non admittitur, sed igne accenso, feruore atque æstu uaporat intus nec foras diffunditur calor, quod sermone Italico stufa appellatur.

Hypocomus, De hoc uide in litera y.

Hypocrisis, latine simulatio, & hypocrita simulator dicitur.

Hypomnematographi, dicuntur commentariorũ scriptores. habetur hæc vox ĩ l.si quos.C.de dec.

Hypostasis, exponitur in litera y.

Hypotheca huius uocis sensum posuit author in litera y, licet imperite, uide ibi.

Hysginus color dicitur ab hysge herba.l. quæsitũ., §.illud.de leg.3.

Hysterologia, uel hysterõ proteron, figura est, cũ id, quod primum esse debet, secundo ponitur loco, ut cum Iurisc.prius determinat secundam qõnem, q̃ primam, ꝑut fecit in l.3.§.Labeo. de incen.ruĩ.nauf.

I ante A.

IAcinthus lapis est pretiosior aliis.C.nulli li. in fre.l.unica.lib.11.

Iactus, require infra lex Rhodia de iact.

Iactura est damnum uel periculum quod quis patitur qñ imminente tempestate proiiciuntur bona in mare ad exonerandum naues, & ita capiẽ propriẽ, sed largẽ potest capi ꝑ quocunq; dãno alicui per uiolentiam illato undecunq; proueniat. Vel diciẽ lesio facta cum lapide uel ligno. Reqrẽ infrà lex Rhod.

Iactura & damnũ differũt, qa iacturã sciẽter, & ultro patimur, ut patet in iactura q̃ fit per tẽpesta ẽ maris, ut in tit. ad l. Rhod. de iac. dãnũ uerò insolito & nobis insciẽtib. fit c.in primis. 2. q. 1.& l.1.ff.ad l.Aq.& no. per Arc.in c. quia sepe. de ele.in 6.in .2.col.

Iam, hæc dictio denotat ꝑfectionem actus & continuationem. Bart.in l. Celsus.ff.de usuc.& in l. j.ff.de aq. quot.& æsti. & tex.in const. j. C. uer. omne iã cõst.& ibi Bal.

Iam, qñq; ponitur interrogatiue, ff.ad l.Aqu. l.Stichum. Qñque retro tempus significat, & continuum, de acq. rer. dom. l.nũquam.§.thesaurus: Item qñque sumitur ꝑ futuro, & præterito secundum subiectam materiam, ut l.quamuis.ff. de fur.& ibi no.

Ian

Ianthinus, color est uiola ceus.l.si cui.§.fi.de le.ij.

Ianuarius est mensis ideo sic dictus, q̃a est princi piũ & ianua totius anni ut no.per Arch.extra de resc.c.ii p̃p.in 3. col. in gl.debet hoc intelligi.

I ante B.

IBi, hæc dictio, non tm̃ lo cum, sed q̃nq; ẽt tẽpus de mõstrat gl. in l. si quis, de iud.

Ibrida est de scorto natus.

I ante C.

ICONOMUS dicitur ille cui ecclesiastica res guber nanda mandatur, ut C. de sac.sanct.eccl.l. iube mus, circa prin.& gl.3.c. Imperatorum. de iura. cal.ubi no.differentiam per doc.inter iconomũ, syndicum, procuratorẽ, & actorem, quæ ibi ẽm gl.in lata significatione idẽ signãt. De quo due gl.notabiles.una in c.si quis erga.2.q.7. alia in c.qm̃.16.q.7. & habetur x.q.ij.si iconomus.

Economus per œ, diphthõ gon scribendum est, nõ per i, nec p̃ y. significat aũt propriè curatorem domus. hinc & œcono mica Arist.

I ante D.

IDcirco & ideo sunt di ctiones causales. Bar.in l. demonstratio, §. quod aũt.ff.de cond.& demõ.

Idem q̃nque exponitur p̃ simile.l.si non sortem. §.Libertus, de cõd. ind. Et quandoque idem ap pellatur tametsi prist i na qualitas aut quanti tas non adsit.l.propone batur de Iud.

Idest, est dictio expositiua ff.ad l.Aq.l.item Mela. §.legi: uide latè de hac dictione per Bar.in l. i. ff.ad l.Aqui.

Idiota est Græcum, & est idem quod imperitus, ẽm Isid. lib. x. ut est lai cus qui literas nescit, ut in auth.q̃uo opor.epis. §.i. q̃nque dicitur ille qui ostẽdit se scire cum nesciat. Vnde uersus.

Vir bñ uestitus, pro ue stib. esse peritus. Credit à mille, quis idiota sit il le. Ita dicit Io.An.ĩ add. ad Spec.ĩti.de arbi. §.re stat.uer. itẽ ferẽdæ sunt.

Idonei proprie dicuntur qui pñt & uolunt in ecclesiis deseruire de præben. super inordinata. Et dñr idonei qui sunt moribus, honestate, & literarum scientia decorati. de inst. c. in ecclesia. in gl. 4. etiam sunt prouidi & circunspecti.

Idonee cauere quõ intelligatur, req. in uer. cautio.

Idoneus tutor dicitur qui est soluendo quatenus sunt facultates pupill. l. 2. §. idoneos. & ibi Bart. ff. ad Tertul.

I ante E.

IErocinium est locus ubi alunt pauperes, ẜm quod accipitur C. de sac. sanc. eccl. l. illud.

Ierotocomiũ est locus ubi senes & ualitudinarii, & propter senectutem tm̃ infirmi homines curantur. gl. in c. tributum. §. sancimus. 23. q. 8.

I ante G.

IGnarus est qui ignorat, uel qui ignoratur, secundum Isi. lib. 10.

Ignauus idẽ est quod ignarus u iæ. i. rationis, & ui tæ ẜm Isid. ibidẽ. frequẽtius tamen accipitur ꝑ indiligenti. Et pigro. unde & ignauiter, pro segniter, & negligenter.

Ignem & aquam accipere interpretatur Scæuola pro nuptias celebrare. l. pe. de do. inter ui. & ux. ubi præclare Budæus.

Ignominia est uerbalis læsio contra honorem alicuius, uel etiam turpitudo. Et sic dicitur ꝙ ignominiosum est episcopo si quærat ab aliis doceri, cum ipse alios docere debeat, ut ĩ auth. de san. epis. §. damus. colla. 9.

Ignominiosa missio in re militari quę sit, ostendit eleganter Iurisconf. in l. milites. de re milit. & l. 2. de iis qui not. infam.

Ignorãtia est cum de facto uel de iure nihil scio, nec mihi aliquid suspicor, ẜm Azo. in sum. C. de iur. & fac. ign. uide infra in uer. ignorare.

Ignorare propriè est nescire quod aliqs debet scire. Nescire autem est cõmunius quàm ignorare. Vnde propriè omnis q̃ ignorat, nescit, & non

econtra, ut no, ff. de iur. & fac. ign. super rubrica. Et in hac materia quatuor sunt quæ uidentur idem, sunt tamen diuersa, s. ignorantia, nescientia, error & titubatio. Primum sumitur in mala parte, quia s. debet scire, & ignorat, unde dicitur, qui ignorat ignorabitur. de renun. cap. nisi cum pridem. Nescire autem in bona & mala parte. Nam omnis ignorãs nescit, sed non conuertitur, ut dictum est. Error aũt est cum aliud est q̃ credã. Quod autẽ aliud sit errare, q̃ ignorare, patet cũ dicit lex, si potest possessio acquiri ignorãti, ergo & erranti. ff. de acq. pos. l. si me in uacuã §. j. Titubatio uero est cũ hinc inde diuersa uel contraria scire uideor, nec alicui eorum magis animum applico. C. de cond. inde. l. fi. Et ignorãtia diuidit ex parte materiæ circa quam est, q̃a alia est ignorantia iuris, alia facti, & harum una probabilis, alia nõ. Ignorantia facti est, ut si nesciam illum decessisse q̃ mihi cognatus est, uel aliquod simile. Alia est ignorantia iuris. ut si nescio me illi posse succedere qui mihi cognatus est & decessit, ut ff. de iu. & fac. ign. l. i. & hæc non excusat regula ignorantia, de reg. iur. lib. 6. Est etiam quædam ignorantia: facti probabilis, ut si quis errat in facto alieno, & quædam non probabilis, ut si quis errat in facto proprio, uel rebus suis, ut ff. pro soc. l. ult. uel si ignorat aliq̃s quod omnes de ciuitate sciunt uel maior pars ciuium scit. l. regula. §. sed facti, ff. de iur. & fac. igno.

I ante L.

Ilico dicitur fieri quod fit antequam diuertat se ad alia facienda. l. litigatoribus. C. de app.

Illata. i. opposita. de præsum. nonne.

Illata quomodo differant ab inductis, no. gl. in l. si non. C. in qui. cau. pig. uel hyp. ta. contra.

Illibatum. i. nõ diminutũ.

gl. §. fin. inst. de iis qui sunt sui uel alie. iur.

Illotis manibus dixit Caius in l.2.de ori.iur. pro rem ipsam protinus aggredi nulla præfatione adhibita, & imparatis adhuc legentiũ animis.

Illusio est deceptio uel derisio.clem.unica. de renũ. ubi conc.mul.in gl.

Illustris ẽ nomẽ notitiæ eo ꝙ multis clareat splẽdore generis uel sapientiæ uel uirtutis, quamuis sit obscurè natus, secundũ Isid. Et nota, ꝙ quatuor sunt nomina dignitatũ. s.maximi, ut sunt super illustres, magni, ut illustres, medii, ut spectabiles, minimi, ut clarissimi in auth.de app.§.i.& tribus seq.inst.in proœ.§. cunque ubi gl. illustres etiam dicuntur qui sunt de consilio & consistorio Imperatoris.l. quisquis.C.ad l.Iul.maie. Vide latè Barb.in c.nouit. de offi.deleg.& in c. nouit.de iud.& in c.tuam. de ord.cog. & per Alex. de Im.in l. i.9.col. ff. de off.eius cui mãda. est iuris.ĩ gl.ĩ uerbo tribuunt.

Illuuies, immunditiã fœtoremque oris designat.l. qui clauum.de ædil.edi.

Illyricus.i.sclauus.s.aliquis de Sclauonia. uide supra, coloni illyriciani. C.de colo.illyri.li.11.

I ante M.

Imaginarium profictitio. unde imaginaria uenditio, quæ nullo aut minimo accedente pretio fit §. præterea. instit. quib. mod.ius pat.pot. sol. & l.imaginaria.de reg. iu.

Imbecillis est fragilis & inconstans, & dicitur quasi sine baculo.

Immissum. dicitur. quod ita immissum est, ut in aliquo loco cõquiescat, ueluti trabes quę in alienũ pariete immittunt, unde & seruitus tigni immittẽdi nomen accepit.l.malum.de uer.sig.

Immunitas est priuilegiũ quoddã, uel remissio à iure ad non subeunda munera uel honores cõcessa, qualia enumerantur in ti.ff.de iure imm.

Immo, stat qñque correctiuè.c.accedens, ut lite nõ cont.de hoc tex. iuncta gl.16.

gl.16.q.1.prædicator.& l.Stichus.ff.de manumi. test. & ibi plenè per do. Bar. qñq; stat copulatiuè uel implicatiuè,ut p eũdẽ Bar.in j,cõst.C.ubi latissimè de ui huius dictionis.

Impedire dicitur qui retardat.c.pia.§.fi.de exc.lib. 6.& ibi no.per Arch.

Impensæ ẽm Azo. in sum. de rescin.uen.dictę sunt ab impendendo,& sunt triplices,quędam necessarię quędam utiles,quędam uoluntariæ. Necessariæ dicuntur quib. nõ factis res erat peritura, uel quasi factæ nõ essent res longe deterior effecta fuisset:ut in l. impensæ.ff.de uerb.sig. v.g.Cõduxi à te domum quæ ita ruinoso erat, ꝙ nisi releuassem eam, erat casura hæ impensæ dicuntur necessariæ, & ipsas repetam per cõtrariam actionem cõducti. Vtiles dicuntur quib. nõ factis res nõ erat peritura, sed ipsis factis melior efficiẽ utpote si faciã fenestras utiles in domo uel similia,faciũt ergo utiles in pensę rẽ deteriorem esse meliorẽ. Volũtarię(aliàs uoluptariæ)dñr quib.nõ factis res nõ erat peritura,nec ipsis factis res efficiẽ melior,sed bene amęnior, utpote si facio picturas in domo mea, hæ nõ repetunẽ,nec deducũtur(quamuis secus sit de necessariis & utilib.)sed has licitum est mihi abradere sine læsione prioris status, si abrasæ possunt mihi aliquam utilitatẽ afferre,alioquin nõ esset mihi licitum, quia malitiis hominum (qui nihil aliud quærũt nisi ut noceãt) nõ est indulgendũ, sed obuiandũ,& sibi imputet qui eas fecit, quia donare uidetur, iuris fictiõe,uide suprà expẽsę.

Imperator nõ dicitur nisi post coronationem.Fel. in c.eam te.de rescrip.in 1.col.uers.similiter dicit glo.& uide glo. in clem. 1. de iureiur. in uerbo, futurum.

Imperium est duplex. s.merũ & mixtũ, de quib. uide suo loco in litera M.

Imperitia.i. ignorantia. de præscrip. sicut graue.

Im

Imperpetuum quãdoque significat donec uiuo. ff. pro socio. l. 1. quandoq; significat per infinita secula, etiam post mortẽ secundum glo. in uerbo, perpetuaſ. in §. at si ita. inst. de uerb. oblig.

Impetere. i. accusare, ut ex trà de iureiur. c. quemadmodum.

Implementum sumitur ꝓ implemẽto cõditionis; & hoc modo significat actũ esse purificatũ. l. antepe. ff. de condi. inst.

Impossibile dicitur multis modis, ut not. 61. distin. Catulensis ecclesiæ. Vnde impossibilitas ꝓpriè est triplex, uidelicet iuris, facti, & naturę, secundum Io. And. in regula nemo. de regu. iur. lib. 6. Et nota, ꝙ impossibilitas apposita actui, diuersimodè significat, ut ex significato ex ea sũpto, uel aliàs undecunq; concludiſ disponẽtẽ uoluisse, nam quandoq; uitiat actum, quandoq; habeſ pro non adiecta, prout natura actus cui adiiciſ postulare uideſ; de quo latissimè & magistraliter Dyn. in dicta reg. nemo potest. & post eũ alii in §. impossibilis. insti. de lega. Et no. ꝙ habetur etiã pro impossibili quod à sola principis uoluntate dependet, ut no. glo. in l. Cõtinuus. §. cùm quis. de uerbo. obligát.

Impostores dicuntur uersuti & fallaces homines, in de impostura. i. fallacia & deceptio, ducta uideſ metaphora ab iis, qui operimentũ aliquod rebus imponunt, ut uitia cõtegant. Hinc & uerbũ imponere ꝓ simpliciter decipere. Horũ uerborũ crebra fit mẽtio in iure, ut in l. i. de uar. cogni. in l. 4. de ædi. edi. & in tit. de crimi. stell.

Impotentia coeundi est uitium uel defectus naturalis uel accidẽtalis quo quis impeditur alteri carnaliter commisceri.

Impræsentiarum habetur in l. de ætate. §. ex causa. ff. de interroga. act.

Impubes est qui ex habitu corporis sui impubertatem ostendit, & ꝙ generare uel concipere nondũ possit, sicut masculus

ante 13.annum, mulier ante 12. Masculus enim impubes dicitur usque ad 14.annum completū, puella uerò usque ad 12. ut instit.quib. mod. tut. fin. in princip.

I ante N.

IN, ista dictio per se sumpta aliqñ notat terminū in quo, aliquando pro fine, & pro aliis multis significationib. de quib. uide Ant. in c. in literis. in prin. de resti. spol.

In, quādo priuat uel auget, not. Io. Andr. de consue. ad nostram. Et dat remissionem ad Spec. de iu. pat. nobis autē. Sed plenius no. Arch. 40. dist. si Papa. & qñque notat intrincitatē, qñque extrincitatem, iuxta Alexandrum. In campo curro, &c. Et habetur in l. si cui in prin. ff. de leg. 1. Quādoque ponitur pro ualde, in compositione, ut inuigilare, id est ualde uigilare. Interdum ponitur pro non, in compositione, ut iniustus, iniquus, id est non iustus, non æquus.

Inauditum filium dixisse uidetur Vlp. in l. inauditum. ad l. Cor. de sica. ꝑ non dānatū iudicio, ut ibi interpretatur. Bud.

Inauris, ornamētum est ab aurib. fœminarum depēdens, cuius nō semel meminit Iurisconsul. in tit. de auro & argen.

In bonis esse longè aliud est, ac ex bonis esse. nam in bonis nostris esse dicitur cuius dominium ad nos pertinet, ex bonis uerò, in quo quodpiam aliud ius habemus. §. penult. institu. ui bon. rap.

Incapacitas dicitur pro ipsa reali capacitate: ꝓut natura rei dictat, uel dispositio legis admittit, aut quodlibet medium operari uel significare declarat. v.g. promittitē uel legatē res sacra, incapacitas rei huius operatur ꝙ non ualet nec in re nec in æstimatione, quia nō est commercium rei sacræ. l. inter stipulantem. §. sacra. ff. de uer. ob. sed ubi legatē colūnā aurea uel marmor pictū ad cōstructionem domus de alia domo, nō ualet legatum

tum iure, licet ualeat in æstimatione. l. cætera. §. si duob. ff. de lega. j. quia res de se est in cōmercio hominū, sed ne destruatur uel deterioretur, nō tollitur de domo, sed debetur æstimatio rei, & sic de aliis exemplis.

In capita succedere ſm Hostiensem in sum. de suc. ab intest. §. uiso. uers. q̃d sit factū. est qñ filii præmortuorū fratrum succedunt in portionibus quot sunt capita uerbi gratia: Tres sunt filii ex præmortuo fratre, & unus ex alio fratre, sitā tum capiat filius ex uno fratre genitus quantum tres ex alio geniti succedūt in stirpes suas, q̃a q̃ hbet capit certā portionē stirpis suæ, Si uerò fratres tot portiones capiētur quot sunt capita, tūc succedūt in capita. uide infrà, in stirpes succedere. & Azo in sum. C. de hære. inst. Hosti. & Spec. eo. tit. in tract. libellorū. uer. nūc. de collateralib.

Incendiarius est qui ob inimicitiam, aut prædę gratia, ædes, arbores, siue segetes īcēdit, ut ff. de pœ. l. capitaliū. §. incēdiarii.

Incentiuū idem est q̃d appetitur uel audacia seu uolūtas, de uita & hon. cler. c. ut clericorum.

Incētor dicitur ideo, quia ipse alios praua suggestione succēdit ad uitia, & persuadendo inflammat, secundum Isidorū.

In certas regiones fundū diuidi, est iū partes determinatas diuidi.

Incertus possessor est quē ignoramus. l. subsignatū de uerborum signific.

Incestæ nuptiæ sunt quæ inter collaterales uel affines fiunt secundum gl. in auth. de incest. nup. in princip. ubi cōstituit differentiam inter nuptias incestas, nefarias, & illicitas, tametsi iuris autoris non raro his nominibus promiscuè utantur.

Incestus est maior adulterio. l. si adulteriū. §. i. uer. duplex. de adulteriis, & est coitus carnalis inter affines & collaterales; §. si aduersus. inst. de nup.

Incestus est abusus consanguineārū uel affiniū, ut §. cū ergo. 36. q. i. & 35.

causa. quasi per totum.

Incestuosus dicitur qui co gnatam uel affinem uel etiã sanctimoniale nefa rio amore uel coitu uiolat seu maculat, siue in matrimonio, siue sine matrimonio, ut in §. præalleg.& 27. distinct. uirgines.

Incidens & emergens qũo differãt no.in c. 1.de or. cog. & c. à nobis. de ex cep. uide de hoc suprà, emergens.

Incile, uide infrà. Interdi ctum de riuis.

Incola dicit̃ qui ĩ aliquam regionem domicilium contulit, uel contrahit, quasi sedem ibi positu rus uel mansionem, ita ꝙ trãsactis x.annis domi ciliũ retinuit. licet, etiã causa studii ibidẽ stete rit, ut ff.de uer.sig. l. pu pillus.§. incola. uel qui propriam terrã colit.Re quire suprà, Agricola.

Incolumis dicit̃ à noĩe co lũna, q̃a sicut colũna est erecta, fortis, & stabilis, ita ĩcolumis cõsimiliter & ista rõne forte filius dicitur habere in bonis patris quartã ĩcolumẽ.i. fortem, stabilem, quia fi deicõmissa & legata eã minuere nõ possũt, ut l. 2.cũ ibi no.C.ď ino.do.

Incõcussa .i. inuiolata, seu incõcusse.i.quiete, sine interpellatione. c.illud, & c.auditis. de præscr.

Incõsulto factum dicitur, ꝙ dedita opera factum non est.

Incontinẽti, id est statim, recipit tamen hoc uer bum interpretationem à iure, de quo suprà in uer. facere.

Incorrigibilis ſm Bal. dicit̃ qui non paret iudici in extremo iurisdictionis quod est sententia. Sed contumax dicit̃ qui nõ paret in principio iuris ditionis, quod est cita tio uel in ius uocatio. Scďm Ant. de But. dicit̃ incorrigibilis qui postq̃ penitus est condẽnatus, iterũ reuertit̃ ad idẽ cri men.c.ut famæ.de sent. exc.licet.n. nõ faciat pę nitentiam, non dr̃ ꝓpte rea incorrigibilis, nisi reuertatur ad simile uel ad peius delictũ, nec fa ciat sui pręsentiã iudici. c.qm̃ frequenter. §. i. ut lit.

lit. non contestā. dum. n. facit sui pręsentiam, ut iudex eum apprehendere possit, non est incorrigibilis, quia ecclesia hābet ad huc quid ultra faciat. c. cùm non ab homine. de iudi.

In creditū ire est idē quod credere. l. 2. §. mutui. si certum petatur.

In creditum possidere, hoc est propter creditū, ulus est Vlpia. in l. à diuo. §. si pignora. ff. de re iudi.

Incrustationes secundum Alcia. in l. impensæ. de uerb. signific. sunt tectoria parietum ex crustis marmoreis confecta.

Incunctanter. i. de cætero. 3. q. 6. hæc quippe. in fi. quandoque, id est sine mora. ff. de adm. tut. l. tutor qui repertorium. §. 1. Quandoque. i. indubitanter, quia cunctari idē est quod morari uel dubitare, & ita sumitur extrà, de his quæ fiunt à ma. parte cap. c. 1. de sēt. excom. cùm quis. lib. 6. & ibi per Arch. 9. dist. c. noli. 3. q. 6. hæc quippe. & extrà, de schisma. c. fraternitati. & in utraq; significatione potest sumi. d. c. noli. & ibi de hoc per Arch.

Incuria est negligentia. cle. quia contingit. de re. do. & c. quæsitum de pœniten. & remis.

Indago apud Vlp. in l. emptorem. §. vlti. de act. empt. sumitur pro effectu indaginis, hoc est captura, quod à Budęo ibi proditum extat.

Indefinita capitur pro oratione cui non præponitur signū uniuersale uel particulare. Et oratio indefinita significat indifferenter, quandoq; etiā uniuersaliter distributiuè, seu collectiuè, seu aliter, prout eius significatum uel materia subiecta, uel quæuis circunstātia, seu aliquod medium probabile concludit. uerbi gratia, Lex loquitur indefinitè dicendo, uenditor tenetur rem tradere, uel tenetur de euictione, uel homicida, uel fur est puniendus, significat vniuersaliter, qa sensus est, quòd omnis homo est uenditor tenetur tradere rem, & omn's homo

moꝗ est homicida uel fur, est puniẽdus. Et hoc patet ex omnibus legib. sic loquentibus cum ea rum intellectu. Nam na tura legis est omnia in quibus est medium, sub eadẽ regula concludere. Cùm enim ibi sit eadem ratio, ibi, & idem ius es se debet. l. illud. ff. ad le gem Aquiliã. Item qua ratione de ista lege de traheretur unus, eadem & alius, & sic remaneret delusoria, & sic dicit, seu ideo dicit uniuersaliter. Differt tamẽ indefinite ab uniuersali secundum Bar. quia uniuersalis om nia significat ex suo pro prio significato, indefi nita uerò non compre hendit omnia ex sua si gnificatione ꝓpria, sed ex identitate rationis, interpretatione iuris, uel dispositione legis. uerbi gratia, Lex dicit homicidum punien dũ morte, non tamen sub hac lege cõprehen dit homicida iustè occi dens, scilicet ad sui de fensionem, uel per sen tentiam, ut in l. i. C. ad l. Corneliã. de sica. secus si lex loqueretur uniuer saliter, quia tũc ex pro prio significato conti neret omnia, & non in terpretatione iuris, sicut indeñita. Item cùm ꝓ fertur ab homine in ma teria naturali dicendo, homo est animal; signi ficat vniuersaliter, quia sensus est, ꝙ omnis ho mo est animal, quia si gnificatum sumptũ ex natura in necessario, in est omni homini. Idem cùm profertur à lege, di cendo, obligatio est iu ris uinculum, uel actio est ius prosequẽdi, &c. qa cuilibet obligationi, actioni necessario con uenit diffinitio. Itẽ ibi, in iudicio interrogatus de pluribus criminibus an fecerit, respondet quod illa nõ fecit, ęqui pollet uniuersali, puta sensus est ꝙ nihil horũ fecit. l. si is qui ducẽta. §. utrũ. ff. de reb. dub. quia significatũ sumitur ex interrogatione & respõ sione facta in iudicio. nam responsio facta ibi debet certiorare interro gantẽ,

gantē, aliàs non dicitur responsio, modo accipiendo uniuersaliter in tertogãs certioretur, q̄a respōdēs omnia negat. Si autē nō acciperetur uniuersaliter, nō certioret aliquo modo, quia nō appareret quid negaret, & quid cōfiteretur. Et sumit hic significatū ex æquipollentia, quia negatio ꝓposita signo, facit orationē æquipollere suo cōtradictorio. Nā licet ibi negatio post ponatur in ordine scripturæ, preponitur tamē in ordine cōstructionis dicēdo, quid eorū non feci, id est non feci quid eorū, & sic æquipollet isti, nihil eorum fecit, iura tamen parū intendūt significatū æquipollentiarū. Item ibi, promitto ꝑ hæredē meum nō fieri quominus tibi ire agere liceat, hæc uerba, per hæredem meū, significāt uniuersaliter, quia sensus est, ꝑ nullū hęredē meum. l. 2. §. fi. ff. de uerb. obl. quia nomē hæredis licet proferatur in singulari, tamē significat omnes hęredes, alia stipulatio non haberet hæreditatem, nec esset certitudo de quo intelligeretur, & de quo non. Itē ibi, testator dicit, lego seruos meos textores, si omnes sunt textores, significat uniuersaliter, quia sensus est, lego omnes seruos meos. l. seruus urbanus. §. fina. ff. de leg. 3. qui significatum hoc sumit ex accidētia facti, quòd omnes sunt textores. Si autem aliqui sunt textores, & alii non, significat uniuersaliter omnes textores, & non uniuersaliter omnes seruos. l. ꝑalleg. quia uerbum textores ponitur ad restrictionē, ut alii non cōtineant in legato. Item ibi, testator dicit lego lanam, argentum significat uniuersaliter, ut omnis lana, omne argentum uideatur legatum. l. si cui lana. ff. de leg. 3. q̄a qua ratione unum ibi comprehēditur, eadem ratione & aliud, & qua ratione unum excludit, eadem & aliud, & sic nihil significatur.

ficatur Itē ibi, obligo bona mea, non significat uniuersaliter, quia supellex filii naturales, & concubina nō continentur l. obligatione. ff. de pig. quia ex natura istarum rerum quis ad istas ita afficitur, qđ nunq̃ uel raro obligat, ergo in obligatione eas noluit comprehendere, sed cōprehenduntur alia ad q̄ quis solet obligari pro debito, quia signatum sumitur ex verbis & cōi modo agendi seu obligandi. Debent.n. uerba deseruire intentioni, & non intentio uerbis. Idē si dicit uniuersaliter, obligo omnia bona mea, quia adhuc prædicta nō comprehendūtur. Item ibi si testator dicit, hæres meus dānatus esto, clare significat uniuersaliter, quia sensus est, q᷑ oēs heredes teneātur. l. si plurib. ff. de leg. 2. Finaliter ergo indefinita, æquipollet uniuersali, de priuil. quia circa. 19. dist. si Romanorum. ff. de seruis le. si cui, & hoc uerū est de indefinita legis uel canonis, & ius tradere intendentis, talis. n. indefinita æquipollet uniuersali, si lege uel canone non diffinitur. 31. q. 1. quod si dormierit. Io. And. no. quod si non est eadem rō & conditio, ꝑꝑ aliquod accidēs omnium particularium in vniuerso comprehensorum, tunc indefinita nō æquipollet uniuersali, v. g. legatur lana indefinitè, non continetur tincta in legato. l. si cui. in prin. ff. de leg. 3. Sed si legatur omnis lana, tincta ēt cedit legato l. pediculis. §. Labeo. ff. de aur. & ar. leg. in gl. super uerbo aliorum ecclesiasticorū, in c. ut circa. de elect. lib. 6. ubi de hoc plene not.

Index est ꝓditor, dictus ab indicando, s̄m Isi. Capitē et ꝑ digito ꝓximo pollicis: itē pro tabula q̄ præfigitur libris ad indicāda rerū capita: quo sensu intelligi pōt. §. ult. Insti. de publ. iud. ut doctissimus docuit Alci. Interdum significat exemplum, ut in l. 2 ff. de fun. inst.

Indicare inter alia signata

est etiã æstimare, & pretium rei uenalis statuere, pertinetq́. ad uendentem, sicut liceri & mercari ad emptorem, indicatio, quo uerbo utitur Iurisc. in l. Iulianus. §. qđ aũt. de actionib. emp.

Indicasse reum est non solum detulisse, sed etiam arguisse & conuicisse. l. indicasse. de uer. sig.

Indicium est medium intellectuale ueritatis eliciendæ, ex aliqua singulari circunstantia insurgens. C. de rei uend. l. indicia, & dicitur ab indicando, quia indicatur. i. notificatur.

Indicium profiteri est ultro sese consortesq; criminis deferre. l. i. de sica. & ita ibi interpretatur Bud.

Indictio est numerus annorum consistens ex tribus lustris. Est autem lustrũ quinquennium. & qualiter possit inueniri indictio habetur in gl. indictionis. c. inter dilectos, de fide instr. Sic. n. faciẽdum est, annis dñi addas tres, & diuide totũ per 15. & id qđ remanet cõpleta diuisione ĩ numero diuidendo, hoc ostendit indictionem in isto seu pro isto anno anno. gl. in auth. ut præpona. nomen imp. col. 4. & C. de iust. cod. confir. in fi. uide latius de hac materia. Est prçterea indictio nomen publicæ pensitationis, quã uulgo taleã appellamus. Sumitur & pro denũtiatione, ut in l. libertus. de ope. lib.

Indictũ, est quod indicit. i. notificatur ut sciatur & fiat, ab indicendo dictũ, & sic fit indictum super iudiciũ ne procedatur.

In diem addictio est qñ q̃s ita uẽdit rem, ut si q̃s intra certum diem melio rẽ partẽ obtulerit conditionis. s. plus q̃ priorem ptor, res uẽditori trada tur, ut alii uẽdere possit, cuicũq; uelit, ut ff. eo. ti.

Indigena dicitur quasi indegenitus, uel quasi in eo loco natus, ẜm Isi.

Indignari & dedignari differunt, ut patet in c. vera iustitia, dist. 45. unde ĩdignari sapit uirtutẽ, sed dedignari arrogantiam.

Indiuiduum est quod de uno

uno solo prædicatur, ut de seipso, ut, Titius nihil aliud significat quàm seipsum, not. Bar. ĩ l. quę situm, §. pen. & seq. ff. de fun. instru. & alio modo capitur, ut no. in l. 2. §. & harum, & l. 4. §. Cato. & ibi not. per doctor. ff. de uerb. obl.

Indoles est quædam imago futuræ uirtutis, ẜm Isid. propriè dicendo.

Inducere, circunducere & cancellare differunt. Nã inducere est per mediã lineam pẽnam trahere: circunducere est circum circa pennam ducere: cãcellare uerò est ad modum crucis pennam ducere. gl. not. in l. si quis libertatem, in uerbo inducatur. ff. de pet. hęr. & alia gl. in l. inductum, C. de sol.

Inducię ẜm gl. in sum. 3. q. 2. sunt quintuplices. s. restitutorię, preparatorię, citatorię, deliberatorię, iudicatoriæ, siue executorię. Et ibi ponitur tempus omnium, quam gl. uide suprà dilatio.

Indulgentia, not. Arch. 2. q. 3. c. fin. & de pœ. & remis. c. 2. lib. 6. Et not. ꝙ in iure ciuili plerunque accipitur pro permissione & benigna concessione, ut attentè legenti apertissimè liquebit.

Ineptiæ sunt fatuitates. capit. qua traditione. 22. dist.

Inexpiabilis dicitur eo qđ nunq̃ expietur. i. purgetur, secundum Isid.

Infamia est famæ priuatio siue diminutio. Fama namq; qñque sumitur ut ex toto pro extincta habeatur. s. cũ maxima uel media capitis diminutio ĩteruenit, uel sic. Infamia est cõis opinio uerbis pronuntiata, ex suspitionibus orta. Item infamia est aliud quàm scandalum, & plus importat, quia hec per purgationem tollitur, sed in illo purgatio nõ inducitur, de homi. ex literis. 1. in gloss. Item infamia est illæsæ dignitatis status, uita & moribus reprobatus. Per oppositum fama describit. Req. suprà fama, & de coha. cle. & mulie. c. nostra. in gl. notorium. Vnde

de.duplex est infamia.s. iuris & facti. Infamia iuris est qñ ius dicit aliquem esse infamem, sed infamia facti est quãdo apud bonos & graues viros est opinio de crimine alicuius. de hoc l.j.ff.ex qnibus cau.infa. irrog. Infamia iuris duplex est .s. ciuilis & canonica. Et infamia iuris ciuilis cõtrahitur ex sententia criminis publici .s. diffinitiua, nõ autem ex sententia interlocutoria nec arbitri. Etiã quãdoque ex sententia criminis priuati, ut furti uel iniuriarum. Etiam qñque ex facto absque sententia quis incidit in infamiã. Infamia canonica contrahitur ex quolibet peccato mortali. Et quando infamia, & quæ repellat testem a testificando in causa criminali uel ciuili criminaliter seu ciuiliter intentata, no. in c. testimonium, de testibus.

Infamis est qui accusatus de crimine infamante, ẽt si ciuiliter agatur, condemnatur. gl. in c. cũ te. de re iud. & in c. multi. 2. q. 1. Felyn. & Abb. in d.c. cum te.

Infans est paruulus citra septẽ annos, ut l. si infanti. C de iure delib.

Infanti proximus. i. usq; ad 10. annos & dimidium.

Infecti argenti appellatio refertur ad rudẽ argẽti materiã. i. nõ factã. l. etsi §. infecti. de au. & ar. leg.

Infectum damnum, uide suprà damnum.

Inficiatio. i. negatio. l. ea q̃. C. de ne. ge. Et inficiari, .i. negare. Hinc est quod dicitur aliquando de aliquibus actionib. quod crescunt per inficiationem, quia ab initio cõpetunt ad simplum, hoc est, ad rẽ, uel æstimationem seu damnum datũ, & si ille hoc negauerit, & de hoc conuincatur condemnabitur ad duplũ, ut in actione depositi de eo quod depositũ est timore ruinæ, incendij, uel naufragii, uide suprà de acti. actio in factum.

Inficiator. i. negator, quia nõ fatetur, sed cõtra ueritatẽ mẽdacio innitiẽ.

Infinitas

Infinitas in multis iuris regulis prohibetur, de rescri. cũ multis. lib. 6. & de hoc habes plures conc. de æta. & qua. c. pe. vide de hoc per Io. An. in gl. d. c. cùm in multis.

Infinitiuũ uerbi actiui aliqñ resoluit in participiũ sui passiui, & in infinitiuũ alterius uerbi, ut tribuere, hoc est tributum seruare. ff. de man. vin. l. iusta. §. sciendũ. Qñq; resoluitur in infinitiuũ alterius uerbi, & participium sui actiui, & aliud nomẽ, ut manumittere. i. manumittenti autoritatẽ præstare, ut exponitur. ff. de man. vin. l. si rogatus. §. fi. ẜm vnã expositionẽ. Qñq; in gerũdiũ & aliud verbũ, ut arcere. i. arcendo infringere. C. de cur. urb. Romæ. l. i. Qñque resoluitur in ut, & uerbum alterius modi. ut nasci. i. ut nascatur in auth. quib. modis naturales efficiantur le. §. 1. Qñq; infinitiuũ præsentis tp̃is uerbi actiui resoluitur in infinitiuũ præteriti temporis eiusdẽ uerbi, & in infinitiuũ alterius uerbi, ut præstare. i. præstitisse uideri. ff. de repud. l. vxores. De infinitiuo uide per Bar. & alios in l. 5. ff. de uer. obl.

In folle offerre, Calistratus Iurisconsultus intellexisse uidetur eum, qui ad liquidũ rõnes nõ reddit. l. cũ seruus. de cõd. & demonst. metaphora ab ijs ducta, qui pecuniam intra marsupiũ ostentant, ita tñ ut nec qualis quãta ve sit agnoscatur.

In fraudẽ creditorũ manumittere qd sit, declarat Imp in §. in fraudẽ. Inst. qb. ex cau. manu. nõ lic.

In fraudẽ legis facere uidetur, qui saluis uerbis legis sñĩam eius circũuenit. l. cõtra. ff. de legi. ubi exempla in gl.

Infra, hæc dictio includit: nã si qd infra 20. dies fieri debet, vicesima dies includitur, ita no. Io. And. in c. præterea. uers. infra 20. dies. de appell.

Infra, nota per Inn. de fi. instru. inter dil. & Io. Mon. de excep. pia. super uer. octo. lib. 6. ibi habes qñ includit uel excludit. & Io. And. de ele. coniug.

In fructu esse qd dicatur, demonstrat elegantissime Iurisc. in l. in fructu. de usufr. leg.

Infula sumitur interdum pro corona Imperiali. C. de qua. præfc. l. i. in fi. Qnque pro alba fascio la sacerdotalis capitis, ẜm gl. in clem. 2. de uita & ho. cle. Capitur etiam pro mitra episcopi uel abbatis.

Ingeniosus dicitur quasi intus hñs uim gignendi quamlibet artem, ẜm Isid. Et ingenium qñq; ponitur pro fraude, dolo & calliditate, Abb. in c. licet, de ele. nu. 16.

Ingenuus est cui ex natiuitate competit libertas, qui non est factus liber, sed natus, inst. de inge. in prin. uide de hoc etiã Azo. in sum. C. de inge. uel est qui statim qñ nascitur liber est. de ser. non ord. c. instruendi. in gl. 1. Et ingenuitas dicitur libertas de purg. canoni. c. 1. in gl.

Ingressus religionem dicitur ille qui professus est, aliter nõ, ita Fel. in c. cũ deputati. de iu. ĩ prin.

Inhiatio est freqũs requisitio, C. de pœ. bo. subla. l. j. lib. 10.

Inibi est aduerbium cõpositũ ex in & ibi, & significat idẽ quod in eo loco.

Iniicere manum propriè est quoties nulla iudicis expectata autoritate rẽ nostram aut nobis debitam uendicamus. l. sed si. de in ius uoc. & l. pen. de ser. expor.

Inimicus capitalis dicitur qui alteri mortem minatur, uel eum accusat de crimine capitali, no. glo. in l. licet. ff. de arb. Et quæ dicantur inimicitię capitales, uide Bar. in l. 3. §. fi. de adi. leg. & Abb. in c. accedens. 2. ut li. nõ cont. in 3. col. uer. & no. bene. & ibidem Fely. & gl. inst. de ex eu. tut. uel cur. §. inimicitiæ.

In integrum restituere, est reducere in eũ statũ in quo erat ante lęsionem, de in integ. resti. c. auditis, in gl. fin. & per hunc modum subueniẽ minorib. & ecclesiis. Et qñque ex legitima & iusta causa subueniẽ ẽt maiorib. ut ff. ex qui. cau. ma.

per to. Et sic intelligunt c. ex literis, eo. ti. & c. cū Bertoldus, de re iud. & c. significante de pig.

In integrū restō est prioris status redintegratio, uel iuris prioris, et est audientiæ redintegratio, ſm Spec. eo. tit. & l. ꝙ si minor. §. restō. ff. de min. uide infra in uer. restō.

Inita. i. contracta. de pac. c. Antigonus.

Iniuria uno modo gnāli. dr̄ esse illud quod non fit iure, & dr̄ quasi non iure factum. Scd̄ò iniuria specialiter dicit culpa, ut in l. Aquilia. Tertiò dicit iniquitas uel iniustitia iudicantis, ut in sti. eo. ti. in prin. Quartò dicitur contumelia, ut ff. de iniur. l. i. in prin. & l. apud Labeonem. eod. tit. Dicitur ergo iniuria quasi ius iniquum, ex eo sic dicta ꝙ iure & iustitia caret. Fit autem iniuria tribus modis, scilicet re, uerbis & literis. Re, ut cū manus inferuntur, ut d. l. 1. §. 1. Verbis, ut cū fit conuitium, ut in §. i. iā alle. Iniuria literis fit cū qs ad infamiā alicuius libellum uel famosum carmē uel historiā cōscribit, ut ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. si quis. Req. suprà famosum carmen. Item iniuria triplex est, una leuis, ut si modico ictu quis a patre uel superiore ꝑcutiat alia atrox, ut si aliquis a minore se uerberet, uel in conspectu iudicis, uel oculo aut membro priuetur. Et sic dicitur pluribus modis, ut præmissum est.

Iniuriarum actio. Require suprà, Actio iniuriarum.

In ius uocare, est in ius causa iuris experiendi uocare apud eū qui ius dicturus est, ut experiatur actor an ius sibi competat, an non, uide de hoc Az. in sum. C. eo. ti. & habet. C. & ff. eo. ti. l. 1.

In litē iurare, est suo arbitrio p̄stito iurō, ꝑ quāto nollet re carere, rei æstimationē ſm suū interesse singulare facere, & hoc taxatione facta per iudicem, ut l. uideamus. §. iurare. ff. de in lit. iur. & l. arbitrio. ff. de dolo.

Innocuus dicitur cui noci tum non sit, f̃m Isid.

Innoxius est qui nõ nocet, sicut noxius nocens dr̃.

Innouamus, uide Decernimus.

Inofficiosa donatio dicitur quæ contra officiũ pietatis facta est: & fit ad similitudinem inofficiosi testamẽti, ut C. eo. ti. l j. & per totũ tit. seq. quia per eã liberi uel parẽtes excludunt a bonorum subsidio, uel ex proposito donantis, uel re ipsa, quod per se sufficit ad reuocationẽ donationis, licet propositum, uel consilium donantis nõ interueniat, iuxta no. in l. si liqueat. in gl. C. eo. ti. uide de hoc ibi.

Inofficiosum testm̃ dicitur quod factum est contra officium pietatis, ut l. 2. ff. de inoff. test. quo. s. filius proprius, aut prætéritur, aut inique exhæredatur, hoc est qñ pater uel mater fecit testm̃. Itẽ qñ filius in testõ patrẽ sine causa exhæredat. Etiã si fratrem frater exhæredat, turpib. ꝑsonis institutis in duob. casib.

Inquilinus dicitur qui conducit rem urbanam. l. emptorẽ. in gl. C. locati. unde inquilinus residet in ciuitate; colonus uerò in villa. ff. de acq. pos. l. re pignoris. Inquilinus tñ propriè dicit̃ colens prædiũ urbanũ, sed colonus prędium rusticum. Req. supra Colonus.

Inquisitio est alicuius criminis ꝑ superiorem respectu ĩferiorũ suorũ inuestigatio, ut ĩ ti. de acc. & inq. & den. inquirere sumit̃ pro inuestigatione facti, ut no. Ant. in c. uestra. de coh. cle. & mu.

In rẽ uerti, est in alicuius utilitatem uerti, uide supra actio de in rẽ uerso.

Inscitia. i. ignorantia. 38. distin. c. si in laicis.

Inscribere est se obligare, si non probauerit, ad eam pœnam quam reus debet pati, uel quam accusando inferre intendit si probauerit accusator; ut in c. super his. de acc. in gl. & 2. q. 8. quisquis.

Inscriptio est qdã libellus quẽ accusator offert iudici sub hac forma scriptus. Ego N. coram uel apud

apud N. ptorē uel iudicē defero talē reum l. Iulia de adul. de adulterio quod cōmisit cum B. dū esset cum ea mense tali, in domo tali, cōsule tali regnante. Et operatur inscriptio ꝙ accusator si crimen non probauerit qđ imposuit, ad talionem obligatꝰ. Habet autem in scripto locum solùm in criminib. ubi ꝑ modum accusationis instituuntur, non si ꝑ modū exceptionis opponātur, uel ut de eis sine accusatore cognoscatur, ut l. qui crimen. cum ibi no. C. de his qui accu. pos. Qualiter autē talis libellus debeat formari, & q̄ continere, not. in l. penult. C. de accusa.

Inseruire frequentiam no. de fide instru. c. i. in glo.

In sinu hēre, uide hīc ī sinu.

Insinuatio est script. facta in pñtia publicarū ꝑsonarum & in actis, ubi super fluū est testes adhiberi, cū publica monumenta sufficiāt, ut C. de donat. l. data. & in l. ī donatio.

Insolentia est morum incōuenientia, fatuitas, superbia, uel prauus usus, qua si contra solitum & debitū naturæ cursū. de accu. c. qualiter & qñ. 2. uerū. & de of. or. c. i. in cle.

Insolidum. i. in totū, & ponitur in instrumētis, maximè in procuratorijs, ut in cap. si duo. de ꝓc. lib. 6. ubi de hoc & infrà in uer. solidum. Nonnūquam tamen ad partem, non ad totum refertur, ut in l. ea. de reg. iur.

In solutum. i. in solutionē.

Inspector dicitꝰ qui ad prædia prouincialium accedere habet, fortè ut referat uel reformet si aliqua essent deserta, uel male æquata, ut hæc tollātꝰ. C. de anno. & tributis. l. fi. & ēt dicitꝰ discussor. C. de cen. & censitori. & peræquato. l. peræquatores. lib. 11.

Instātia est tp̄s quo iudiciū discutitꝰ & finiri debet: ut in c. uener. de iud. Iurisc. in l 1. de lib. dīni. uidetꝰ usurpasse ꝑ assiduitate. à uerbo insto, quod est urgeo & exactam diligētiam adhibeo.

In stirpe succedere secūdū Hostien. de success. ab intesta

intesta. sub. §. cōtra. uer. in stirpes succedere. est succedere filios præmortuorum in eam partem quam eorum parentes erant habituri si viuerēt. unde si quis ex vno filio unum nepotem suscepit, & ex alio decem uel plures, tantum capiet vnus ex parte, vna, quantum 10. ex parte altera, & hoc si tractetur de successione descēdētiū. Collaterales nāque semper, uiriliter succedunt. & hi qui sunt in eodē gradu, succedunt uiriliter. i. ꝑ æquis portionibus: ut in auth. de hęred. ab intest. §. si uero, col. 9. siue in capita, C. de leg. hær. l. fi. & auth. cessante. licet qdā dixerint ꝙ in capita semper succedant. uide Hos. ibidem sub §. viso. uer. ꝙ si factum filii. Require supra in capita succedere.

Institor est ille qui tabernis, uinis uendendis, uel alicui alteri negotio est præpositus. l. institor. 1. ff. de instit. act. ubi. dicit̄ institor appellatus est ex eo, ꝙ negotio gerēdo instat, siue tabernæ, siue negotiationi sit præpositus. Item in eo. ti. l. insti tor. 2. dicitur is qui tabernæ locove ad emendum uendendumve præponitur, quique sine loco ad eundem actum præponitur.

Institoria actio. Require supra Actio institoria.

Instituere & inuestire idē sonant, sed instituere secundum proprietatem uocabuli est in possessionē ponere, quasi ītus statuere. & in hoc differūt, quia institui dicitur quis presentialiter, inuestiri autem in absentia, ſm Host. & Ber. extra de instit. c. authoritate. Instituere est spiritualis iuris beneficii uel dignitatis corporalem tradere possessionem. Inuestire autē est ius canoni. uel dignitatis tribuere, quod pōt fieri ꝑ annulū uel librū, indifferenter tamē unū pro alio sumitur, vide in c. autoritate. ꝑ alleg. ī gl.

Instituere accusationē est accusare, sicut instituere actionem agere.

Instituere hæredes, est facere & creare hæredes.

Insti

Inſtitutio eſt primus gradus omnium inſtitutorū ut not. C. de lib. præter. l. 1. etiam ſi mille eſſent, ſecundum leges. Sed ſecundum canones inſtitutio eſt eccleſiæ uel eccleſiaſtici beneficii collatio quaſi ius habentē ad beneficium per præſentationē intus uel in beneficiū ſtatuens. Et ſm Goff. inſtitutio propriè eſt prælatorum, perſonarum, & clericorum, collatio uero beneficiorum & præbendarum. Inueſtitura autem eſt traditio uel quaſi traditio, quod additur quia communiter fit per annulū uel librū: unde inueſtitura eſt in corporalem poſſeſſionē uel in quaſi poſſeſſionē inductio ſeu traditio. Inſtituti dicuntur hæredes ab aliquo in hæreditatē ducti. & hoc in primo gradu, ut ff. de vulg. ſubſtit. l. 1. in princip. Subſtitui uero dicuntur qui in locum inſtitutorum deficientium, id eſt, morientium ad hæreditatem inſtituuntur, ut in ſubſtitutione pupillari. inſtit. de pupil. ſubſtit. in princip. Dicitur autem ſecundus gradus omnis qui ſequitur poſt primum. & in ſimili not. C. de ſecundis nup. ſuper rub. & ff. de vulg. ſubſtit. ſuper rub.

Inſtitutionum liber dicitē quaſi inſtructionū, quia in his primis legum præceptis inſtruimur: uel qa in ſtatū humani uel Romani iuris nos erigit ut Accur. dicit ī gl. in pri. inſtitutionū uł īſtitutorū.

Inſtitutum interpretatur Bud. ius non ſcriptum, quod certum & inſignē aliquē habeat auctorē, attamē nōnunq̄, etiā refertur ad ius ſcriptū, ut in §. ex nō ſcripto. Inſti. de iu. nat. gen. & ciui.

Inſtratum dicitur omne ueſtimentum quod inii citur & īſternitur. l. īſtrato. de uerb. ſign.

Inſtructus, hoc adiectiuū ſignificat adiectionē, & hoc dupliciter, ſcilicet acceſſorie & principaliter. Acceſſorie cū res adiiciuntur quæ cōſueuerūt accedere, uerbi gratia, dicendo, fundū inſtructū; nam inſtrm̄ fundi adii citur

citur acceſſotie. Principaliter cum res adiiciuntur quæ non conſueuerunt accedere. uerbi gratia, fundũ inſtructum inſtrumento patrisfamilias.qñ non eſt inſtrumentũ fundi,adiicit̃ principaliter. cõcordat l.ſi cui fundus. ff.de fun.inſtru.ubi dicit̃ ꝙ extincto legato fundi, nõ extinguitur legatum inſtrumenti. Et ad §.ſi quis ancillas. inſtitu. de leg. ubi dicitur ꝙ extinguit̃, dic ꝙ intelligit̃ de inſtrumento acceſſorio fundi.l.ſi cui fundus.prę alleg. in non acceſſorio. Et ratio huius duplicis ſignificati eſt uolũtas proferentis declarata ex qualitate rei adiectæ.ſ.an ſit acceſſoria, uel non,quia adiectiuum inſtructus, ut præmittitur, dupliciter accipitur.

Inſtructa domo legata quid ueniat in hoc legatum, oſtẽdit Vlp.ĩ l.quęſitũ.§. idem Pomp. & l.ſi ita.& l.Seiæ.§.ulti. de fun.inſt.

Inſtructi fundi appellatio q̃ latè pateat,ſatis ſuperq̃. conſtat ex tit. qui eſt. de fun. inſtr. & inſtr. leg.

Inſtructã tabernam ſic diffinit Vlp. in l.inſtructã. de uer.ſig. quę & reb. & hominib. ad negotiationẽ paratis conſtat.

Inſtrumentum ſm̃ Hoſt. in ſum.tit.de fid.inſtr. & ſecundum Spec.tit.de edi. inſtru. in p inci. eſt ſcriptura ad aſſertionẽ ſeu probationẽ alicuius rei facta. Eſt autem inſtrumenti appellatio generalis, qua continentur omnia ea quibus cauſa inſtrui poteſt.Et ſic teſtamentũ, codicillus, teſtimonia,& perſonę teſtes, quib.cauſæ inſtrui debẽtur loco inſtrumẽtorum habentur.l.1.ff. de fid.inſtru.& eſt gl.in cap. cùm dilectus.de fi.inſtr. Dicit̃ autem inſtrumẽtũ quia inſtruit, & documẽtum quia docet ut l. 1. præal leg. Tamen inſtrumentũ propriè dicitur ſcriptura ad memoriam alicuius confecta ſiue charta. & ita ſumitur in auth. de inſtru.cau.& fi. col.6. Nam inſtrumenta fiunt ad memoriã perpetuã. 2.quæſ.6.ſaluberrimum. 27.quęſt. 1. c.omnes fœ

minæ

minæ. Sed aliter dicitur instrumētum apparatus fundi quo exercetur possessio, & ita accipitur in l. quæsitum. ff. de fun. instru. Vnde instrumentorum quędam sunt causa agrorum colendorū, ut aratrum, rastrum, traha, quæ æquandis cespitibus trahuntur. Alia colligendorum fructuum, ut sacculus quo cardones & herbæ inutiles excidūtur, & similia, ut falces fœnariæ, falces messoriæ, & falces putatoriæ, ligones, torcular, corbes, quales uindemiatorii quibus uindemia portatur. Causa seruandi fructus, ut dolia, granaria, casellæ in quibus fructus reponūtur. s. cellulę granariorū. Vnde instrumentū capit tripliciter, uno modo latissime, & sic omne uas uel susceptibile ī cōstructione domus uel fundi usitatū dicitur instrumentū. Secūdo late pro omni eo quod causam instruit, ut scripturæ, testes facit c. peruenit. extra de testibus. co gen. facit l. notionem. §. instrumentorum. ff. de uerb. sig. Tertio stricte solum pro scripturis, ut in ti. de fi. instr. Et sic differūt testes ab instrumētis, quia probatio testiū fit uiua uoce sed instrm̄ uoce mortua. Ex quo sequitur quòd statutum disponens quòd producens falsum instrumētū, puniatur in decem, non habet locum in producētem falsum testem, quia statuta sunt strictè intelligēda. facit c. ex literis. de sponsa. Sunt autē instrumentorum duæ species. Nam aliud publicū, aliud priuatū instrumētum. Publicū, est solēnis & rite ordinata scriptura, per authenticæ personæ manum publicè facta, ex causa memoriæ. c. scripta. de fi. instru. Et sunt illa de solennitate quæ faciunt instrumentum publicum & authēticum regulariter, ut, scilicet præponatur nomē Imperatoris & annus imperii, nomē Cōsulis & annus cōsulatus. Hodie uerò ponit̄ nomē sūmi Pōtificis

tificis cum alijs septem ut sūt annus domini, in dictio, mēsis, dies, locus, cū nomine notarij, &c. de quib no.gl.in l. generali.C.de tab.lib.x. Et dicitur publicū instrumentum quia iudicis autoritate est exēplificatum & authenticatū, ut in c.cū dilecta.de confir. uti uel inuti. Item publicum instrumentum, quia authētico sigillo est sigillatū, ut c.1. de fi. instru. Item dicitur publicum instrumentum, quod in iudicio dicitur seu scribitur apud acta publica, & ualet ēt ꝑ quēcunq; scriptū sit de proba. quoniā. itē dicitur publicum instrm̄ quod habet subscriptionē triū testiū uiuentiū, ut c.scripta.præalleg. Itē dicitur publicum quod de archiuo publico uel de armario producitur, ut liber censualis in quo scribuntur census, uel liber annotationum, & ei creditur si habet publicū testimonium .s. quòd iudex confiteatur illud de archiuo publico esse productum. c. ad audientiā. de præscrip. ubi dicitur, ꝙ Papa credidit cuidam libro censuali. Et cuilibet alii instrumēto fides adhibetur, ut patet per iam dicta & per multa alia iura. Instrumentum priuatum est quod per manum priuata confectum est, uel à tabellione, non tamen in forma publica scriptū, ut quia nec nomē Imperatoris, nec Consulis, nec Papæ (de quib. suprà proximè dictum est) appositum, ut C.qui po.in pig. ha.l. scripturas ut ibi not. Et tale instrūmentū debet habere trium testium subscriptionem. ut dicta l. fin. Et priuatum instrumentum à quocūque sit scriptū, nisi aliquo dictorū modorum sit roboratū, nō ualet. Instrumentorum priuatorum tres sunt species. Nam aliquādo facit scripturam tibi tātum, aliquando tibi & alii, & aliquando alii tantum. Illi scripturæ quam quis facit sibi uel pro te, nulla fides adhibetur, ut C.de ꝓb.l.i. Si autem

tẽ facit ſcripturã contra te puta creditori tuo de eo qđ accepiſti ab ipſo, creditur ei cõtra te,ut j. q. ulti . ſaluberrimũ . Si autẽ tibi & alii facit ſcri pturam , ſicut eſt codex rationũ tuarũ , & inter dum creditur, ut x.q.ii. Eſt autẽ aliquod inſtru mentum guarantigiæ , uel guarantigiatũ, uide licet quod habet execu tionẽ paratam, ut ſi can tet aliquem eſſe debi torẽ alterius , ſtatim eo exhibito in iudicio, iu dex executionem facit, ut fit cõmuniter Papię. De his no. in l. à diuo Pio. ff. de re iudi. Ergo dicitur ab inſtruo ,quia eo mediante cauſæ in ſtruuntur.

Inſula tribus modis capiẽ, Primò ꝑ domo in mari poſita, quia in ſalo , id eſt in ſalſo poſita eſt ſe cundũ Iſido. & no. glo. in §. inſula inſti.de re.di ui.& uide Bar. in tracta. de inſulis.Secũdò ſumiẽ pro qualibet domo , ut l. inſulam. ff. de uerbo. oblig.& l.3.§.effracturę. in uer.ĩſulis ff. de offic. præfec. uig. non tamen propriè eſt inſula, ut di cit glo.in d.§.effracturę. Tertiò modo dicitur in ſula locus undiq; circun datus aqua, ut l.adeò §. inſula.& ibi glo.ff.de ac quir. rerũ domi . & no. Bar . in ſuo tract . de in ſulis. in prin. Et de hoc uide inſt.de re.di.ubi in gl.pònit alia diuiſio.§. inſula.

Inſulas Feſtus ait eſſe do mos , quæ uicinorum cõmunib.parietibus nõ coniungũtur , ſed quo quo uerſum vel priuata uel publica aream am biũtur . In hac ſignifica tione uſi ſunt Iuriſcon ſulti, cùm inſulam pro domo poſuere, ut in d. §.Effracturæ . Inde inſu larius,inſulæ cuſtos .

Inſularii ſerui ſunt qui in inſula retinentur,ut l. in lege. ff. de uerbo. ſignificatio.

Integer homo duobus mo dis dicitur , uno reſpe ctu corporis,ut in §.his. inſt. ad l. Aquil. altero reſpect nominis morum & famæ l. 4. de popul. actio.

Inten

Intentio siue capitulum in iure dicit illud qd' intendit probare per testes is qui inducit eos. Sumitur intẽtio & alio modo, ut in l. si quis intẽtione . de iudi. Refert & ad libellũ seu petitionẽ actoris in scriptis, ut inst. de act. §. si quis agẽs. & si minus.

Intercalare est inserere & supra numerum addere. l. 3. de minor. unde intercalaris dies. i. interpositi tius, qualis qui mensi Februario anno bissextili additur. Mẽsem tñ intercalarem dixere tã eũ q intercalatur, q̃ in quo intercalatur, ut utroq; sensu uidetur locutus Iurisconi. in l. Cũ bissextus. de uer. sig. id qd' Bu. & Alc. noster animaduerterũt.

Intercedere propriè idem est, quod pro alio preces fundere, sumitur tamen communiter in iure pro interuenire.

Intercessor dicitur qui pro alio preces facit & fundit. Item dicimus intercessorem illum qui intercedit & interponit se interdebitorem & creditorẽ ad hoc ꝙ ei pecunia mutuetũr , & est quasi fideiussor & constitutor.

Intercidere pro deficere. l. intercidit . de cond. & demonst.

Interdicere propriè est denũtiare & prohibere, ut inst. de interdi. §. 1. Sæpe tamen utimur pro interdicto agere, ut in l. 3. §. si quis dolo. de tab. exh. Interdicere ẽt Prętor dicit, cùm interdictũ reddit , quod annotauit Accur. in l. 1. de loco & iti. pub.

Interdicere aqua & igni, require suprà, Aqua, & igni.

Interdicti in tit. de inter. & & releg. accipiendi sunt ij, quib. interdictum est.

Interdictũ olim nihil aliud erat, q̃ quędam formata & solẽnis conceptio uerborum quib. prætor aliquid fieri iubebat uel ꝓhibebat, quod tũc maxime faciebat, cùm de possessione uel quasi possessione inter aliquos cõtẽdebatur, ut instit. de int. circa pri. & ff. eo. ti. & dicitur interdictum quasi inter duos dictũ, uel redditũ, ut inst. eo. ti. §. exhibitoria. alias §. sunt tamen

mē.in fi. Vel ſm aliquos dicitur ab interdicendo, .i. prohibendo, quod nō placet, cum ꝑ interdicta non ſemper prohibeat, imò aliqñ aliquid fieri iubeat iudex, ut inſti. eo. ti. §. i. Differebant autē interdictum ab actione, quia ſolennitas actionū erat inducta de iure ciuili interdictū aūt a iure prætorio, uel ſm Azo qa in actione verborum ſolennitas non formabatur in ſingulorum perſonis, ſed erāt generaliter in omnium perſonis formata ſolenniter uerba. In interdictis autē quot erant homines qui uolebant ea proponere, tot eis deſiderantibus & petentibus formabantur uerborum ſolennitates uel conceptiones quib. contra ſuos aduerſarios in cauſis ſuis utebantur, quas īterdicta uocabāt. de hoc no. inſti. eo. tit. in princ. & ff. eo. ſuper rub. Hodie autē inter actiones & interdicta nulla eſt differentia, ut inſt. eo. ti. §. fin. Eſt ergo interdictū actio in factum prætoria .i. a prætore inuenta. Et aliquod nomen ſortitur ab inuentore, ut Saluianum. Aliquod à principio formæ uerborum, ut quorum bonorū, quorum legatorum, uti poſſidetis. Aliud à materia de qua tractat, nomen accipit, ut ne quid in loco ſacro fiat, de locis & itineribus publicis, vt ne quid in loco publico & itinere publico fiat, de loco publico fruēdo &c. Vnde interdictorū aliud petitorium, aliud poſſeſſorium, & aliud mixtū. De petitorio. ff. eo. ti. l. interdictorum §. quædā. De mixto. ff. de aq. quo. & æſt. l. i. §. fi. De poſſeſſorio, inſt. eo. ti. §. ſequēs diuiſio. Et huius īterdicti tria ſunt mēbra qa aliud īterdictū poſſeſſoriū dat ꝑ adipiſcenda poſſeſſio, ne, aliud ꝑ recuperanda, & tertiū ꝑ retinēda. Primū cōpetit ei q. nō fuit ante nactus poſſeſſionē, & illud eſt triplex ſ. quorū bonorum, quorū legatorū, & ſaluiaū. Primū cōpetit heredi, uel filio emancipato ꝑ poſſeſſione

ne hæreditatis à præto re petita. Nã filius eman cipatus de iure ciuili nõ admittebatur ad hæredi tatem paternam, sed qa emãcipatus ita est filius sicut in patria potestate existens, ideo prætores (.i. magistratus à populo R. creati gratia emendan di defectus legis 12. tabu larum ẽm æquitatem, dũ tñ non tollerent disposi tionem Iuris ciuilis) sta tuerunt iure prætorio emancipatum admitten dum ad res uniuersas corporales, nec non ad iura incorporalia. Et dat directum de iure præto rio, utile verò de iure ci uili. Et est effectus huius interdicti ꝙ ex eo filius emancipatus agere põt cõtra possessorem rerũ paternarũ, sic concluden do. Peto talem condem nari ad dandum mihi ta lem rem cuius hæres fa ctus sum de iure præto rio. Secundũ .s. quorum legatorum competit hæ redi contra legatarios qui propria autoritate legata apprehẽdũt, quo rum ipse debet esse di stributor postquam fal cidiam deduxit. Vnde aliquis habet tres filios & domum & vineam, do mum legat primo, secũ do uineam, & tertium hæredem uniuersalem instituit qui nihil repe rit in hæreditate. Debet ergo tertius habere falci diam .i. quarrtam partẽ hæreditatis, & sic dedu cta quarta parte à domo & à uinea, ille tertius di stribuit aliis filiis primo & secundo legata resi dua de manu sua, quæ ipsi propria autoritate non debent apprehende re. Est ergo effectus hu ius interdicti ꝙ petat le gatarios condemnari in omnibus legatis restituẽ dis quorum ipse hæres est. Tertium scilicet sal uianum competit loca tori contra inquilinum qui deportat bona sua de hospitio sibi locato, nec reducit ad pristinũ statum, quia omnia obli gata sunt hospiti tacitè pro censu. Secundũ .s. ꝓ recuperanda poss. cõpe tit eiecto de possessione & hoc tripliciter .s. unde

ui de

ui de possessione immobili, ui bonorum rapto rũ spoliato re mobili, & quod ui aut clam contra eum qui in solo alicuius ædificauit. Tertiũ .s. pro retinenda possessione interdictum possessorum competit contra molestantem aliquẽ in possessione, & est duplex.s.uti possidetis, ꝙ competit inter duos q eandem rem immobilẽ contendunt possidere, & utrobi, qđ gratia possessionis est inter duos super re mobili. De his uide gl.quartam & septimam, in c.pastoralis: de causa poss. & propr. ubi plene. Et nota optimã gl.& magistralem.in l.si quis intantam. C. unde ui.ubi ponuntur multi casus in qb. quis nõ incidit in pœnã huius nouę constõnis, siquis. Nõ.n. dicitur agi unde ui, sed ex illa constõne. Interdictorum ẽt quædam sunt publica, quędã priuata. Quædam simplicia, in quibus alter est actor, & alter reus, ut sunt restitutoria uel exhibitoria. Quædam duplicia, in q bus pars utriusq; litigatoris cõdõ est, nec quisq̃ actor uel reus præcipuè intelligitur, sed qlibet tã rei q̃ actoris partes sustinet. insti. de interd. §. tertia. & §. duplicia. & ff. eo. ti. l. 2. ubi de hoc, & in l. 3. eo. tit. Hæ & aliæ diuisiones interdictorũ plures ponuntur, quæ sunt de libero homine exhibendo, ne quid fiat in loco sacro, sancto, & religioso, in flumine ripave, & in flumine publico, de cloacis publicis, & c. ut infrà, de singulis dicetur in locis suis. Sunt aũt interdicta publica nouem in vniuerso, ẽm Spec. in trac. libellorum. tit. de cau. poss. & propriè. §. quia uerò. Alia omnia sunt interdicta priuata, quia ꝑ utilitatem priuatam inducta, & sunt ĩ toto. 28. ẽm Spec. ibidẽ. §. priuata. Itẽ interdictũ gñale dicitur qñ regnũ, terra aut uilla interdicitur. Particulare uerò qñ vna ecclesia interdicitur, & hoc modo sumendo interdictum

pro cēſura eccleſiaſtica.

Interdictum dicitur ab interdicendo, hoc eſt interim dicendo, ut Pau. lib. ſent. 5. ait. Quoties ergo Prætor nō in perpetuū, ſed ad tempus, donec pleniore iudicio de iure petitorij quęratur, aliqd edicit, propriè erit interdictum, qua rōne, & īterdicta dnr, quæ cauſam quoque proprietatis habent, dum tamē per modum prouiſionis indu cta ſit, vt de mortuo inferendo, de via reficienda, & de itinere actuq; priuato, nec.n. hæc diutiorem moram requirunt, qđ luculentius explicat Alc. ī l. 1. de op. no. nun.

Interdicta quomodo differant ab edictis, oſtendit Bar. in l. i. de ope. no. nū.

Interdictum de aqua quotidi ana & æſtiua, datur habenti ius aquę quotidianæ uel ēt æſtiuę ducēdæ ad prædia ſua, cùm aliquis ducere prohibet ut ff. eo. ti. l. i. in prin. Et ꝙ interdictū aliquando ſit prohibitorium, aliqñ reſtitutorium, ut ſequit, de hoc eſt caſus in d. l. i. §. i. & eſt prohibitorium & retinēdæ poſſeſſionis, qñque aūt eſt reſtitutorium, ſm Spec. ibid. uer. alio modo, & §. præalle. ubi ſubdit prætor. Quotidiana autem aqua nō tm̄ illa eſt quæ quotidie ducitur, ſed illa eſt qua quis quotidie poteſt uti ſi uelit. Duo aūt ſunt genera aquarum quę differunt. Quotidiana quæ duci ſolet aſſiduè, etiam ſi aliqñ ducta non eſt. Ea quoq; dicitur quotidiana, cuius ſeruitus intermiſſione tēporis diuiſa eſt. Sed aqua æſtiua ea eſt, qua æſtate uti expedit, ſicut dnr ueſtimenta æſtiua, ſaltus æſtiui, caſtra æſtiua, qb. interdum hyeme, plerunq; tñ ęſtate utimur, ut habetur in l. præal. in princ.

Interdictum de aqua de caſtello ducēda datur hñti ius dicendi aquā de canali uel de caſtello: qđ eſt diminutiuū à canna ad irrigandū, uide Spec. ubi ſuprà, qui dicit hoc interdictū haberi, & bene, ff. de aq. quot. & æſti. l. 1. §. ait prętor. 2. de quo dic

dic ut ibi,& l 3.§.& seq. usq; ad fi.l. ubi dicitur. Hoc interdictū necessa rio propositum est. Nā quia superiora interdi cta ad eos pertinent qui à capite dncunt;&c.æqs simum uisum est ei quo que qui ex castello du cit(.i.ex eo receptaculo ꝗ aquā publicā suscipir) interdictum dari, idq; à principe conceditur,alij nulli cōpetit ius aquę dā dæ,uide ibi pulchrū tex. Interdictum de aqua plu uiali arcēda vel aqua plu uia,imò non est interdi ctū, sed actio ciuilis de scendens ex l. 12. tab. ut ff.de aq. plu.arc.l.si usus fructus.& ibi nota super uerbo,legitima. ubi alle gatur l. Labeo. ff. de sta. lib.Et dicit ibi tex. Sed & si fructuarius opus fe cerit per quod aqua plu uia alicui noceat, erit q dem actio legitima cum dño proprietatis, an ue rò etiā utilis in fructua rium actio aquæ pluuię arcendæ sit danda, quæ sitū est, & magis est, ut detur supple dicendum. Si ergo facis aliqđ opus in fundo tuo, ꝑ quod aqua pluuialis nocere pōt fundo uicini tui,da tur contra te actio aquæ pluuiæ arcendę,per quā tuis expensis opus tene ris destruere, & dānū cō tingēs emēdare. Si uerò possideas opus ab alio factum, teneris patiētiā pstare ut destruatur,arg. l.i.& 2.§.3.in fi.& l.si ter tius.§. Celsus. uers. si qs alius.ff.eo.ti. & Spec.ibi. Et dicit Vlp.in l.j.in pri. ff.eod. Aquā pluuiā dici mus q̄ de cœlo cadit, & q̄ imbre excrescit,siue ꝑ se hæc aqua cœlestis no ceat, siue cum alia mix ta sit. Et seqt̄ ibi statim. Hæc aūt actio locū hēt in damno nondū facto, opere tñ iam facto, ex quo damnū timetur, to tiesq; locum habet,quo ties manufacto opere agro aqua nocitura est, .i.cū qs manufecerit quo aliter flueret, q̄ natura soleret, si fortè mutādo (aliàs immittēdo)eā aut maiorē fecerit, aut cita tiorē uel rapidiore, aut vehemētiorē,aut si cōpri mēdo redundare fecerit

eam. Nã si natura aqua noceat, ea actione nõ cõtinetur, & in ead. l. dicit. De eo opere quod agri colendi causa aratro fit, Q. Mutius ait non competere hanc actionem.

Interdictum de arboribus cædendis datur contra eos qui habent arbores, quarum folia pendent super ædificia uel agrũ, ita ꝙ eis damnum inferant, & consulitur eis ꝙ huiusmodi arbores succidant, & ligna tollant, & eas deglobent à terra usque ad 15. pedes. Idẽ est si per radices minatꝰ periculum, ut l. 1. C. de interd. Et hoc interdictum prohibitorium est. Si autem arbores ędibus alienis impendant, utrum totas iubeat prætor adimi, an uerò id solùm quod supra extiterit? Rutilius ait à stipite excidendas, idque plerisque uidetur uerius. Et nisi adimeret dominus arborem, Labeo ait permitti ei cui arbor officit, si uelit succidere eam, lignaq́; curtare, ut est tex. in l. 1. §. hoc interdictũ. ff. eo. tit. ubi subditur in §. seq. Arboris appellatione ẽt uites continentur Non solùm aũt dño ædiũ, sed ẽt ei qui usum fructũ habet, competit hoc interdictũ, ut ibidẽ.

Interdictum de cloacis priuatis reficiẽdis. Si volẽs quis suã cloacam priuatam uel ẽt publicam, uel fistulas, uel meatus reficere uel purgare, uel de nouo facere, ab alio prohibetur, tunc prouisum est ei de interdicto de cloacis; quod est interdictum publicè deputatum, & priuatum de priuatis cloacis, & est prohibitorium. Etiam est aliud restitutoriũ .s. quod datur cõtra immittẽtem in cloacã meam uel publicam, uel quod immissum in cloacã impedit, uel quo iubetur auferri quod immissum est, ut ff. de cloa. l. 1. §. i. & §. deinde. & §. cloacæ. l. fi. eo. tit. & Spec. ibi. uer. porro. uidꝰ suprà cloaca.

Interdictum de fonte est quod datur ei qui duxit aquam de fonte hoc anno, nec ui, nec clam, nec

nec precario de alterius fonte, ut ff. eo. ti.l. i. in pr. uel lacu, puteo, pisci na, fossa, stagno. Hoc in terdictũ ꝓponitur ei ꝙ fontana aqua uti prohi betur, siue haurire, siue pecus ad eam appellare l.unica pręal.in prin. Et de istis omnibus seruitu tib. datur hoc interdictũ si tamen perpetua sit causa, ut colligitur ex §. 1. dictæ l. unicæ. & §. hoc interdictũ de cisterna, in uers. denique a con trario sensu. Nõ autem datur insciſſoria actio, ut d. §. hoc interdictum, ubi dicitur ꝙ de cister na non competit. Nam cisterna non habet ꝑpe tuam causam, nec uiuã habet aquã. Ex quo ap paret in his exigendũ ut uiua aqua sit. Cisternæ aũt imbribus cõcipiunẽ. Cætera uide in d.l. unica ff. de fonte, ubi dicitur in fi.l. De lacu, puteo & piscinas reficiendis, pur gãdis interdictũ copetit & omnib. ꝑsonis datur, qb. illud de aqua ęstiua.

Interdictũ fraudatoriũ est quo tutoris creditor pu pillo tenetur, ut si eũ cõ filiis fraudẽ participasse cõstabit, ut fraudaretur. De hoc interdicto habe tur. ff. de solutio. l. pupil li. circa princ. Hoc inter dicto ẽt tenetur qui frau dem participando emit a debitore qui nõ sit sol uendo, ut §. item si quis in fraudem. insti. de act.

Interdictũ de glande legẽ da uel alio fructu daẽ ei cuius glãs uel alius fru ctus ĩ fundũ alienũ ceci derit, ut l. unica. ff. eo. ti. ut singulo tertio die le gere & exportare liceat. Et glandis noĩe oẽs fru ctus continentur, ut dici tur in fi. eiusdẽ l. unicæ.

Interdictũ de itinere actuq. priuato. restituẽdo pro hibitoriũ, ad tuendas tã tummodo rusticas serui tutes, daẽ cõtra prohibẽ tes aliquẽ uti seruitute sua, ut ff. eo. tit. l. i. §. i. & daẽ cõfessoria contra ne gãtẽ seruitutẽ, ut l. si for te. §. sciẽdũ. ff. si ser. uẽdi. Et ẽt aduersus eũ ꝙ aliũ iniustè prohibet sua uti seruitute. Imò ẽt tũc da tur confessoria, ut d. §. sciẽdum. l. præalle. unde

datur mihi quia in itinere actu uel uia priuata usus sum hoc anno 30. dieb. nõ ui, non clã, non precario. ut ff. eo ti. l. i. §. hoc interdictum, & hoc si fuerit iure seruitutis, aliàs secus, ut ff. de aqua plu. arc. l. i in fin. & ideo a te non debeo prohiberi quo minus utar interim uel tãto tpe quoad usque de seruitute cõstet. Ait. n. Prætor. Quo itinere actuq. priuato de qua agit̃ hoc anno, nec ui, nec clã, nec pcario ab aduersario usus es, quo minus ita utaris, uim fieri uero, ut ff. e. ti. l. i. ĩ pri.

Interdictũ de libero nomine exhibẽdo cõpetit unicuique de populo ad petendũ in publicũ hominem liberũ contra & aduersus eum qui liberum hominẽ inuitum captũ dolo malo detinet in seruitute. Et pponitur hoc interdictũ tuendæ libertatis causa. uidelicet, ne homines liberi retineantur à quoq̃, pro exhibitione faciẽda, ut homo producat̃ in publicũ, & tangẽdi uidendiq. hominis facultas pbeat̃. Et exhibere est extra secretũ habere. ff. eõ. ti. l. 3. §. ait pretor. hoc et interdictũ cõpetit aduersus absentẽ, ut l. præal. §. i. & à quocũq; hoc interdictũ proponi põt quia cuilibet de populo cõpetit, & cuiuslibet interest ne hoc fiat. Nemo. n. prohibendus est libertati fauere, ut ea. l. §. hoc interdictũ. j. & nihilominus lex facit accusari, ut eo. ti. l. 1. in pri. ubi tex. inquit. Quẽ liberũ dolo malo retines, exhibeas, & ff. ad l. faui. de pla. l. nõ statim §. fi. & C. eo. ti. l. si fratrẽ.

Interdictũ de liberis exhibendis seu deducendis dat̃ patribus uel parentibus contra eos qui liberos uel nepotes in ptãte eorũ existẽtes, sine eorũ uolũtate detinent. Vñ l. 1. ff. eo. tit. sic ait. Ait prętor, qui quæve in ptãte Lucii Titii est, si is eave apud te est, dolove malo tuo factũ est quominus apud te esset, ita eũ eãve exhibeas. hoc ĩterdictũ & illud de uxore deducẽda nõ solũ sũt exhibitoria, sed

sed etiā deductoria seu deductiua; quia per ea uxor, & liberi non tantū exhibētur, sed etiam deducuntur, ut ff. eo. ti. l. 3. §. 1. & de interdicto de uxore postea dicetur.

Interdictum de loco publico fruendo est publicæ utilitatis causa propositum, quia tuetur uectigalia publica, quo prohibetur quis uim facere ei socio ve eius qui conduxit locum publicū fruendū ab eo qui locādi ius habuit, quo minus loco publico sibi frui liceat ex lege locationis uel cōductionis, ut hæc hn̄t in l. i. §. i. & ī pri. ff. d̄ lo. pu. fru.

Interdictum de migrando datē inquilino, ut ipse libere cum reb. suis possit de habitatione migrare, si tamen locatori satisfaciat; & de pensione totius tēporis, ut ff. eo. tit. l. 1. si pensio. & de dāno. si quod in domo conducta dederit. Sed etiā gratuito inquilino datur, colono autē non datur, ut ff. eod. tit. l. 1. §. 1. sed aliàs ei extra ordinē subuenitur si uelit, nō dico migrare, sed colonariam post tempus exactum derelinquere. Dicit enim ibi in tex. Hoc interdictum proponitur inquilino qui soluta pēsione vult migrare. Nā colono nō cōpetit, cui ēt extra ordinem subueniri pōt, ergo infrequens est hoc interdictum. Si tamen gratuitā quis habitationem habet; hoc interdictum utile ei competit.

Interdictum de mortuo inferēdo habet locū ut qs non prohibeat mortuū inferre & sepelire quo licēt ei inferre & sepelire, ut ff. eod. tit. l, 1. in prin, ut si uti uia prohibeat, uel sepulchrū ædificare, uel lapides ad ædificandum per fundū ducere, ut ff. eo. tit. l. 1. §. prætor ait. & §. item si mihi, §. ædificare. & §. fina. &c.

Interdictum momentaneæ possessionis est quo agit de possessione retinēda, sicut uti possidetis, ut ff. uti possid. l. 1. §. 1. & utrobiq;. de quibus infrà dicetur, uel quo agit de possessione adipiscēda ut ff. quorū bonorū. l. i.

l. 1. §. 1. ut est quorum bonorum, quorum legatorum, uel quo agitur de possessione recuperã da, ut unde vi. ff. eodem titu. l. i. §. i. Et dicũtur momentaneæ possessiones. quia licet obtineat aliqs in possessione, tamen cõtinuo elapso momento succumbere poterit in iudicio proprietatis, ut C. si de momenta. possessione fuerit appella. l. 1. Et ꝙ hæc sint interdicta momentaneæ possessionis, dic ut not. C. qui leg. pers. habẽt in iudicio stãdi. l. momentaneę. Et naturam illorũ prędictorum prosequere, ut not. ca. pastoralis. de cau. possess. & propri. & instit. de interdictis. per totum, prout etiam suprà dictũ est, in princi. de interdictis. Hoc autem interdicto potest quilibet minor & si impubes sit, etiã sine tutore uti. ff. unde ui. l. i. §. si filius.

Interdictũ ne quid in loco sacro fiat, & sequentia omnia huiusmodi, danť cuilibet ex populo ad ꝓhibendum ne fiat, cõtra quam prohibitionem si quid factum fuerit inter dicto ꝙ ui aut clam, suis sumptib. uel destruere cogetur omne quod factum fuerit aut in pristinũ statũ reducere, uel reddere teneť, ut ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. pretor. Hoc autem uerum est de quod ipse fecit uel mandauit, aliàs secus esset, vt ff. quod ui aut clam. l. si alius. Vbi hæc interdicta locũ habeat, sigñatio ipsorũ nominiũ denotat ut pupillaris actio est q̃ ius pupilli tueť, ut ff. de pupil. act. l. i. Et dic ut ibi in rub. & ff. de iurisd. omn. iud. l. si qs illud. Et danť ẽt ad interesse, ut ff. ne qd ĩ loc. pub. l. i. §. i. Interdictũ ne qd fiat in loco sacro, patet. Et qđ ait ꝑtor, ne qd in loco sacro fiat nõ ad hoc ꝑtinet qđ ornamenti causa fit, sed deformitatis causa uel incõmodi est, ut l. 1. §. qđ ait. ff. eo. tit. ubi ẽt l. 2. dicit. In muris itẽ q̃ portis & aliis sacris locis aliquid facere ex quo dãnum aut incõmodum irrogetur, non permittiť.

Interdictum ne quid fiat in loco religioso, patet similiter.

Interdictum ne quid fiat loco publico uel itinere hoc interdictum prohibitorium est, & tam publicis utilitatib. q̃ priuatorũ per hoc prospicit, loca.n.publica utiq; priuatorum usib. deseruiũt iure scripto ciuitatis, ut l. 1.§.1.ff.eo.ti. ubi sequitur, Publicum locum Labeo diffinit, ut ad areas, ad ĩsulas, ad agros, & ad uias publicas itineraq. publica ꝑtineat. Hoc aũt interdictum ad ea loca quę sunt in fisci patrimonio non pertinet. In his .n.neq; facere quicquã nec prohibere priuatus potest. Res enim fiscales quasi propriæ & priuatę principis sunt. Si quis ergo in his aliquid faciat, nequaquam hoc interdictum locũ habet, sed in hac controuersia præfecti eorum iudices sunt, quia hoc interdictum ad ea loca pertinet quæ publico usui destinata sunt, ut l.i.prælleg. §.2. & 3. De hoc uide ibidẽ plura eadem l. & eo.tit.

Interdictum ne quid fiat in mari uel flumine publico ripave eius quo peius nauigetur, aut in uia publica quo peius eat, hoc interdictũ dat perpetuo omnib. & in omnes habet cõdemnationem in id quod actoris intererat, ut l. 1. in fin. ff. de uia pub. & itinere publico reficiẽdo., & si q̃d in ea factũ esse dicatur, ubi lex secunda ponit, ꝙ uiam publicam populus non utendo amittere non potest. & l.fi.dicitur, Qui uiam publicam exarauerit, ad munitionem; eius solus cõpellit. Item flumẽ à riuo in magnitudine est discernendũ aut æstimatione circũ colẽtiũ. Itẽ fluminum quædam sunt perẽnia, q̃dam torrentia. Perennia sunt quæ semper fluunt, torrens est quod ex hyeme fluit, & si aliq̃n in ęstate. Etiam est flumen publicum, & flumen priuatum, & ripa, quæ omnia describũtur in tex. & gl. in l.i.ff.de flu. & ne quid in flu. ripa ve eius fiat quo

quo peius nauigetur.

Interdictũ ne qd fiat in flumine publico vt aliter fluat q̃ priori ęstate fluxit.i.ut aqua fiat altior, depressior & rapidior cũ incõmodo accoletiũ, ut ff. ne qd in flu.publ.l. 1. in prin.§.quod autẽ ait.

Interdictũ de no. ope.nun. datur ei qui prohibetur ædificare postquã satis dederit,ut ff. eodem tit. l.prętor ait.§.hoc autem interdictum:nam hoc interdictum cõpetit si in solo suo ædificat aliter locum habet remissio,ut ff.co.ti.l.nõ solum.§.sciẽdum & tunc non potest ultra ædificare, nisi constet eum habere ius ædificandi,ut in §.præalleg. Hoc interdictũ ẽt datur in eum qui non satisdedit ut ędificet,ut ff.co.ti. l.de pupillo.§.si plurimũ & §.meminisse. & tenet desistere ẽt si ius ædificãdi habet,ut ea.l.§.i. & §. filis cui.Et si post ædificauit,totũ suis sumptib. tenetur demoliri,ut ff.eo. tit.l.stipulatio.§. siue aute. Et interdictũ de no. ope.nunt.Imperator nominat edictũ l.i.ff. eo.ti. ubi dicit.Hoc edictum remediũq. operis noui nũtiationis aduersus futura opera inductũ est,non aduersus præterita, hoc est aduersus ea q nondũ sunt facta. Nam si quid operis factum fuerit qđ fieri nõ debuit,cessat edictum de no.ope.nuntia. & erit transeundum ad interdictũ qđ vi aut clã factũ erit,ut restituat. Et hęc nuntiatio non habet necessariam aditionem prætoris. Potest.n. quis nũtiare nouum opus etsi prætorẽ non adierit. Itẽ põt fieri ꝓprio & alieno nomine, & omnibus diebus, etiã aduersus absentes,inuitos, & ignorãtes ut hæc clarè ꝓponit tex.l. 1. post princ. ff. eodem tit. vbi subditur, Opus nouum facere uidetur, propter quod locum habet nũtiatio, qui aut ędificando de nouo, aut detrahendo aliquid pristinam faciẽ operis mutat. Et hoc interdictum non omnia opera complectitur,sed ea sola quæ solo coniuncta sunt, quorum ædifi

ędificatio uel demolitio uidetur opus nouum cõtinere: ergo nõ pertinet ad hoc edictum si quis in fundo alterius meteret, uel arborem succideret, uel vineam putaret, licet opus faceret, quia solùm ad ea opera quę in solo fiũt pertinet, nec locum habet si quis uetus ædificium fulciat, quia non opus nouum facit, sed veteri sustinendo remediũ adhibet, ut l. 1. præalleg. §. opus nouum. cum se quent. Subdit. Nunc uideamus qb. ex causis fiat hæc nuntiatio & quæ ꝑsonæ nuntient, & quibus nuntietur, & sic quib. locis nuntiatio fiat, & quis sit effectus nuntiationis; quæ per ordinem uide ibidem in d.l. 1.

Interdictũ de precario (qđ restitutorium est, ut ff. eo.tit.l. 2.§. 1.) datur ei qui precario rogauit, & precario habet, imò etiam si non rogauit, dũ tamen possidet, ut ff. eo. ti.l. in rebus.§. i. & per totam legem. Precarium uidetur rogare & habere si rogauit pro se, & habet pro suo, uel rogauit procurator suus vel negotiorũ gestor, & ipse ratũ habet, ut ff. eo. tit. l. certẽ §. 1. dum tamẽ accipiat in personam suam contractũ, aliter nõ, ut ff. de acquir. poss. l. possessio. §. finali. datur etiã cõtra eũ qui dolo fecit, ut ff. eod. tit. l. quęsitũ. §. eũ quoq;. Et quid sit precarium require loco suo, imò dic ut legitur ff. de preca. l. i. ubi strictè accipitur, secundum Accur. & C. de præscript. 30. annorum l. 2. ubi largè capitur.

Interdictum quod vi aut clam datur aduersus eũ qui in loco alterius aliquod opus cõstruxit uel destruxit, dũ tamẽ sit factum in solo ff. eo. ti. l. 1. §. hoc interdictũ. Et etiã si vi, id est, per uiolẽtiã, aut clam, id est occultè sine notificatione alteri facta fecit, cùm timeret ne si sciret, sibi ꝓhiberet ut ff. eo tit. l. 1. Cõpellit autẽ per hoc interdictũ qđ destruxit suis sũptib. reponere ĩ pristinũ statũ vel qđ cõstruxit deponere. Idem si alteri mandasem

ſem opus fieri, q̄a ego teneor ad opus deſtruē dum & ad impenſas. ff. eod. tit. l. aut qui aliter. §. hæc uerba. Si tamen alius fecit, & ego poſſideo, tūc teneor ad patiē tiā pręſtandam ut opus tollat. ff. eod. ti. l. ſi alius. in princ. Et eſt hoc interdictum reſtitutorium, ꝑ quod occurſum eſt calliditati eorum qui ui aut clam quædam moliūtur & deſtruunt, iubentur enim reſtituere ea, & parū refert utrū ius faciēdi habuerit quis, an non. Siue enim ius habuerit ſiue non, tamen tenetur interdicto hoc q vi aut clam fecit. Tueri enim ius ſuum debuit, non iniuriam committere, ut l. j. §. j. ff. qđ ui aut clā. & ſeq. §. hoc interdictum ad ea ſola opera ꝑtinet quęcūque in ſolo ui aut clam fiunt. Et infra, ui factū uideri. Q. Mutius ſcripſit, ſi contra quam quis prohiberet ē fecerit. Et placet hæc diffinitio Vlpiano. Pædio & Pomponio, ut ibidem dicit̄. Sed Ariſto ait eum uim facere, qui ſciens ſe prohibitum per uim mollitus eſt ne prohiberi poſſit. Et idem ſentit Labeo ibidem. Sed l. 3. §. fina. eod. tit. clam facere. Caſſius ſcripſi eū q celauit aduerſariū, nec ei denūtiauit, ſi modo timuit eius cōtrouerſiā, aut debuit timere. Ariſto putat eū quoque clam facere qui celādi animum habet eum quē prohibiturum ſe intellexit, & id exiſtimat aut exiſtimare debet ſe prohibitum iri.

Interdictum quorū bonorum à prætore inuentū eſt, & datur filio emancipato aduerſus hæredē uel poſſeſſorem uel contra illum qui pro herede uel poſſeſſore poſſidet, ad uniuerſa bona adipiſcenda, non ad ſingulas res. Et cū ſit quoddam directum & quoddā utile, directū datur ei qui eſt bonorum poſſeſſor. Vtile datur ei qui ſuccedit iure ciuili ex teſtamē to uel ab īteſtato. & hoc eſt interdictū reſtitutorium, & adipiſcēdæ poſſeſſionis. ff. quorum bo-

ro.

no.l.i. §. hoc interdictũ. Sunt ergo interdictorũ quędã recuperandę possessionis, quædam retinendæ, & quædam adipiscendæ: ut supra in principio ꝑmissum est, & hic describitur.

Interdictum quorum legatorum competit hæredi ad repetẽdũ legata quę sine volũtate eius legatarius occupauit. repetet itaque hæres ut deducat falcidiam, alioquin si repeteret statim restituturus, exceptione doli poterit remoueri. & hoc interdictũ uulgo sic appellatur, & est etiam adipiscẽdæ possessionis. l.j.in prin.ff.quo.lega.& qui non restituit, in id quod interest, debet condemnari, ut l. fin. §. ex hoc interdicto.ff. eo.tit.

Interdictũ de ripa munienda merito propositum fuit, nam ripas fluminũ publicorum reficere & munire, utilissimũ est, ne ob id omissum nauigatio deetrior fiat: ut l. unica. §. j. de ripa mun. & sequitur in §. ij. De hoc interdicto expressum est, vt damni infecti in annos decẽ uiri boni arbitratu uel caueat uel satisdetur, dabitur autẽ satis uicinis. Et in fine dicit text. Illud notandum est, quòd ripæ lacus fossæ stagni muniẽdi causa nihil prætor cauit, sed idem erit obseruandum quod in ripa fluminis munienda.

Interdictũ de riuis est utilissimũ, q̃a riuos, specus, & septa reficere, & purgare prætor aquæ ducẽdæ causa ꝑmittit, dũ tamen nõ aliter aquam ducat quàm priore æstate fluxit: ut l.j. in princ.ff. de riuis. Et sequitur in .§. 2. Riuus est locus ꝑ longitudinẽ depressus quo aqua decurrat. Specus autem est locus ex quo despicitur, inde specta cula sunt dicta. & dicit ibi glos. Specus est locus altus à terra ædificatus, ex quo ducitur aqua. ff. eod. titu.l. Seruius autẽ. Sed quãdoque ponitur pro fossa qua recipitur & colligitur aqua. Et in authoribus ponitur pro loco umbroso & tenebroso

broso, secundum Azo. sed secundũ Hugo. dicitur specus esse fouea habens undiq; locum eminentiorem, unde possit prospici aqua in fundo collecta, ut ff. de aqua plu. arcẽ. l. supra iter. & capitur ꝑ subterraneo meatu. l. Seruius. in prin. & §. j. eodem titu. Septa uero sunt quæ ad incile opponũtur aquæ deriuandæ compellendæve ex flumine causa, siue ea lignea sint siue lapidea; siue de alia qualibet materia. ff. de riuis. l. j. §. ait. Et subdit textus. Incile est locus depressus ad latus fluminis, ex eo dictus quòd incidatur.

Interdictum saluianũ cõpetit dño fundi aduersus colonum in sua domo habitantem & eius hæredes de rebus coloni tacite pignoratis pro mercedibus, quas colonus in fundum intulit: ut ff. eodem titu. ubi textus inquit, Si colonus ancillam in fundũ pignoris nomine ĩduxerit, & eam uẽdiderit, quod apud emptorem ex ea natum, est eius appræhendendi gratia utile interdictum reddi oportet. Nã utile datẽ ei cõtra extraneum possessorẽ pro adipiscenda possessione eorũ quę tacite locatori sunt obligata. Differunt autem interdictum saluianum, & actio seruiana, quia quia intentans actionẽ seruianã ad rem sibi obligatam restituendam, debet probare huiusmodi rem ĩ bonis coloni fuisse eo tempore quo res fuit illata. Sed hoc non est necessarium in interdicto saluiano, immò sufficit probare talem rem fuisse illatam.

Item dicit gloss. in §. itẽ seruiana. instit. de actio. quòd ĩ seruiana oportet quòd creditor ꝓbet de rebus dominum fuisse tempore obligationis, sed in saluiano sufficit, quòd ꝓbet eũ possedisse, nam omnia posita ab ipso colono, tacite sunt domino fũdi obligata.

Interdictum de sepulchro ædificando locum habet ut quis nõ prohibeatur ædificare sepulchrũ quo

quo licet mortuus inter re, ut ff. de sep. ædif. & mor. infe. per totum.

Interdictum de superficiebus quod etiã actio nuncupatur, proponitur duplex, exemplo interdicti uti possidetis. Tuetur itaque prætor eum qui superficiem petit, & defendit, ueluti uti possidetis ĩterdicto, & omnia quę in uti possidetis interdicto seruãtur, hic quoq; seruabuntur, ut in l. 1. §. proponitur. ff. de superficie, ubi etiam in l. 2. dicit. Superficiarias ædes appellamus quæ in conducto solo positæ sunt quarum proprietas & ciuili & naturali iure eius est cuius & solum.

Interdictum de tabulis exhibendis datur omnib. quib. aliquid est scriptũ in tabulis uel purè, uel in diẽ, uel sub condõne, siue sint hæredes, siue legatarii, siue cõmissarii. Et pertinet hoc interdictum nõ tm̃ ad testamẽti tabulas, uerumetiam ad omnia q̃ ad causam testamẽti pertinent. s. codicillos, ut l. 2. §. hoc interdictũ. ff. de tab. exhib.

Interdictum ut in flumine publico nauigare liceat est quo prospicitur ne quis in flumine publico nauigare, nauim ratem ve agere, uel in ripa onerare prohibeatur, sed ut per lacum, fossam, stagnum publicum nauigare liceat, ut l. unica. §. 1. in prin. ff. eo. tit. ubi subdit Vlpi. Lacus est qui ꝑpetuam habet aquam. Stagnum est quod temporalem continet aquã ibidem stagnantem, quę quidem aqua plerunq; hyeme colligitur. Fossa est receptaculum aquæ manu factum. Possunt aũt hæc esse publica, & non publica. Planè qui lacum uel stagnum conduxis, si piscari prohibeatur, utile interdictũ ei competere Sabinus consentit, & Labeo, ergo si a municibus cõductum habet, æquissimũ erit ob uectigalis fauorẽ cũ tueri, ut l. unica. ꝑal. ff. ut ĩ flu. pub. na. liceat.

Interdictum unde ui, locũ habet cũ quis possessionẽ soli per uim amisit;

& datur directè contra deiectorem illi qui ui de possessione alicuius rei immobilis deiectus est sine omni causa, ut restituat ei possessio de qua deiectus est. & omnia ablata, imò dato q ibidem essent aliqua quę penes uiolentum fuerint mortua, uel aliqua res quæ casu fortuito perierunt, nō pp hoc liberabitur, sed in totum cōdemnabitur ad earum æstimationem, quia nec mortalis nec fortuitus casus liberat deiectorem. Dicit enim l. 1. C. unde ui. Rectè possidenti, ad defendendam possessionem quam sine uitio (supple maximo) tenebat, inculpatæ tutelæ moderatione illatam uim propulsare licet. & ibi no. & ff. de ui & ui ar, l. i. §. uim ui. quid sit uim ui repellere. Et est hoc interdictum annale, quia post annum non tenetur nisi in quantum peruenit ad eum. Ex constitutione aūt grauius tenet qui mihi fecisse detegitur, ubi dolus prohibetur perenniter, & ignorantia excusatur.

Interdictum de ui & ui armata, cum interdicto unde ui, datur & proponitur ei qui deiectus est. Fuit .n. æquissimum ui deiecto subueniri, ergo ad recuperādam possessionem hoc interdictū inuentum est. Ne quid enim per uim admittat in legib. prospicitur publicorum & priuatorū, necnon constitutionib. principū, ut l. i. ff. eo. tit. §. hoc interdictum, & §. seq. ubi dicitur. Hoc interdictū non ad omnem uim pertinet, uerum ad eos tm̄ qui vi de possessionibus deiiciuntur, & ad solam atrocem uim, & ad eos qui de re solo deiiciuntur, uel de re solo cohærenti, uel de ædificio, ēt si a superficiaria insula quis deiectus fuerit, apparet hoc interdictum locum habere. Sed ad res mobiles non pertinet ubi furti uel ui bo. rap. actio competit. Cætera uide in l. præall.

Interdictum uti possidetis locum habet in reb. immobilibus,

mobilibus.s.si de fundi, uel ædiũ possessione cõtendit,inst.eo. tit. §. sed interdicto.Nam ibidem in §. retinendæ dicitur. Et quia lõge cõmodius est potius possidere quã petere ideo plerunq; & fere semper ingens existit cõtentio de ipsa possessione.Habet etiam locum in incorporalib.ut in quasi possessione, & datur possidenti ciuiliter & naturaliter, uel ẽt quasi possidenti gratia retinendæ possessionis, & proponitur quoties inter litigatores contentio est utrũ possideant, quia alteruter magis se possidere affirmat. Est aũt hoc nomen uti possidetis propriè ad immobilia accommodatum, quia solum illa dñr propriè possideri, eo ꝙ eis quis pedibus insistat, inde .n. appellata est possessio, ut in l. i. ff. de acquir.possess.

Interdictum utrobi idẽ est cum interdicto uti possidetis,nisi ꝙ in hoc differunt, quia illud locum habet,cum qõ est de retinenda possessionẽ rerũ mobiliũ,ut ff. utrobi. l. unica.§ hoc interdictũ. Sed uti possidetis locũ habet cũ qõ est de retinenda possessione rerũ immobilium, ut suprà dictum est.Et componitur ſm Azo. & Acc. in gl. i.l.præall. ex utrum, & ubi, & ponĩt ubi pro apud,& utrũ, pro quẽ, quasi dicat,prætor apud quem est res mobilis, nec ui,nec clam,nec precario ab aduersario tp̃e litis motæ ei uim fieri uero quo minus eum inducatis.Rite.n.hoc nomen utrobi est ad mobilia introductum uel attributum. Nã mobilia propriè dñr apud uel penes nos esse. unde Acc. in gl. ubi suprà quærit quare diuersa nomina dantur his interdictis. Et rñdet, quia immobilia propriè dñr possideri. Nã possessio dicitur quasi pedũ positio,ergo merito datur eis uti possidetis, qđ ad mobilia aptari non põt, nisi hodie,quãdo abusiuè mobilia dñr possideri. Vel

ſm alios dicitur inter dictum utrobi pp uerba ſolēnia olim in hoc iudicio uel edicto reddita.ſ. utrobi .i. utrum ibi uel ibi fuerit poſſeſſio, uel alibi.& plures ſolennitates circa hoc.quæ hodie non ſunt in uſu, fuere. Et hoc īterdicto prætor iubet induci eum in poſſeſſionem qui ex duob. potior fuerit, & p maiorem partē anni poſſederit,ſm Acc.in gl. i.l. præalle.ff.eod.tit.

Interdictū de uxore ducēda marito,datur marito aduerſus eo q dolo eam obtinet ſine uoluntate mariti, licet ipſa uolente.ff.co.ti.l.1. Alia interdicta patent & exponuntur ſuis uerbis incluſis.

Interdictū & ceſſatio quō differāt,patet, quia per interdicta prohibeť ad miniſtratio ſacramentorum,paucis exceptis,qđ tamen non fit per ceſſationē, in qua ſolū ceſſať à diuinorū ſolennitate.

Interdū diciť fieri qđ fit in ter diē.i.de die In diem.

Interemptor .i. mediator in emptionibus.

Intereſſe mea eſt mihi expedire,uel me damnum uel lucrum quod facere uel capere potui,non feciſſe uel non recepiſſe. unde hoc uerbum intereſt,imperſonaliter pōt poni in conſtructione. Et qńque conſtruitur cū pronominib. poſſeſſiuis & tunc exigit ablatiuos fœminini gñis hoc modo, mea intereſt debitū ſolui die ſtatuto. Similiter dicitur tua,ſua, noſtra,ueſtra intereſt. Et illorum pronominum ablatiuos regit,captum p pertinet. Cùm uerò conſtituitur cum cæteris dictionibus,tunc exigit genitiuum ſingularem uel pluralem, v.g. illius intereſt rem ſuam non perire.Regis intereſt regnū ſuum gubernare,reip.intereſt ne crimina maneāt impunita, litigatorum intereſt iuſtum habere iudicem uel fauorabilem. Itē intereſſe hoc uerbum p noīe neutrali ponitur, & qńq; ſignificat dānum quod euenit,qńque lucrum amiſſum.Damnum quod accidit.

cidit, v. g. Persuasisti familiæ meæ, ꝙ de domo uel possessione cederet, quod facto damnum mihi euenit, tu teneris ad interesse mihi præstandum .i. damnum quod passus sum, resarciendũ. Item de lucro amisso ponitur exemplum. Debuisti mihi soluere centum aureos Romæ, tu soluere desideras Basileę, ęstimandum est quã tum interfuerit meam pecuniam suo loco mihi solutam fuisse .i. lucrũ qđ ex mea negotiatione in eo loco facere potuissem. Et hæc actio ꝑ quã hoc fit, dr̄ arbitraria loci. Sed notandũ q̃uis lucrũ amiseris, non ideo damnũ passus es, q̃a dãnũ dicit à demãdo .s. qñ ex facultatib. aliquid demitur, aut ex ꝓpria substantia diminuitur, ita ꝙ damnũ pateris; quando rebus tuis aliquid decrescit, non quando nõ accrescit rebus tuis. Vnde interesse est damnũ emergẽs uel lucrum cessans sup eo quod dari uel fieri omissum est, v. g. in Papia dare mihi pecuniam promisisti tali die, & non fecisti, hic damni, & lucri rõ est habenda. Damni, quia in mora fuisti, & non soluisti die tali sicut promisisti, unde non habui ut soluerem quare pœnam incurri, & damnum, qđ non incurrissem si mihi loco & termino pręfixis soluisses, nec damnum hoc passus essem. Lucri etiam cõsideratio hñda est, quia si mihi in loco & termino debitis soluisses, mercimonia comparassem, & multa lucratus fuissem. Est ergo iter esse æstimatio dãni qđ taliter euenit, uel lucri quod cessat ex eo quod aliquid tibi non datur uel non fit ut debet.

Interesse conuentus est .s. cùm nõ facis quod promisisti mihi, uel cũ non fecero quod promisi tibi. Aliud interesse est cõmune .s. æstimatio communis damni uel lucri quod euenit uel cessat. Aliud singulare .s. ęstimatio quę euenit ex speciali casu uel vtilitate, uide

de hoc Spec.in ti.de fru. & interesse.

Interlocutoria sñia.Req.in frà,sentẽtia. Et breuiter est omne uerbum iudicis faciens ad causam, ut no.in c.cũ olim.de testi.& in auth. de litigio. §.ad excludendas,col.7. & l.i.ff.de re iud.

Interpellare qñque idẽ sonat quod interrũpere, unde dicitur ꝙ per li.cõte.interpellatur .i. interrumpit̃ actio,possessio, uel præscriptio.Itẽ interpellare idẽ est qđ monere,ut dicẽdo. Dies interpellat pro domino.i.monet,c.potuit, in fi. de loca.& condu.

Interpollare est in nouam formam mutare.l.præcipiunt.de ædi.edi.tractũ a fullonib. qui poliẽdo curandoq; uetera uestimenta quasi nouam speciem è uetere fingunt.

Interpretatio est multiplex, ut c. i. de postu. prǽla.

Interpretatio triplex est, quædam probabilis, & non necessaria, ut magistri.l.unica.C.de profes. qui in urbe Cõstanti. Quædã est necessaria, & nõ generalis,ut iudicis, . l.nam ut ait.ff.de leg. Quædam est probabilis necessaria,& generalis, sed non in scriptis redigenda ut sunt consuetudines .l. si de interpretatione,ff.de leg.& c.abbate,extra de uerb.sig.

Interrogatoria sunt quę facit pars testibus productis contra se,& dantur sup̱ articulis de quibus præmissum est,& formãtur per circunstantias causæ, & personarum, ut est gl.in c.præsentiũ. de testi.lib.6.

Intertritura est dãnũ rei detritæ.l.ult.de pig.act.

Interuertere est rem commodatam, depositam, aut aliter nobis creditã, dolo malo,ne ad dñm redeat efficere. Aliqñ idẽ signat qđ subuertere & euertere,ut ĩ l.tutelas:& ĩ l.amissione,de cap. di.

Intestabilis dicit̃ qui nec testũ facere, nec testis adhiberi põt:item is cui alius testimonium dicere nequit.l.is cui.§.vl.& l. cum lege de test.

Intestatò,aduerbium,idest sine

fine testamento.

Intestatus dicitur qui omnino nõ fecit testm̃, uel si fecit, non rite, uel postea rupit ex certis causis, uel si ex isto testõ nemo sit hęres. inst. de hęr. quæ ab inte. def. in prin.

Inthronizatio est alicuius in suam dignitatem uel suum thronum introductio uel inuestitura.

Intra, dictio est inclusiua, & ideo cui legatur, si intra diem mortis eius aliquid dederit, etiã dãdo eo die quo moritur legatum consequitur, l. si quis fit. de uerb. sig.

Intrusi dicuntur qui non ꝑ electionem canonicam, sed per uiolẽtiam occupãt honores, officia, uel ecclesiastica beneficia.

Intrusus dicitur ille qui est positus autoritate superioris non habentis potestatẽ conferendi. Do. de S. Gemi. in c. ꝑp. 19. dist. in. vlt. col. Adde ꝙ non hñs aliquẽ colorem in beneficio dicitur intrusus, & qui habet sine autoritate superioris, & qui est depositus à beneficio, & remanet in eo, item ille qui est electus & ministrat ante confirmationem, ut in c. 2. de rest. in int. & ibi Abb. in col. 1. Item est intrusus qui commisit crimẽ depositione dignum. gl. 2. in c. cum super. de causa pos. & propr. Item intrusus dicitur qui habet beneficium ablatum alteri iniuste. c. tanta. de exc. præla. & de hac materia uide latę Fel. ĩ c. ueniẽs, de acc. uer. no. ꝙ ĩtrusus.

Intrusus in beneficio dicit̃ ille, qui sine autoritate illius ad quem spectat collatio, illud tenet. in c. quia diuersitatem, ubi Pa. ĩ 2. no. de conc. præb.

Inualescere. i. ualde ualere & crescere & abundare.

Inuentarium dicitur libellus quidã a quo omnia bona hæreditaria quæ apud aliquem inueniuntur, conscribũtur, & oĩa in illo libello continentur, ut sciatur quantum eo tp̃e uel die quo scribebatur, in bonis suis cõtinebatur. Et tutum est hæredi ꝙ faciat, quia si fecerit, ultra uires hæreditatis nõ põt onerari,

si non fecerit, omnib. legatariis legata restituere oportet, & cogetur et si excedāt uires & facultates hęreditatis. Etiam pōt fieri in aliis factis, nedū ī reb. hæreditariis. Est ēt inuentariū quoddā genus instrorum. B r not. q inuentarium est scriptura quā hæres inchoare debet infra triginta dies post mortem testatoris, uel post quā scit se institutū hæredē, & ibi scribere oēs res defuncti sub testib. eamq. perficere infra 60. alios dies, uel īfra annū si res sint remotę & tūc nō tenebit creditorib. vltra illud qđ inuentū fuerit ī hæreditate. Si aūt nō fecerit inuētariū, tenet in solidū. Et pro hoc uide ī gl. inst. de hęredū quali. & diffe. §. sed nostra.

Inuestitura est alicuius in suū ius introductio, & est ꝓpriè possessio. Sed abusiuè dicitur inuestitura, qn̄ dn̄s hastam uel aliquid corporeū pbet uasallo dicens se ꝑ hoc facere inuestiturā, ut in li. feu. in tit. q d sit inue

Olim autem dicebatur de prouisione qua Imperator ꝑ vrbē R. īuestiuit Archiepos & Episcopos per annulū & baculū, req. suprà, Instituere.

Inumbratā qetē furiosi dixit Celsus in l. qđ meo. §. i. de acq. poss. qui aspectu sanæ mētis uidebat.

In vniuersum .i. gñaliter.

Inuolare .i. furari, à uola dictū, quod manū signat. Et ita apud Callistratū accipit. ff. de ince. rui. nau. l. expugnat, cū uela conscinduntur, aut ancoræ inuolantur de mari.

I ante P.

IPerbolica locutio est excessus ueritatis, ut, Frigidius glacie pectus amātis erat. Ouid. in Epist.

Hyperbolica rectius scribas, de quo uide suprà suo loco.

Ipsæ, de hoc relatiuo uide Io. And. in q. posita sup reg. contra eum, &c. in 2. art. de reg. iur. lib. 6.

Ipse .i. ego. ff. qđ met. cau. l. metum aūt. §. sed licet.

Ipso facto, hæc clausula idem importat qđ ipso iure. Bar. in l. j. de ijs qui notan

notantur infamiam.
Ipso iure, de hac clausula uide glo. in §. in bonæ fi dei. & ibi Ias. inst. de act. & Bar. in l. si mater. C. de suis & leg. hæred.

I ante R.

IRenarchæ dicũtur qui disciplinæ publicæ & corrigendis morib. pręficiunt ut milites qui uadunt perquirere latrones. Et dicuntur quasi arcentes iram, uel quia iræ sumẽ dę in turbatores publicę pacis gerũt monarchiã, secundum quod accipit. C de irenarchis. lib. 10.
Imò uerò irenarcha dictio Græca est cõposita ab eirene, quod est pax. & archos prĩceps, quasi dicas pacificatorẽ, siue pacis cõciliatorẽ, seu qui sedãdis seditionib. electus sit.
Irinũ, unguenti species. l. in argẽto. de au. & arg. leg.
Ironia est cũ quis minora de se dicit q̃ sint, etiam est cùm quid per derisionem, id est per cõtrariũ dicitur, & sic est figura, de qua & multis aliis uide gl. bonam in c. forus. de uerb. significat.
Irregularitas est nota siue impedimentum canonicũ ex facto siue de facto proueniens, quo quis ad ecclesiasticos ordines ꝓmoueri, & iã promotus in eis ministrare ꝓhibetur, & degradari siue deponi qñq; meretur. Vel sic. Est habilitas q̃dam canonica per quam quis efficitur inhabilis ad ordines suscipiendum. Et dicit ab in, id est nõ, mũtãdo n, in r. & regula, q. non potest exigere regulas ab apostolis & aliis summis pontificibus.
Irrepere, id est latenter inualescere.
Irriguum, capitur actiuè & passiuè, hoc est & pro eo, ex quo quid irrigari potest, ut irriguæ fontiũ aquæ. l. i. C. de manci. & colo. patri. & ꝓ eo ipso q᷑ irrigat. l. diuortio. §. q᷑ in anno. ff. sol. matri.
Irritum testamentum, uide testamentum irritum.
Irrogare. i. inferre, unde dicitur crimen uel dãnum irrogat infamiam uel mortem, id est infert. C. ex quib. cau. in f. irrog. in rub.

I ante S.

ISoltates, çqualitatis recognitor. l. 2. C. de ponde.

Isthmus, terra oblonga & angusta ĩter duo maria.

I ante T.

ITa, est dictio conditionalis, s̃m glo. in l. Iulianus. 2. de condi. & demon.

Itaque no. Io. Calde. in cõmento Decre. c. post cessionem. de probationib.

Item, hæc dictio ex suo significato significat adiectionem, coniunctionẽ, seu continuationem. de qua Bar. ff. de publi. & uect. l. i. in prin. Est etiã repetitiua seu repetitionis significatiua. Repetit autem illa quorum repetitionem significare concludit quodlibet mediũ probabile. uerbi gratia, testator dicit, lego Titio fundum Scianũ sub conditione. Itẽ fundũ Seianum hęres meus dare dãnas esto. intelligitur sub eadem cõditione, ut l. in repetendis. ff. de leg. 3. & sumitur significatum ex dictione item, & ex oratione sequente, quæ est declaratiua, præcedẽtis. Et idem dic in die vel in alia qualitate posita in oratione præcedenti, q̃a reperitur & in sequenti. Item ibi, testator dicit lego Titio fundum Seianum sub conditione: & post ex interuallo dicit, item fundum Seianum Titio lego: hoc casu legatũ ualet, & uidetur primum reuocatũ, nec uidetur repetitio cõditionis, ut l. non ad ea. ibi cùm dicit si prius sub conditione. ff. de condi. & demon. quia hæc dispositio debet addere & operari, quod nõ fieret si cõditio repeterẽt, ideò testator uidetur à conditione recessisse, & purè legare uoluisse. Item ibi testator pluribus legatis factis filium hęredem instituit, & adiecit, quod si ipse filius absq; liberis discesserit, relinquo Titio centum. Itẽ relinquo Titio domum. Itẽ relinquo Sempronio fundũ. Prędicta cõditio si decesserit, intelligitur repetita in duobus sequẽtibus legatis, & sic obtinet in

tribus

tribus prædictis legatis, quia sumitur significatũ ex legatis purè prius factis, & ex significato conditionis. Nam ex cõditione significatur qđ testator non uult plus grauare filiũ si uixerit, sed uult grauare ĩ sequẽtibus sub illa cõditione si decesserit. facit l. si ita scriptum. ff. de lib. & posth.

Iter est ius eundi uel ambulãdi hominis, siue homo eat solus siue vehatur sella uel lectica uel ĩ equo, uel in quouis animali. Seorsum verò nõ potest iumẽtum secum agere, uel uehiculum ducere, qui iter tantum habet. Qñq; tamen iter dicitur vulgariter ipsum solũ ꝑ quod itur, uel tramites uel calles transeunt, ita ꝙ q actũ hẽt, hẽt & iter & commoditatem itineris, & non econuerso, ui de infrà de uia, & inst. de serui in princi.

Iterato qd importat, not. Arc. 7 1. q. 3. c. si qs uerò.

Iterum, hęc dictio ẽm suũ propriũ significatum denotat actũ geminatum, quod no. pro statutis ꝑmittentib. aliquid iterari, uel punientib. faciẽtẽ aliquid iterum. habet enim locũ statutũ in geminãte actũ, qñq; ex natura actus cui adiicitur, exponiť. i. quoties opus fuerit. glo. & ibi doct. in c. sua nobis. de appell. & Ang. Aret. in proœ. inst. in uer. quorum. & doct. in l. ueluti. de eden. & l. fideic. §. si quis decem. ff. de le. 3. ubi si testator legat decem Titio, & si perdiderit, iterũ legat, non intelligitur ultra duas pręstationes quod facit ad quæstionem, qñ arbitro dať potestas prorogandi cõpromissum semel & iterum, non. n. intelligitur in infinitũ, sed pro duab. uicib. tantùm, secundum Bald. in d. c. sua nobis. in fi. facit qđ not. in l. si finita. ff. de dam. ĩf. ubi plenè ꝑ doc. Itidẽ, id est similiter. C. de eman. lib. l. pen. de iniur. l. fina. Aliquando, id est tantundem. C. de appel. l. quoniam iudices.

Itinerarchæ dicuntur itineris custodies, à uerbo

ceo is, & archos græcè.i. princeps latinè, hoc no nomen trahentes, quia ad prouinciarũ tutelam per singula loca pacis & quietis faciunt stare |cu stodiã.l.1. C. de cu. reo.

I ante V.

IVdæi dicuntur qui Mosaicam legem ad literam imitantes tenẽt, se circũ cidendo, & alia legalia faciendo. Et dicuntur à nomine dignioris trib. scilicet Iudæ, qui inter alias tribus bellicosior erat, & in bellis primam aciem & regni uel regis priuilegium obtinebat.

Iudex dicitur, quasi ius dicens populo, siue quod iure disceptet. Iure autẽ disceptare est iustè iudicare. Non est ergo iudex .s. bonus, si non est in eo iustitia, ut in cap. forus. §.ĩ omni quoq; negotio. de uer. sig Et iudex est q ex iurisdictione ꝓpria aut sibi delegata & cõmissa ius habet sup causas litigiorũ uel litigatorum cognoscendi, & qui ex ꝓpria iurisdictione illud habet, dr̃ iudex ordinarius, sed qui ex delegata dicitur delegatus & extraordinarius.

Iudex ordinarius est ille q̃ habet potestatẽ iudicãdi à se iure suo, hoc est eo ipso ꝙ est talis, ut episcopus, balliuus, præses prouinciæ, & cõsimiles,

Iudex delegatus est ille q habet potestatẽ de causa aliqua cognoscendi ab aliquo sibi commissã qui etiam dicitur iudex ~~t~~ extraordinarius.

Iudex competens dicitur qui causę iurisdictionẽ habet cum exercitio, dato ꝙ per exceptionẽ posſit elidi, siue exceptio cõtingat personã, ut quia suspectus, siue iurisdictionem, ut quia rescriptum surreptium est, ut est glo. in cle. cum lis. ut lite pendente.

Iudex incompetens est in quem licet consenserimus, id tamen quod ab ea statutũ est, firmitatẽ nõ hẽt iudicati, uel qa ipse nullam iurisditionẽ habebat, uel quia interuenit error in adducendo uel adeundo ipsum, uel quia ui compulsus sum

sum in eum cōsentire. In summa iudex incōpetēs est idem qui non suus.

Iudex compromissarius. Require suprà arbiter.

Iudices chartularij erant olim qui ab Imperatore priuilegiati erāt, ut qui uellent coram eis litigare possent, sed ipsi non poterant cogere aliquē ad litigandū corā eis. Et dicuntur hodie etiam iudices ordinarii creati à comite Palatino qui nō habent administrationē nisi habitu, ut not. l. ff. de iud. & l. fin. C. ubi & apud quē cog. & integ. resti. agitan. sit.

Iudices domestici. Require suprà domestici & assessores.

Iudices pedanei dñr filii quorū officiū est de minutis causis & infimis cognoscere & inutilib. uel uilib. licet ordinarii & dñr à pede, qui est extrema pars corporis. Maiores uerò causas debēt & tenentur maiorib. referre, cùm ipsi per se nō possint terminare. C. de pœ. iud. l. 2.

Iudicem delegare est uice sua alium de causa cogniturum constituere.

Iudicatum facere dixit Celsus in l. fi. si cer. pet. ꝓ patere sententiæ, & solue re quod solui debet pronunciatum fuit.

Iudicatū solui satisdatio, inde dicta est, q̄a ĩterponebaē stipulatio ꝙ soluereē q̄d iudicatū fuisset, vt instit. de satisda. in prin. Et hmōi stipulatio tres clausulas cōtinet, ut elegāter persequiē Vlp. in l. iudicatum. ff. iu. solui.

Iudicium, hæc dictio multipliciter significat. Primò modò idem est q̄d casus fortuitus, ut diciē, Hoc diuino iudicio uenit. Scd̄ò est discretio, ut dicendo in pueris nō est iudiciū, facit instit. q non est permis. fa. test. §. præter ea. Tertiò est actio, ut cū dr̄ iudiciū fami. herc. ff. de iud. l. in familię. Quartò est ultima uolūtas testatoris. Quintò est iudiciū uel sn̄ia, iudicis. l. 1. C. de re iud. Sextò poniē ꝓ examinatione uel deliberatione. Septimò, ꝓ autoritate. 43. dist. c. 1. Octauo qn̄q; pro

pro pœna.50.dis.cap.& purgabit. Nonò, capitur pro instātia uel ordinatione causæ discutiendę in iure coram iudice: sic sumitur in tit. de iud. l. ꝓperādū.§.i.C.de iud.& ff.eo.tit. l. proponebat. & in hac significatione diffinitur sic, iudicium est actus legitimus triū personarum, scilicet iudicis, actoris, & rei, sup eadem quæstione, aut super eodem iudicio cō tractus.de uerb.sig. c. forus. in gl. Et dicitur iudicium quasi iurisditio, ibidem. & secundum Gof. describitur sicut arbitrium exceptis his. Primò, ꝙ iudicium est de ciuili & criminali, sed arbitrium de ciuili tantū. Secūdò, ꝙ iudiciū necessario, arbitrium uerò uoluntariè subitur, & prius inquisitio uocabatur: unde secundū Card. Iudicium est inuestigatio, quam secundū iuris ordinem facit iudex ꝑ uarios modos ad ueritatem eliciēdam, & elicitā custodiēdā: ut 30.q.5.iudicātem oportet. Et qđ dicitur actus trium personarum, intelligitur uerè uel fictè, seu repræsentatiuè, quia in notoriis fama repræsentat actorem, & fingit accusator. Et nota ꝙ propriè ante lit. cont.nō est iudiciū, qa nulla causę discussio. l.1.C.eo.ti. & hoc respectu causæ non aūt respectu aliorū actuū iudicialiū, ut sunt examinatio partiū & confessio, & cętera quæ bene fiūt ante lit.cōtest. imò quādoq; iudiciū capitur pro eo quod præcedit sentētiā, ut ī c. in iudiciis.de reg. iur.lib. 6. De multiplici specie iudiciorū, uide infrà īver.iudicio priuata.

Iudicium cōtradictorium dicitur, si dicerē hoc esse consuetudinem, & tu aduersarius meus diceres non esse consuetudinē, ut in c.abbate.in gl. fin. de uerb.sign.

Iudicia capitalia sunt quibus caput eximitur à ciuitate morte uel exilio, de his uide insti.de pub. iud.§.publicorum.

Iudicia publica sunt de publicis causis, & dicuntur quasi

quasi populica, quia cui libet de populo cõmissa est executio, ut contra crimen lęsæ maiestatis, in quo omnes de populo possunt accusare. Qñque iudicium publicum dicitur iudiciũ quod intendit à crimine: de hoc instit. de pub. iud. in pri.

Iudicia priuata sunt quę ciuiliter tractantur siue intentatur. Item de multiplici iudicio .s. autoritatis, ministerii, approbationis, &c. not. Arch. 55. dist. percepta, & gl. sup regula, in iudicijs. de reg. iur. lib. 6. Tangit aliqualiter Arc. 2. q. 1. sicut. Et secũdum Ant. de But. diuiditur tripliciter. primò ratione materiæ, secundò ratione formæ, tertiò ratione quantitatis. Vnde ratione materię duplex est iudicium, aut temporale, aut spirituale, uel aut ciuile, aut criminale. Vnde semper dicitur iudicium criminale quando finis tẽdit ad commodum reipu. ut fisci, &c. siue pœna sit corporalis, siue pecuniaria. Sed dicitur ciuile dũ finis tendit ad commodum partis. glo. not. in l. prętor, in prin. ff. de sep. uio. & fuit opinio Inn. in c. qualiter & quando 2. de accu. & doct. in c. i. de iud. Secundò, ratione formæ iterum duplex est iudicium .s. ordinariũ & extraordinarium. Tertiò, ratione, quantitatis duplex est .s. vniuersale & generale, quæ etiã differunt, de hoc plenè in c. 2. de lib. obla. Item iudicium triplex reperit: primum inter sanguinẽ, secundum inter lepram, tertium inter causam, ut in c. per uenerabilem. qui fi. sint legit.

Iudicium prolusoriũ quid require infrà uer. prolusorium.

Iudicium accipi olim dicebatur, cùm lis contestabatur. l. is qui se. de rei uen. cuius locutionis rationem tradit Alc. in l. pecunię uerbum. §. actionis. de uerb. sign.

Iudicio sisti cautio dicit, cùm promittimus, nos aut aliquẽ aliũ ad iudicium venturos & permãsuros esse, ut in ff. li quis c. ut.

caut. toto tit.

Iugalem posuit Iustinia. pro uxore. l. consensu §. j. C. de repud.

Iugatio, genus uectigalis, de quo in l. immunitates. C. de agric. & censib.

Iumētorum appellatione boues non continentur. l. legatis seruis. de leg. 3. Dicta, autē iumēta à iungendo eo quòd curriui iungantur, ut ait Alc. in l. boues. de uerb. sig. in quib. sunt equi & muli.

Iura prędiorum appellari seruitutes nemo est qui ignoret, ex tit. de reb. corpo. & incorp. ī instit. atqui prædiā cum uiribus suis restituere pmittit, intelligitur ut restituat eiusdem bonitatis, salubritatis, & ampliatudinis. l. quid aliud. ff. de uerb. sig.

Iuramētum est affirmatio uel negatio sacræ rei assertione uel attestatione firmata secundū Gof. uel adhibita religione s̄m Placen. & est triplex: uidelicet, uoluntarium, cùm fit extra iudiciū, necessarium, & iudiciale, ut not. gl. īnst. de actio. §. itē si quis. & infra uer. iusiurandum.

Iurm̄ assertorium est, cum iuratur de præsenti uel de præterito sic esse uel non esse, fuisse uel non fuisse. Sed iuramentum promissoriū est qn̄ iurat de futuro aliqd daturū uel facturum. Aliqn̄ ēt iuratur p execrationem, ut si hoc nō fecero, hoc accidat mihi uel filiis meis, aut huiusmodi. Ponit ergo triplex iuramentum. s. promissoriū, assertorium, & confirmatorium, s̄m Host. in sum. de iureiur. De primo in c. debitores. in c. Quintauallis. & c. ueniens. de iureiur. De secundo in c. si. eo. ti. De tertio in c. cùm contingat. eod. tit.

Iurm̄ calumniæ est, cùm quis iurat se bona fide & non animo calumniandi agere uel respondere, nec egisse, uel rndisse.

Iurare conceptis uerbis, uide Conceptio.

Iurati dicuntur consiliarii uel anciani, uel priores qui regūt uniuersitatē: & dicunt à iuramento quod præstant, ut eorū officium

officium fideliter exequantur.

Iure proprio dicit aliqua res uendi in instrõ uenditionis, qñ proprietas transfertur in emẽtem.

Iurgium dicitur quasi iuris garium, eo q hi qui causam dicunt, iure disceptant. c.forus, extra de ueib.sig.

Iuridicus est qui iura dicit. ẽm Isi.li.xj. Ety. Et peculiariter hoc noĩe appellatũ fuisse quẽdam Alexandriæ magistratum, indicat manifestè tit.de iurisd.Alex.ff.& C.

Iuris auspicium.i. exordiũ litis, ut in c.pastorali.de. cau.pos.& C.de codic.l. ult.j.resp.

Iurisconsulti qui appellarentur antiquitus docet clarissimè Imp. in §. responsa.insti.de iur. nat. gen.& ciui.

Iurisditio est ptãs de publico introducta cũ necessitate iuris dicendi, uel æquitatis statuẽdæ, ẽm Azo. & dicitur à nomi nib.ius & ditio .i. ptãs. Hæc aũt qñq; est ordinaria qñq; delegata. Itẽ alia est plena .s. solius principis. Alia aũt semiplena, aliorũ, uidelicet à principe. De hoc uide Spec.eo.ti.C.eo.l.3. Nota q quatuor dant iurisditionẽ ordinariã. Primò, lex inanimata vel canon, & hoc in dubio, secus si apparet uelle dare delegatam. Secundò lex aĩata.s. Papa uel Imperator, & non inferior nisi eps suo Vicario. Tertiò, cõsuetudo. Quartò, uniuersitas approbata, ut mercatorũ, cerdonũ, & aliorũ artificũ q pñt de suo corpore creare, & eligere iudicem ordinariũ. Silr uniuersitas facultatũ artiũ uel iuristarũ, de hoc no.circa c. cũ ab ecclesiarũ.de off.ord. Et iurisditio prout est genus, diuidit in merũ imperiũ, mixtũ imperiũ, & simplicẽ iurisditionẽ, de quibus in litera M. req.

Iurisdictio ẽt alia est uoluntaria, alia contentiosa. Voluntaria dicitur quæ in uolentes tm̃ exerceri potest: contentiosa, quę etiam in inuitos, ut no. in l.2.de off.proc.& leg.

Iura præcepta tria sunt.s.

honestè uiuere, alterum non lædere, & ius suum unicuique tribuere. Instituta de iust. & iur. §. iuris præcepta. conco. c. cùm deuotissimã. 12. q. 2. ubi dr̃ quód summũ bonũ ĩ literis est iustitiã colere, & unicuiq; &c.

Iurisprudẽtia est diuinarũ & humanarũ rerũ notitia, iusti atq; iniusti sciẽtia. iusti.s. ad faciendũ, iniusti ad euitandũ, q̃a non sufficit scire quid sit iustum uel iniustũ, nisi & ipsarũ rerũ contrariũ uel corporalium habeat quis notitiã, secundum quam secundũ uarias conditiones uaria iura sunt statuẽda, insti. de iust. & iur. in princi.

Ius habet plura significata. Primò.i. rigor. l. i. C. de leg. Secundò.i. uerborũ cõceptio, ut cũ dicimus ꝙ in stipulationib. uersatur ius, ut l. si unus §. pactus ne peteret. ff. de pact. Tertiò.i. rectũ uel tuũ, quod deriuatur à iustitia. Quartò.i. aqua pinguis. Quintò, capitur pro toto corpore iuris. Alia plura significata ponit Io. And. de reg. iur. in prin. lib. 6. Breuiter ius significat quod subiecta materia, uel usus communis id recipiẽdi in tali loco in quo profertur significare declarat. Vnde ius est nomẽ gñale, & lex iuris species, & dicitur ius quasi iustũ. j. dist. ius gñale, & ſm Isid. lib. 5. ety. Omne aũt ius legib. & moribus cõstat ſm Isid. ubi suprà c. 2. Et diffinitur sic, ius est ars boni & æqui cuius merito q̃s nos sacerdotes appellat. i. sua iura cuilibet ministrãtes. ff. de iust. & iur. l. 1. 2. rñso. Hoc est dicere, ꝙ iustitia est collectio legitimorũ pceptorum q̃ arctãt nos ad obseruandũ bonũ & æquũ. i. utilitatẽ & æquitatem seu ueritatem. Quamuis. n. usucapio contra æquitatem uideatur introducta, tñ subtili consideratione maximæ innititur æquitati, cũ præcipuè æquũ sit quod publicæ utilitati deseruit. Vel dicitur ꝙ in usucapione uel pręscriptiõe ex causa, & ꝓ bono

bono publico inducitur qñque rigor contra naturalem æquitatẽ, ut di. citur in gl. l. dist. ius aũt, ubi datur qñq; ius quod non est iustũ uel æquũ, ut ibi exempla plura. Dicitur aũt ius a iustitia. Et aliter sic diffinitur. Ius est præceptũ sed ordinatio principatis seu dñi circa subditos quantum ad ea quæ pñt sub esse potestate subditorum. Talis autem uel est deus, & tunc dr̃ ius diuinum. Vel est natura, & tunc dicitur ius naturale. Vel est homo, & tunc dicitur ius humanum, quod regitur duobus, ut in principio decre. Et sic secundum triplicem gradum summorum distinctũ est triplex ius. s. ius diuinum, quod est præceptum seu ordinatio diuina, & ius naturale, & ciuile dicitur. Etiam aliquando ius angustiosum, aliquando iniquum, ut insti. de sena. ter. in gl. §. j.

Ius etiam dicitur locus ubi ius redditur. interdum accipitur pro necessitudine, ut l. pen. & fi. de iustitia & iure. Aliqñ pro qualitate rei inhærente. l. quid aliud. de uer. sig. itẽ pro cõmodo. l. quod dicimus, eo. ti. qñq; significat facultatẽ & ptãtẽ, ut cum dicitur est mihi ius eundi per uiam publicã: qñq; ius dicentẽ, ut in ti. de in ius uoc. nã. in ius uocare, est ad iudicem uocare. §. ult. insti. de pœna tem. litig.

Ius aureorũ annullorum secundum quosdam dicitur ꝙ olim liberti annullos aureos ferre non poterant, sed ẽm Azo. est priuilegium quod concedebatur libertis in signum semiplenæ ingenuitatis, uiuebant enim ingenui, sed moriebantur ut liberti. C. de iur. ann. aur. in rub.

Ius aureorum annulorum donare (inquit.) Bud. apud antiquos erat id fermè, quod hodie equitem facere dicimus.

Ius canonicum diuiditur in decretum, & decretales, quarum uolumen dicitur extrauagans in quque libris, maximè respe

ctu iuris ciuilis, Quilibet autẽ liber habet plures rubricas siue titulos in quibus pręmittitur materia in generali, de qua tractatur in capitulis sequentibus in speciali. Sub qualibet autem rubrica sunt unum aut plura capitula quæ dñr decretales uel constitutiones, & aliqñ in capitulis sunt §§. Vnde qñ allegabis aliquid ex decretalibus, non allegabis librũ, sed titulum, & capitulũ in eodẽ. & si sit capitulũ longum dices c. tali. circa principium, mediũ, vel finem. Vel si sint in capitulis, paragraphi, allegabis tali cap. §. 1. uel 5. Et post compositiones quinque librorum dictorum per magistrũ Raymundum capellanũ Gregorii Papæ IX. circa annum Dñi 1231. elapsis multis annis, uidelicet anno à natiuitate uel incarnatione Dñi 1233. nonis Martii pontificatus Bonifacii 8. anno 4. compilatus est liber sextus, non quidem sextus cum aliis quinque partialibus prędictis in uno uolumine, sed liber specialis continens etiam quinque partes, & supplens defectus casuum emergentiũ in libris decretalium non comprehensorium. Deinde Clementis constitutiones, à Clemente Papa v. sub anno Dñi 1311. in consilio Vienensi, quod sex mensibus tantum durauit, conceptæ, & editæ sunt, licet idem Clemẽs morte præuentus, ad publicum non perduxerit. Sed Io. Pap. 22. de post compleuit, correxit, mutauit, & executioni demandauit. Et fuerunt promulgatæ anno Dñi 1319. cal. Nouẽbris. De hoc uide gl. in proęmio Clem. super uerbo Nouembris, & uerbo pontificatus. Et dicit Io. And. ꝙ iste liber nõ debet allegari septimus, sed debet intitulari Clementinæ. s. constitutiones Clementis v. Sed decretum quod magister Gratianus circa annum Dñi 1109. compilauit, diuiditur in tres partes. Prima

ma dicitur distinctiones quia est distinctum per centum & unam partes, quarum quęlibet habet unum uel plures canones, quæ ulterius subdiuidũtur in paragraphos & uersiculos. Sed secunda pars decreti nominatur causæ, quia continet in se 36. causas, à quibus nomen accepit. Quæ ulterius subdiuiduntur in quæstiones, & hæ in canones, qui ultra in paragraphos, & uersiculos subdiuidi possunt. Tractatus autem de pœnitētia imponitur in causa 33. in q. 3. Et habet septem distinctiones, quarum quælibet habet canones plures, cum paragraphis & versiculis suis. Tertia & ultima pars decreti nũcupantur de cōsecratione, & habet sub se quinque distinctiones cum canonibus, uel capitulis, paragraphis uel uersiculis.

Ius ciuile inuenitur accipi diuersimode: ut dicto 1. c. ius naturale. Ciuile aũt uno mō est qđ qsq; populus uel quæque ciuitas sibi propriũ diuina humanaq. causa constituit ſm Isid. lib. 5. Scđò, dicit̃ ius ciuile lex. l. 12. tabularũ. Tertiò, dicitur qđ ex legib. plebiscitis, constōnib. senatuscōsultis, principum decretis, uel authoritate prudentum inuenitur. Quartò, dicitur ius quod non est prætorium. Quintò, dicitur disputatio prudentum, quæ fuit facta sub lege 12. tabulatum. Sextò, quicquid habemus scriptum de iure. Septimò, quicquid iure naturali uel iure gentiũ subtrahitur, uel quod non est ius naturale nec gentium, & sic capiendo ius canonicũ dr̃ ius ciuilẽ, & sic sumit̃ 1. dist. ius aũt, ut in gl. j. no. in fi. Et qa ita diuersimode ius ciuile inuenit̃ accipi ĩ iure, de prima acceptione habes inst. de iure natura li. §. j. De secunda habes. ff. de iust. & iure. l. ius ciuile. §. i. hoc igitur. De tertia, & quinta. ff. de orig. iuris. l. 2. §. hæc disputatio. De quarta l. ius ciuile. præalleg.

in prin. De sexta. ff. de uariis & extraor. cog. l. 1.§. proinde. De septima inst.de usucapio. in prin.ut est gl.in §.sed in ius quidem ciuile. insti. de iur.natu.gen.& ciui. Item ius ciuile dicitur tripliciter. Primò,pro eo quod in unaquaque ciuitate seruatur, & sic dicitur in gñe.Secundò, in specie dicit̃ ius propriũ certæ ciuitatis, & sic loquit̃.§.alleg. instit. Tertiò, dicit̃ per excellẽtiã ius Roma.quũ non exprimitur proprium nomen ciuitatis, & sic in uers.sed & quoties,inst. eo. tit. præall.& sic concordat.§. oẽs populi. cũ dicto uers.in quo.§.dicitur ꝙ oẽs populi regun tur legib. emulgatis ab Imperatore.in uer. dicitur.ꝙ unaquæq; ciuitas iure suo proprio utitur, sed primũ intelligitur de generali, secundum de particulari.

Ius ciuile diuiditur in quatuor libros principales .s.Digestum,Codicem, Institutiones, Authenticas. Quib.additur collatio decima,seu liber feudorum. Primus ergo liber iuris ciuilis est Digestum,qui continet leges & statuta Rom. & diuiditur in tres libros principales .s. Digestum uetus quod habet libros partiales 24.Infortiatũ, quod habet libros partiales 14. Et Digestũ nouum,quod habet libros partiales 12.Quib.cõnumeratis erunt libri partiales 50. Digesti ueteris,Infortiati,& Digesti noui.Et uocat̃ Digestũ, sed ẽt Pãdecta, uel liber Pandectarũ, uide supra in litera D. Secundus liber iuris ciuilis uocatur Codex, qui continet statuta, sanctiones, & præcepta Imperatoris. Et fuerũt tẽpore Iustiniani Imp. tres Codices .s.Codex Gregorianus, Hermogenianus, & Theodosianus:de quib. Codicib. extrauagãtib. diuus Iustinianus animũ suũ ad Imperiales constitutiones dirigens unum Codicem fieri fecit quẽ suo felice nomine intitulauit Codex Iustiniani,

ni, ut in rubr. procemij Codicis. Et diuiditur iste liber in 12. libros partiales, quorũ nouẽ primos, Doctores legere solent, sed ultimi tres qui longè post primos nouem compositi sunt raro legi consueuerunt. n quorũ allegationib. hoc est speciale quod ad tit. & ad l. cum §. additur numerus, uidelicet liber 11. 12. &c. ut C. de muri legulis & gynecia, &c. li. 12. & C. de digni. l. si ut proponis, lib. 12. Tertius liber principalis dicitur Authẽticum, uel Authẽticorum, & sunt quædã excerpta quasi prędicto rum librorũ summula. Et diuiditur iste liber in nouem collationes, quarum quęlibet subdiuiditur in titulos, & tituli non in leges, sed in paragraphos. Et differunt authenticum, & authentica, quia authenticũ uolumen est per se, sed authentica est lex una uel paragraphus incorporatus libro Codicis, & antiquo iuri superadditus. Et allegaẽ sic. C. de episc. & cler. auth. gñaliter. C. de sacrosſ. eccl. auth. multo magis. Sed in authentico simpliciter allegatur titulus, & paragraphus, ut in authentico, ut iudices sine quoquo suffragio. §. tali uel tali, & sufficit. Item decima collatio ĩtitulatur liber feudorũ, & habet duos libros partiales, quorũ qlibet subdiuiditur in titulos, & isti in capitula & paragraphus. Quartus liber principalis legũ dicitur Institutiones uel Instituta. Et iste diuiditur in quatuor libros partiales, & est introductorius in ius ciuile & canonicum, maximè quo ad declarationem terminorũ in utroque iuri usitatorum qui tanquam ostium in domum præbet introitum in sapientiam iuris. Quare consulitur omnibus quasi modo genitis iuris alumnis lac iuris concupiscentibus, per institutiones documẽta sua primordialia capessere, & nutrimẽta, ut tali doctrina primitus infor-

mati, securius mereanť inhærere sanctioni Iustiniani Imp. christianissimi. Nullos ergo præsumptuosè sine institutionum doctrina, iuris maximè ciuilis sublimitates tentet ascendere, ne corruat ex alio qui satagit uolare sine penna. Et hæc de nominib. diuisionibusque librorũ principaliũ iuris utriusque sufficiant. Et not. ꝙ ius ciuile tripliciter se habet ad ius naturale, & tres operationes circa ipsum, & eius materiam exercet, aliter tamen & aliter. Nã ius ciuile primo addit suꝑ naturalẽ determinationẽ ꝑ congruos modos, ut est uidere in delictis. v.g. ius naturale & eius rectitudo dictat delicta puniri. Inst. de obl. quæ ex deli. nasc. in prin. ff. de fur. l. j. Et ita oĩa ꝑcepta decalogi sunt a iure naturali suꝑ illis principijs fundata, q̃ ponit Iuriscõsultus. de iust. & iu. ff. eo ti. l. iustitia. §. i & in proœ. decre. s. honestè uiuere, alterũ non lædere, ius suum cuiq; tribuere. Secũdò, rectitudo naturalis uult nemini subtrahi quod suũ est, & ius legale distinguit actus ab illa rectitudine deuiantes .s. actũ furãdi, fœnerãdi, rapiẽdi, &c. Et ultra hoc ostendit qũo unus illorũ actuũ plus uel minus deuiet à rectitudine naturæ, & ẽm illud maiores siue minores pœnas statuit. Tertiò declarat, nã iure naturali rectum est neminẽ cũ alterius iniuria uel detrimẽto locupletari, nõ tñ hr̃ ex eodẽ iure si sit possibilis euentus in quo q̃s locupletari possit cum alterius iactura, sine tñ eius iniuria, sicut ĩ ꝑscriptionib. & ĩ usucapione. De ista triplici oꝑatione loq̃t l. ius ciuile. ff. de iu. & iur. Ius gẽtiũ est sediũ hostiliũ occupatio, munitio, bella, captiuitates, seruitutes, postliminia, fœdera, paces, induciæ, legatorũ non uiolãdorũ religio, connubia inter alienigenas ꝓhibita, & ideo ius gentiũ appellať, quia eo oẽs ferè gentes utuntur.

c.ius gentium.j. dist.
Ius habere in re, & ius habere in rē, sunt diuersa. de concess.præb.lib. 6.c. fin.& cle.unica.de seque stra pos.uers.nihilomin'.
Supplicatio est petitio ue niç prioris erroris, uel est quaedā benignitatis ip sius superioris implora to. Et ponuntur tres dif ferentiae inter supplica tionē & appellationem, ut in gl. 4. c. ex literis. de in integ. rest. Et sumitur supplicatio stricte p ea quae porrigitur aduersus sniam quae petit reuoca ri, quāuis aliās capiat lar gè pro qualibet precum porrectione. Et ponit Butri. quartā differētiā, quia non licet tertio ap pellare; sed bene licet, tertio

tertio supplicare, quam differentiã Io.And.(quē sequitur Bar.) reprobat dicens Bu. errasse, quia si intelligitur quod post duas supplicationes tertia admittitur, tunc est cōtra casum. l. si quis ad uersus. C. de pre. Imp. of. Si secūdo intelligitur, ꝙ post duas sententias latas ĩ causa appellationis liceat postea loco tertiæ sententiæ facere supplicationē, item falsum est, quia qñ nō licet tertia vice appellare, nec licebit supplicare. Alia differentia. Licet in appellatione à sñīa diffinitiua (secus tamē in interlocutoria) non sit necesse exprimi causam aliquam, tamen in supplicatione necessario apponitur causa saltem colorata, aliàs superior non debet admittere supplicationem. Item differūt, quia solus princeps superior cōcedere hēt supplicationē, sed appellatio etiã fit ab ĩferiori.

Supra. i. præter. ff. loc. l. ex cōducto. §. sed & si labes. Aliqñ. i. ultra, in auth. de nup. §. illud quoq;. Aliqñ refertur ad modicum tēpus. ff. ex qui. cau ma. l. ab hostib. §. sed quod simpliciter. Aliqñ stat in ꝓpria signatiōne: ut cū dicitur porticus mea est supra tuã. ff. ad l. Aquil. l. j. §. queadmodū. Itē an hęc dictio includat uel excludat, not. ꝑ Iac. de Are. & Bar. ff. de do. ꝑle. l. q ita.

Supremus est quē nemo sequitur. l. proximus. ff de uer. sign. aliquãdo ad eū qui solus est, refertur in l. vulgari. ff. de verb. sign. de bon. pos. secundum tábu. l. 1. 2. responso.

Surreptio est repentina & festina alicuius falsitatis suggestio. Et dicit à sub, & repo, de hoc no. in c. super literis. de rescri.

Suspectus dicitur qui non ex fide administrat: ut instit. de suspe. tuto. §. suspectus.

Suspēsio, excōicatio, & exiliū differūt, qa pōt suspēsus sine peccato cōicare aliis hominib. & alii sibi: secus in excōicatione & exilio, q̄ tñ differūt inter se, qa excōicatus pōt manere in ciuitate, licet pri uet hoib. cōione. Sed in

exilium missus repellit, tã à ciuitate, q̃ à cõione hominum: & suspensus celebrans perpetuo de poni debet. c. ut clericorum. de uita & ho. cleri. & ca. clerici. & c. latores. de cle. excom. minist.

Suspẽsum dicitur id quod excedit domos, uel ultra eas extẽditur. Quod si ceciderit & alicui nocuerit uel damnum intulerit in uia publica eũti, tenebitur dominus domus illius de qua damnum illatũ est ut ff de his qui deiec. uel effu. per totum.

Suus qs dicat, cũ dicit quis prosequi iniuriã suorũ: uide in c. decætero. de testi. & in l. si fœmina. C. ad Turp. nã dicit ille, qui ẽt admittit ad successionẽ ab itestato siue iure agnationis, siue cognationis, de quo in l. negãda. C. q acc. nõ pos. canonizata. 3. q. 11. c. negãda. Bal. & Mod. dicũt illũ esse suũ ꝑ quo põt q̃s agere sine mãdato cũ sola cautione de rato, ut sunt oẽs agnati, cognati, filii, liberti, patroni, &c. cõtra quos nõ põt quis cõpelli testificari in causa criminali, ut no. in c. de cætero. ꝑal. Item aliter capitur cùm quis dicit esse sunt. i. suæ mẽtis vel apud se, ut in l. Fulcinius. §. adeò aũt latitatio. ff. q ex cau. in pos. ea. Itẽ suũ est uerbũ ambiguum. Ideò dicẽs suũ nõ esse, adiicere debet neq; sibi cõe. ff. de uer. sig. pupillus. in fi. &c. & q̃d cõe ẽ meũ dici põt, ut l. serui electio. §. adeò. ff. de le. j.

Suus hæres, uide in uer. hæres suus.

S ante Y.

Sylua, uide suprà, in S, ante I, licet nõ rectè, cùm scribi debeat ꝑ y, nõ ꝑ i.

Symbolũ est quadruplex, quoddã apostolorũ: qd̃ secũdum quosdã theologos cõtinet 12. articulos fidei ꝑꝑ 12. apostolos Christi, qui in vna & eadem hora instinctu spiritus sancti ipsum cõposuerũt, vnde dicit symbolũ, à syn, qd̃ est simul, & bolus, morsellus, quia quisq; apostolorũ suum bolũ. i. partẽ apposuit. Secũdũ alios theologos uerius est ꝙ principales articuli

ticuli fidei nostræ sũt tm̃ 7.secũdũ quod tm̃ septẽ sũt dona spiritus sancti, quos quilibet Christianus scire tenet,clerici explicitè,laici implicitè,vt patet desum.Tri.c.firmiter.in tex.& gl.Aliud est symbolũ maius,qđ canit in missa,factũ ĩ synodo Nicena pp Grçcos,q nõ credebãt, ꝙ spiritus sanctus procederet utroq;, sed à patre tm̃,de conse. dist.5.c.ul.& pe. Tertiũ symbolũ est Athanasii.s. Quicũq; vult saluus esse, qđ canit in primis.Quartũ symbolum est iuris .s. primus.ti.de sum.Tri.& fi.cath.ut ait Isid. 7. lib. Ety.c.6.in quo id qđ de fide cath.& sum: Tri. in pdictis symbolis continetur cõfirmat & reperit.

Symphoniaci serui erant hi, quib.antiqui utebantur,ut in classe classicum pugnantib.canarent, ut docuit Ascon. referẽs celeuma cani cõsuetũ per symphoniacos seruos remigib.&de his meminit Vlp.in l.sed &si quid.ff. de usufr. & Cice.in li.de diuin.Abhac(inquit)muliere præfectus Antonii quidam symphoniacos seruos adducebat ꝑ iniuriam,quibus se in classe uti uelle dicebat.

Syndicus est ꝓcurator vniuersitatis uel collegii ꝓ certo salario ad iudiciã cõstitutus.s. qui causam vniuersitatis agit uel defendit, & dicitur quasi singulorũ causas dicens, Est.n. syndicus Grçcè,defensor Latinè.Nã officiũ eius est agere uel defendere nomine vniuersitatis causas præsentes uel emergentes, ut ff. quod quisq; iu.in rub.& in gl. 1.in c.vnico.eo. ti. & qñ dicit causa vniuersitatis agi ꝑ ꝓcuratorẽ debet exponi.i.syndicũ vł actorẽ,ut de procu.c.qa ĩ causis.&de iur.cal.c.cũ cãm.

Syngrapha, Latinè sonat cõscriptio,inde dicta,ꝙ vtriusq; manu scripta, vtriq; parti tradi soleat.

Synodus ex Grçco interpretatur comitatus uel cœtus,& inter cætera concilia quatuor uenerabiles fuerũt synodi,q̃ totam fidẽ cõplectunt,quasi quatuor Euãgelia, & q̃tuor sym

ſymbola, & totidē Paradiſii flumina. Prima Nicena.318.eporum, à Cōſtantino Imperatore per acta, quā dānata eſt blaſphemia Arrianę perfidię de inæqualitate Trinitatis. Nā ſecūdū gl. dicebat patrem maiorē filio, & filium maiorē ſpiritu ſancto. Secunda centū quinquaginta patrum Theodoſio ſeniore Conſtantinopoli condemnans Macedoniū negantē ſpiritū ſanctū eſſe Deum, & cōſubſtantialem patri, ſed (ſecundum glo.) ſeruum patris & filii. 1. q. 1. eos qui. Tertia Epheſina, centum epiſcoporum ſub Theodoſio iuniore, quę dānauit Neſtorium aſſerētem duas perſonas in Chriſto, & beatam Virginem non Dei, ſed hominis tantum genitricem. Et hęc oſtendit in duab. naturis, vnam Chriſti perſonam, & dicitur prima ad differentiam ſynodi Epheſinæ ſecundæ, quæ fuit reprobata, diſtinct. 16. quoniam ſanctæ. Quarta Calchedonēſis, quingentorum centum & triginta ſacerdotum ſub Martiano principe, dānās Euthicē Cōſtantinopolitanū abbatē verbi Dei & carnis vnam naturā pronūtiantē. ſ. diuinā poſt reſurrectionē, diſti. 16. c. 6. & Dioſcorū eius defenſorem quōdā Alexandrinum epiſcopum, & Neſtoriū epiſcopum cū reliquis hæreticis. De his eſt tex. ad literā diſt. 15. canones. & §. harum prior. & ſm Greg. in c. ſeq. & de eiſdē Gelaſius Papa, in c. ſeq. De his ēt uide tex. §. ſuſcipimus. in epiſtola īter claras. C. de ſum. Trini. & fide catho.

Sytheſin Gręcè, Latine omnē poſſeſſionem importat. l. alumen. §. Titio. & ibi gl. ff. de adimē. lega. Sed Scæuola in l. Titia. de au. & arg. leg. in alium ſenſum accepiſſe uidetur, nempe pro ordine quodam, & conformi veſtium cōpoſitione. quā lingua uernacula Italica libream uocemus, cum tunica, ſagum, chlamis, caligæ, eiuſdem ſunt coloris, & ita interpretatur Alcia. lib. 2. Parergon.

T ante A.

TAbardum, est genus uestimenti. clem. fin. uer. sed & tales. de uita & honesta. cleri.

Tabe, id est putredine. C. de custo. reo. l. j.

Tabellarius siue tabellio est, publica persona sacramēto astricta in ciuitate ut rationes & acta in formā publicam redigat à principe ad hoc officium deputatus, & confirmatus, uel sic, est persona publica habens officiū scribendi instrumenta super contractibus uel aliis rebus ad faciendam fidem super eisdem.

Taberna generaliter dicitur omne ædificium utile ad habitandū. l. tabernæ. ff. de uerb. significatio. nō sumpta abusione uocabuli per etymologiam. l. ii. § appellata. ff. de rebus credi. sicut etiā sumitur in l. hæres absens. ff. de iudi. & l. tabernam. ff. de fundo instr. Strictè tamen dicitur domus, in qua uinum uenditur. l. palā. in princip. ff. de ritu nup. Aliquādo taberna, id est statio, & tunc impropriè. l. ii. C. de episcopis & cleri. Differentia est inter tabernam & cauponam, quia taberna est locus in quo paratum est uinum uendi, licet non uendatur, caupona uerò vbi uēdit.

Tabernaculum dicitur à taberna. l. tabernæ. ff. de uerborum significatio. iuncta l. inde. not. in l. palam. ff. de ritu nuptia. aliquando est domus Deo. dicata. cap. & ibi Archi. extrà. de senten. & re iudica. Aliquando dicitur habitaculum militare. not. per eundem Archidiaconum in cap. ad hoc. xvj. quęst. j.

Tabernarius dicitur qui tabernam exercet uinū uēdens, qui & tabernæ institor dicitur. ff. de exerci. act. l. j.

Tabulæ testamenti inde uocatæ sunt, quia ante chartarū usum in tabulis tā testamenta quàm epistolæ scribebātur, quarū portitores tabula uoca

uocabantur, secundum Isid. lib. v. Et tabulæ testamẽti propriè sunt testamentum editum in scriptis signatum & perfectum. Sed abusiuè et illa testamenta tabulas appellamus quæ falsa sunt & illicita, secundũ Azo. in sum. C. de tabu. exhi.

Tabulas testamenti hodie intelligimus omnẽ materiæ figuram, in qua testamentum scriptum fuerit, siue sit charta, siue membrana, siue corium alicuius animalis, siue lignũ, siue quæcunque alia materia. l. i. de bon. poss. secun. tabu.

Tabularii etiam secundũ Accur. sunt qui faciendis publicis instrumentis publicè præsunt in singulis ciuitatibus. Require suprà, scribę. & C. de tabu. lib. x.

Tacere, hoc uerbum de se nec significat consensum, nec dissensum, sed tenet medium. Vnde nota, est dare consensum, dissensum & medium, quod non est consensus nec dissensus, uel aliter. Nã habemus uelle & nolle, & medium quod nõ est uelle nec nolle, nam uelle est consentire, nolle est dissentire, siue resistere per motum animi, unde in utrisque, scilicet uelle & nolle est motus animi ad hoc quod uult uel non uult, id est resistit. Sed non uelle siue nõ nolle est cùm nullus est motus animi ad unum uel ad aliud pro uel cõtra, facit l. i. in §. scientiam. ff. de tribu. ac. ubi dicit Vlpiã. Scientiã hic eã accipimus, quę habet uoluntatẽ, sed (ut ego puto) non uoluntatem sed patientiã. Nõ enim uelle debet dominus, sed non nolle, si igitur scierit & non protestatur, id est nõ contradicit, tenetur tributoria actione, si uerò dissentit nõ tenetur illa actione, tenetur autẽ si cõsentit, aut si nõ consentit si tamen non dissentit, ut ibi dicitur. Sequitur ergo ꝙ tacere de se, nec consensum, nec dissensum significat. Quãdoq; autem

autē sic, qn̄ aliūde sum pto quo uis probabili medio concluditur tacentē consentire uel dissentire, de quo latissimè tractat Din. in re. qui tacet. & seq. de reg. iur. li. vi. & nouissimè Ias. in l. q̄ dotis. post Bar. so. ma.

Tacens uerum ita incurrit crimē falsi sicut si falsum diceret. l. i. de cri. falsi. l. q̄ testm̄. ff. ad falsis.

Tacite intellectum diuersimodè capitur in iure .s. per modū dispōnis, condōnis, uel aliter, prout ex diuersificatione significati uel clausula cōcluditur. v.g. in cōtractu societatis facta conuentione φ unus sociorum habeat duas partes lucri intelligitur etiā tacitè φ habeat duas partes dāni. Et hoc tacitè ītellectū capit̄ p modū dispōnis seu conuentionis, ut in §. illud. insti. de socie. Et sumitur significatū ex æquali mēte paciscētiū in tacito expresso. Itē ibi cōcedendo aquæ haustum, intelligitur cōcedi iter ad illū. Et hoc tacitè intellectum sumitur etiā p modū dispositionis, sed non principaliter sed accessoriè seu consecutiuè, ut in l. iii. ff. de ser. rusti. præd. Rō, quia in itinete nulla est utilitas nisi inquātum deseruit ad aquæ haustum. Item ibi, promitto partū filiæ, uel fructū fundi, intelligitur si nascātur. l. interdū. ff. de uer. obl. quia nisi nascantur nihil est ī legato uel conuentione, sic utilitas esse nō pōt. Itē ibi debitū sub condōne acceptū simplr̄, ītelligitur tacitè, si cōdō debiti extiterit quo ad effectū acceptilationis nō quo ad dispōnē, ut l. si sub cōdōne. ff. de acce. Itē ibi promitto tibi x. intellr̄ si petieris, nō per modū condōnis sed p modū admonitionis & īterpellationis, ut qn̄ nō sim ī mora, postea sic. l. si cū petieris. ff. de uer. obl. iūcta l. mora. ff. de vsu. Rō, q̄a debitor nō est ī mora retinēdo debitū uolēte creditore, sed eo inuito qn̄ fit interpellatio. Itē & ibi patronus opas stipulatā à libto sim

pliciter, intelligitur cū fuerint ī dictę, quę adiectio requiritur in operis sicut in alia stipulatione intelligitur cùm petieris, & est ratio quia patronus stipulatur operas ad utilitatem suam.

Tacite inesse multipliciter contingit. uerbi gratia, conuenio cū depositario propter amissionem rei depositę, nē agam contra ipsum. In illa conuentione tacitè inest uel continetur remissio, quia si per dolū perdidit, agere nō possum depositi, sed pone, facio cōuentionem q̄d nō agam de dolo, dicit tex. quòd nō ualet conuētio. Et sic ualet tacita remissio, & expressa nō l. si unus. §. illud. ff. de pact. Et sic expressio eorum quæ tacitè insunt nihil ibi operatur. Ratio, quia expressum aliter significat, quia in primo casu significatur remissio doli, nō simpliciter, sed prout cōtinetur in obligatione siue actione depositi. Ideo ꝓ dolo nō pōt agi actione depositi, sed alia actione .s. rei uendicatione, quia dolo desiit possidere uel actione de dolo. Sed in secundo casū dolus simpliciter remittiī, & sic si conuentio teneret, non posset pro dolo agi aliqua actione, & sic remaneret impunitus, & ideo non tenet conuē tio, quia daretur occasio delinquendi, ut l. conuenire. ff. de pac. do. Itē ibi, concedo rem precario simpliciter, tacitè intelligiī, ꝙ durat donec uoluero siue reuocauero. l. i. ff. de ꝑcario. Etiā morte mea non finitur. l. 4. ff. locati. quia in precario simpliciter concesso intelligiī uoluntas .s. ꝙ ꝑ uoluntatē cōtrariā siue reuocationem nón perseueret, & ꝙ perseueret donec reuocetur, sed morte non reuocatur, igitur perseuerat. Sed qn̄ conceditur quandiu concedens uoluerit, tūc sigñat ꝙ durat quandiu uoluntas adest. Sed morte qs definit uelle, ideo tunc finitur precarium. Item ibi iudex cōdēnat

quem

quem pena capitis, siue deportationis, ad quam tacitè sequit poena adẽptionis bonorum. Pone, condemnatus appellat, pendente appellatione moritur, ipsa poena principalis tollitur, & ẽt accessoria. s. adeptionis bonorũ. Tunc morte illius pęna principalis. s. deportationis tollitur, etiam accessoria. s. ademptio bonorum, ut in l. 3. C. si pen. ap. mors interue. Ratio, quia tacitum intelligitur accessorie & consecutiue, modo sublato principali expresso, aufertur & accessorium. Sed dum duo exprimuntur, quæ ambo principalia sunt, ad sublationem unius nõ aufertur aliud sicut dum pœna imponitur in duobus factis utrunque est æque principale. Alii dñt, ꝙ ẽt in isto casu pœna adẽptionis tollatur, quia expressio (ut dicis) non fit nisi ad maiorem declarationem. Etiam pœnæ in dubio sunt molliendæ, de pœni. distinctio. 1. §. pœnæ. licet forte secus in usuris. Est tamen in arbitrio iudicis, cuius mens attẽdi debet, quia secundum eius mentem uel arbitriũ, morte finit uel non. Item ibi, lego alicui simpliciter, intelligitur præsenti die, & sic ex primo in' præsenti die, tunc significat quod uerba sonant. s. ꝙ præsens dies isti legato apponit, & hæc expressio, si illud non esset, nihil operaretur aliud q̃ tacitum, nec aliud tacitũ q̃ expressum. Sed ex clausula postea apposita. s. legata quib. dies non est appositus uolo, solui annua, bima, trima die, aliud significatur in tacito, aliud in expresso, qa ex tacito, cui clausula apposita non est uel dies, ex clausula secuta, debẽtur annua bima, &c. In expresso ubi dies est appositus, dicẽdo pręsenti die ad ipsum legatum ꝑdicta clausula non refertur qa isti legato dies est appositus. Vbi aũt tacitè intelligitur, non est appositus, licet id opaetur si aliud non seque-

retur. Item ibi, lego tibi purè, intelligitur si uolueris, hoc tamē non facit legatum conditionale, nec impedit transmissionē legati, si legatarius ante moritur, & tamē exprimendo hoc in legato dicendo, lego tibi purè si uolueris, legatū est conditionale. l. si ita expressum. ff. de cond. & demon. Item ibi, filiū meum exhęredo, intelligitur tacitè conditio si hæres adierit. Sed pone ꝙ hæc conditio exprimatur, dicit tex. ꝙ exhęredatio uitiatur. l. si q̄s. ff. de hęred. insti. Ratio secūdum doct. quia aliter intelligitur. & aliter exprimitur. Nā intelligitur quo ad effectum, scilicet, ut exhæredatio habeat effectum si hæres adierit non aūt intelligitur ꝙ exhęredatio sit cōditionalis, sed qñ exprimit, tunc refertur ad dispositionem, & sic exhæredatio est condōnalis, & ideo uitiatur, quia est actus qui non recipit cōditionem, per c. actus legitimi, de reg. iur. lib. 6.

Et est rō diuersitatis in legato, & in exhæredatione, quia uerisimiliter non uidetur testatorem legatum uelle facere cōditionale per expressionem illius cōdōnis, si hæres adierit, si apponatur illa, secus in exhæredatione quā testator vī vel le facere cōdōnalem, dū apponit condōnem talē ut magis restringatur. Sed per appositionē cōditionis vitiatur lege positiua, ideò non ualet cōditio, ergo expressa ad dispōnem uitiat, sed tacitè intellecta ad effectū nō uitiat, ēt qñ apparet de mente exprimentis, ꝙ per expressionem vult aliud significare. s. facere actum condōnalem qui non est condōnalis, ex tacito intellectu, tunc actus est condōnalis, qa exprimens hoc uult, qui ad hoc condōnē exprimit, & sic tunc legatū relictum si hæres adierit, est condōnale, & uerisimile est, ꝙ conditio exprimatur, sicut intelligitur ad maiorem declarationē, & sic licet actu.

non

non recipiat conditionem per illam tamen expressionem nō debet uitiari, quia solum quod tacite inest, exprimitur, & lex positiua nō admittens condōnem, videtur intelligi de conditione extranea, & non de illa quæ inest, quæ exprimitur ex abundanti. Sic ēt exhæredatio potest esse condōnalis qn̄ testator sic uoluit, sed quia non recipit condōnē, uitiaẽ; ēt acceptilatio erit conditionalis ꝑꝑ uoluntatē acceptū ferentis, sed qa ēt non recipit conditionē, uitiatur. Et ita in his debet attendi mens disponētis, & seruari qđ uult, & prout uult, nisi ubi lex positiua hoc impedit. Itē ubi iudex dat tutorē pupillo simpliciter, intelligitur tacite ꝙ ministret si satisdederit. Sed pone ꝙ iudex in dādo tutorē hoc exprimat dicit tex. ꝙ ualet datio, & eo modo intelligitur quo exprimiẽ, l. muto. §. hanc aūt, ff. de tut. & hęc lex facit pro pdictis. Et est rō huius legis, qa uerisimiliter exprimitur sicut intelligitur in dubio hoc, iuncto ꝙ si asceret condōnē, actus uitiaref, qđ non est dicēdū in dubio, maxīmè in hoc casu ꝑꝑ periculū qđ pupillo immineret, si tutoris datio nō teneret. Item ibi ꝓmitto x. simpliciter intelligiẽ tacitè ꝙ soluā cū petieris, dicit tex. ꝙ idē signat, nec aliud operatur, ut l. si cū petieris. ff. de uer. obl. quia ēt intelligitur sicut exprimitur, nec habet aliud signatū quàm expressum ex cōi modo intelligendi. Sed ibi, lego illi si capitoliū ascenderit, hæc conditio tacitè cōtinetur si uoluerit, q̄a uolēs ascēdit, & tñ exprimēdo hāc cōdōnē aliquid operatur, qa legatū uitiatur, quod non uitiaretur tacitè intellecta. l. nonnunquam ff. de cond. & dem. Et est rō, quia aliud signat conditio si ascenderit, & si uoluerit: nam legando sub condōne expressa si uoluerit, legatū ponitur in sua libera & mera uolūtate, ideo uitiaẽ ꝑ legē positiuam

sitiuã statuentẽ ꝙ legatum non possit poni in libera uoluntate, secus in illa conditione si ascẽderit, quia si ascẽderit, siue liberꝭ uolẽs siue nõ, tamen conditio implet̃, & sic de aliis exemplis.

Tacitum propriè & vere dicitur qđ nullatenus est expressum, & hoc in iure nihil significat, eo ꝙ non est significatũ eius, nec apparet. Dicitur aũt in iure expressum, ꝙ nõ aliter q̃ uerbis expressũ est: nam inter modos significandi uerbi obtinet principatũ, ideò uerbis expressum dicitur uerè expressum. Et quod dico uerbis; idẽ dico scriptis, quia illa continent uerba. Aliter autem expressum q̃ verbis dicitur tacitum, ad differentiã expressi uerbis. Et hoc est tacitum iuris quod non est expressum uerbis, v.g. mutuaui dolium uini, non exprimitur ꝙ reddat̃ uinũ eiusdem bonitatis, hoc tñ tacitè intelligitur, l. cum quid. ff. si ce. pet. & sumit̃ rõ ex natura mutui, quæ est ꝙ res reddatur quę eadẽ in ualore cũ mutuata esse cẽsetur, hoc est si est eiusdẽ naturæ & bonitatis, hoc tacitum intellectum idem significat & operatur, ac si esset uerbis expressum. l. cũ quid pręal.

Taciturnitas est qñq; hñda ꝓ cõfessione. Etiã qñq; tacitum hr̃ pro expresso ff. si cer. pe. l. cũ quid. & c. gratum. de off. deleg.

Taciturnitas non rñdentis habetur pro confessione l. de ætate. §. qui tacuit, & §. nihil. ff. de interrog. act. gl. & Pan. in c. qm̃. in 8. col. de prob.

Talis. i. ille C. de sum. tri. & fide cath. l. 1.

Talio, genus erat pœnæ ex l. 12. tab. quo dãnũ illatũ simili damno pensabatur. §. pęna. inst. de iniu.

Tamiaca prædia, uide prædia Tamiaca.

Tanquam est uota similitudinis, c. solitæ. de maio. & obed. Aliqñ nota ueritatis. c. ex parte. de spõs. De ista dictione tanq̃, uide in l. si pater. §. qui duos. ff. de adop.

Taxare, est idem quod æstimare.

Taxati

Taxatiuæ dictiones sunt. tm̃ solum, duntaxat, tantũmodo, & consimiles.

T ante E.

TEgulę sunt lateres, differunt tñ; quia tegulæ dicũtur à tego, quasi tegẽtes, & non sunt coctæ, sed ligna sub laterib. posita pro eorum sustentatione. Sed lateres fundãtur ex lapidib. & argilla & coquuntur.

Telos græcè, tributũ dicitur latinè. Inde telonarii publicani dñr & tributorum collectores seu exactores. Et etiam teloniũ dicitur locus in quo tributum exigitur.

Telum non dicitur tm̃ qđ ab arcu mittitur, sed ẽt quod a manu, eo ꝙ in longũ mittatur, ergo lapis, lignũ, furtũ, noĩe teli continentur, tex. est inst. de pub. iud. §. telum aũt.

Temeritas est cùm quid facimus propria uoluntate, & sine superioris autoritate. ita diffinit Gemi. in c. eum qui. §. insuper, de p̃be. li. 6. vbi ẽt dicit ꝙ temeritas est qñ qs facit actum à iure prohibitum, & de temeritate uide Bar. ĩ l. i. ff. ad Tur.

Templarii sunt præceptores uel commendatarii & personæ religiosæ, ut clem. de reli. do. & cle. cũ ex eo. de sen. exc. per Io. And. in rub. de reg. & c. ecclesia S. Marię, de consti. tales deputantur ad administrationẽ ecclesiasticam, & sic pñt agere, & defendere iura ecclesiæ, et clem. 1. de rescr. & pñt esse ꝑsonę incognitæ & de longinquis partib. c. cũ deputati. de iud. & qñq; eliguntur, & hñt ecclesias parrochiales, & sic autoritas diœcesani debet interuenire, facit c. unicum, de capel. mo. lib. 6. & no. in d. cle. 1. de resc. qñq; non hñt ecclesias parrochiales, & sui maiores habent eos deputare & instituere præter consensum diœcesani. Et ẜm Inn. in dignitate comparantur institutoribus, c. ꝙ quibusdam de fideiuss. quia instant negotiis sibi commissis, uel etiam comparantur uisitatorib. siue uicariis missis a superioribus ad

aliqua officia exercēda.

Tempus continuum est qđ continuè currit diebus feriatis, & non feriatis, siue in præsentia siue in absentia sit copia iudicis uel non. C. de præscr. long. tempo. l. fin.

Tempus uerò utile nō currit diebus feriatis & ab sentiæ, & diebus quibus non est agendi copia. Et istud est multiplex, scilicet continuè utile & inutile quo ad sui principium tantum, non quo ad progressum, &c. ut in gl. cle. unica, de in integ. resti. ubi gl. remittit, de conces. præben. c. 2. & c. quia diuersitatem. in fi.

Tenor literarum est idem quod sententia literarū, require suprà, Sententia literarum sed tamē tenorē literarū dicimus rectè tenorem tex. quamuis titellis scribatur, unde tenor dicitur ipsa sentētia literalis, licet rhetoricè plurima scribantur.

Tepidarium est idē quod balneū, a tempore aquæ nomen trahens.

Tergiuersator dicitur qui in uniuersum ab actione recedit quasi tergum uertens, ut in c. vl. de collu. dete. in gl. 4. & ibi no. Et differunt tergiuersator & præuaricator & calumniator, unde nota bonos uersus. Tergiuersator desistit, præuaricator. Verū ipse occultat, profert calumnia falsum.

Tergiuersari est in totum ab actione desistere, & dorsum uertere. ff. ad sena. Turp. & in gl. præall. in c. ult. de collu. deteg.

Tergiuersatio qñq; est uersutia uel calliditatis qua quis inducit alium ut desistat ab eius inquisitione, & sic capitur in c. ult. in gl. præall. Qñque etiam est frustratio, de lusio uel colludium.

Terminus dicitur finis uel limes distinguens confinia agrorum. hinc Virgilius 12. Aen. Limes agro positus, litem ut discerneret aruis, & in c. forus de uer. sig.

Terminus peremptorius obtinere debet tantum temporis, quantum tria edicta, nisi aliud exigeret iustitia, ut in c. dilecti. de dila. in gl.

Terra

Terra proscissa, ĩ d.l.sylua est quæ primum aratrū experta est grãdioribus glebis relictis.

Territorũ, est uniuersitas agro rũ intra fines cuiuscunque ciuitatis, ab eo dictum, quòd magistratus eiusdem loci intra eos fines terrendi, id est amouẽdi uel submouẽdi ius hẽt.ff.de uer.sig.l. pupillus.§.territorium. Alibi ponitur ꝓ diœcesi. gl.in cle.ne Rom.de ele.

Tesseræ frumentariæ signa erant frumentaria, quibus exhibitis, frumentũ a principe dabatur populo R.ut hodie q̃busdam in locis nũmi plũbei uel ærei,uel quid simile,qđ pro symbolo sit.Ex quo factum est ut tessera pro iure percipiendi frumẽtum ponatur. Vnde ff. de iud. l. sed & si suscepit,ita legitur. Si libertis suis tesseras frumentarias emi uoluerit.

Testamentum est uoluntatis nostræ iusta sententia de eo quod quis post mortem suã fieri vult.ff. eo.ti.l.1. Et additur cum institutione hęredis,ĩsti. de leg.§.ante hæredis. & hoc de vniuerso patrimonio,ut excludatur singulare relictum & codicillus.Et dicitur testamẽtũ quasi testatio mẽtis, uel ultimum elogium,seu vltima uoluntas, qua quis de rebus suis disponit legatario legata assignando.Et diuidiẽ,quia aliud est testm̃ nuncupatiuum quod cõsistit in sola nũcupatione testatoris, nõ in solennitate scripturæ, tñ septem testes necessarii sunt, & hæredum nominatio,inst.eo.ti.§. fin. Aliud est inscriptis cõditũ quod similiter exigit numerũ, subscriptiones & signacula septem testium. Antiquitus autẽ tria genera testamentorum in usu fuere, de quibus infrà in uer. testamẽtum surreptitium. Item testamenti aliam diuisionem ponit Isido.lib. 5. scilicet testamentorũ aliud iuris ciuili,aliud iuris prætorii.

Testamentum iuris ciuilis est testamentum septem testiũ sigillo signatũ,subscriptione firmatũ, qđ apud

apud ciues fit, & inde dicitur ciuile.

Testamentum iuris prætorii est septem testium signis signatum. Et dicitur sic, quia fit apud prætores, secundum Isid. ibidē.

Testamentum holographū est manu autoris totum conscriptū & subscriptū vnde & nomen accepit ab holon .i. totum, & graphos scriptura vel litera, quasi tota litera ſm Isid.

Testamētum inofficiosum est quod frustra liberis exhæredatis sine officio naturali pietatis ī extraneas ꝑsonas redactū, est secundum Isid. lib. 5.

Testamentum irritū est, si ille qui testatus est, capite diminutus est, uel captiuitate detentus, aut si nō ritè uel cōtra legem factum est, secundū Isid.

Testamētū ruptū ideo vocatū est, quia nascente posthumo neque exhæredato, neq; hærede noīato, disrumpitur ſm Isidor.

Testamētum surreptitium est q̄d in fraudē hæredū seu legatariorū & libertorū non palā prolatū est, quod si non latet dictis personis, nō ꝓinde suppressum uidetur. Erant autem olim tres aliæ species, quę hodie ī usu esse desierunt. Quoddā erat pacificum testamētum, & appellabatur calatiscomicus, à calos, quod est bonum, & comicus pax, quia in bona pace fiebat vel à calatis comitiis, hoc est bonis conuentib. à calos bonū, & comitia conuentus uel cōuentiones sapientium. Bonæ enim conuentiones erant quę in pace fiebāt: nam testamenta dieb. feriatis ꝑꝑ penuriam hominū, quia aliis diebus non feriatis erant homines diuersis negotiis occupati, quare testes non poterant inueniri: uél dicitur à calo .i. uoco, quia personarū uocatio fiebat. Aliud erat bellicum quod pro cinctum dicebatur eo ꝙ tempore præliorū cū in prælium exituri essent homines in procinctu faciebant. Postea accessit tertia species .s. testamentū per æs & libram, quod ꝑ emācipationē .i. imaginariā quādā vēditionem

sub

ſub quinq; teſtib. ageba tur, & libripendæ.i.æſti matore, qui libripende bat.i. æſtimabat familiã .i.hæreditatẽ, & emptore qui erat loco hæredis, ciuib. Rom.i. liberis ho minib. & puberibus præ ſentib. Prima duo illorũ teſtõrum penitus abole uerunt. Tertium uerò partim remãſit in uſu .ſ. quoad numerum teſtiũ, uidelicet ſeptenarium. Erãt.n. quinq; teſtes libri pens, & emptor. Et prędi cta nomina teſtõrum ad ius ciuile referebant, q̃a ius ciuile inuenit illa.

Teſtes ſunt quos ante iudi cium quiſq; ſibi placitat & allegat ne poſſit librũ aut diſſimulare aut ſub trahere ſe. Vnde etiã le gati appellãtur. Item te ſtis eſt rei geſtæ ꝓbatur. Sed teſtis cogendus eſt, qui ad teſtimoniũ faciũ dũ cogitur. Dñr ergo te ſtes quia teſtimoniũ ad hibere ſolent ſicut ſigna tores qui teſtm̃ ſignificãt ſm Iſid.lib.6. Itẽ antiqui tus ſuperſtites dicebant eo ꝙ ſuper ſtatu cauſæ proferebantur, nũc parte nominis ablata per apo̅ he reſin, teſtes dñr & conſi derantur conditione, na tura, & vita, ut in c. forus. de uerb. ſig. ad fi. Teſtes & cõtinẽtur ſub nomine inſtrõrum. ca. peruenit. de teſt. cog. Et qualiter teſtis examinet̃, uide c. conſtitutus. de fideiuſſo.

Tetraetericum dicitur q̃d quarto quoque anno in ſtauratur. Bud. in l. Septi lia. ff. de pollici.

Textrinum, locus ubi texi tur. l. qui textrini. C. de murileg. lib. 11.

T ante H.

THeatrum eſt locus in ci uitate communis & pu blicus ad ſpectacula, & dicit̃ à theorãdo .i. inſpi ciendo, ut in foro uel pa latio communi, ſicut in harena Veronẽſi, inſt. in gl. de re. diu. uer. theatra.

Theatralis liberalitas eſt quod dari conſueuit ad ludũ theatri. C. de præd. curia. l. ult. in gl.

Theſaurus propriè dicitur pecunia abſcondita ſub terra, cuius nõ eſt memo ria. l. namque. ff. de acq. poſſeſſ. Qñq; impropriè dici

dicitur,ut ff.de acq.poss. l.peregrè.in prin.& ff.ad exhi.i.thesaurus.

Thlasię dicũtur spadones, quibus testes fracti sunt. Thlibiæ uerò qui attritos eos habent.

Thymelici sunt fidicines, cytharistæ, lyristæ, tibicines,q̃ in orchestra actiones suas peragebant, sicut histriones ĩ scena,ut M.Vitruuius est autor.

T ante I.

Tlbias, aliàs tilibias, instrumentum est ad abscindendũ uirilia,uel aliter,ut no. in l. hi quoq;. ff.ad legem Cor.de sica. Imò thlibię legendũ est.

Tibialia apud Pau.l. pe.de re mil.dicũtur arma quibus crura muniuntur.

Tignus uel tignum dicitur esse omne genus materię ligneę,ut in l.12.tab. & Azo ĩ sum.eo.ti .& insti.de re.diui.Vñ tignarii dñr omnes qui ædificãt.

Tignus iniunctus, require suprà actio.

Tiguli dicuntur foramina, quibus exit fumus.

Titubatio est cũ ego hinc inde duo cõtraria scio,nec tñ alicui eorũ (quia dubito)credulitatẽ meam applico. Vnde titubare dicitur quis qñ suspitionẽ habet sup eo de quo cõtẽdit, ut c. in nostra præsentia de pcu.in gl.3.et titubare est defectuosè loqui uel ignoranter, vñ titubãs pro ignorãte habẽdus est.C.de cõd. ind. l. ult. & ff. de lib. ho. exhi.l.3.§. is qui. ar. c. dominus. de secun. nup. ubi gl. p & cõtra.& c.p posuit.de cõiu.ser.in gl.

Titulus qñq; signũ dicitur qñq; causa acquirendi dominii,qñq; ipsa ecclesia,ut titulus sancti Petri qñq; clericatus, qñ canonicatus in aliqua ecclesia;unde dicitur quis in titulari.i. clericari uel canonicari. Itẽ qñq; capit pro causa mobili ad dominii translationem, ut pro locatione,ut c. ecclesia sanctæ.ij. ut lite pendẽ. Itẽ titulus est iusta causa possidendi qd̃ nostrũ est, & sic exigitur iustus titulus in usucapione & præscriptione. c.si diligenti. de præscri. &c. gl.summę.15.q.2.Etiam

titulus possessori causā tribuit præscribendi: ut cap. 1. de præscrip. lib. 6. & est unum de principa lib. requisitis ad præscri ptionē. Dicitur ēt titulus qlibet ordo ecclesiastic', quælibet dignitas uel p̄latio, & sic dicit̃ qs inti tulari ĩ aliqua ecclesia. i. ordinari, ẜm Ber. in c. du dum. de elect. super uer bo intitulatā. & ff. si cer tum petatur. in rub.

Titulus nonnunquam acci pitur pro rubrica, ut l. 1. ff. si certum petatur.

Titulus possessionis uel possidendi est initiū pos sessionis, & causa quare quis possideat: ut em ptio, uenditio, donatio, permutatio: quia per emptionem, & similia incipimus possidere.

T ante O.

TOchi ẜm Azo. dicuntur sustentatores pauperū.

Ptochi scribendum est.

Togatos dicimus aduoca tos, a toga veste nomina tos, quā habebant olim aduocati diuersam a cæ teris: ut per hoc cogno scerentur.

Tolerare, pro sustentare di xit Alphe. in l. in lege. de uer. sig.

Tomentum accipit Nebris sensi pro omni quod in sarcitur puluillo, siue il lud sit de pluma, lana ve siue de stramentis uel qua alia re.

Topiarius est qui prædiū ornat saltuarius qui cu stodit. l. cum quæreba tur. §. fi. ff. de leg. 3.

Tonsura in clerico: uide gl. in cle. qm̄. de uita. & ho. cle. & 23. dist. c. prohi bere, c. clerici. c. si quis ex clericis, c. nō liceat cui libet. & 12. q. 1. duo sunt.

Tormentum dicitur quasi torquens mentem, à tor queo torques. Quæstio uero est ueritatis inda gatio per tormentū seu torturā, & pōt appellari qō a q̄rendo; qa iudex per tormētū inquirit ue ritatē. Pan. in c. cū in con templatione. de reg. iur.

Torneamēta dñr q̄dā nūdi næ uel feriæ, in quib. mi lites ex edicto conueni re solēt, & ad ostensionē uirū suarum & audaciæ temere congregari uel cōgredi, ut c. 1. d' tornea.

Torrens est aqua in imbre cũ impetu quæ in ęstate torrescit.i.arescit: ſm gl. in cle. dudum. de sepul. Vide.ff.de flumi.l.1.§.2.& de aqua plu. arcen. l. in summa.§.penultimo.

Tota.i.omnis.ff.de pac.l.si vnus.§. pactus. uers. idẽ dicimus.

T ante R.

TRabes est uestis consularis, ut C.de cõsul.l.i.lib. 12. qua ueste etiã vtebatur Imperator, etiã se consulem uocabat ut in auth. de consuli. col.4.

Tractatorii, erant uiri qui tractabant & contractabant.i. manib. contingebant & palpabãt animalia publica, & equos sacro usui deputatos. Vel dicuntur tractatoria literæ impetratæ pro licentia uehẽdi animalia, uel literæ datæ licentiæ ad tractandum & puniendum criminosos secũdũ Accur.C.eod. tit.in rub.

Tractatores Alc. scribit appellari eos, qui habent tractatorias.i.licentiã ad ducendi equos in cursu publico, quam Plin. in epist.& Iuriscon.uocant diploma.

Tradere, duplicem habet significationem, uno modo est rem suam in alterũ transferre. Corporalis.n. res tradi põt, & a domino tradita alienatur: hoc patet per etymologiam dictionis. Dicitur enim trado quasi transfero dominium, & sic bene dicĩt in instrumentis uẽditionis, iure proprio tradidit .i.transferẽs tradidit seu dedit. Alio modo tradere capitur pro inducere in possessionem, siue p ipsa corporali præstatione rei, ut cũ dicitur: possessionem tradidit: uel ipsum equum per frẽnũ, aut librum in manibus.

Traducere usus est Paul. in l.si duo.uti possi, pro facere traduces. Traduces autem in uitibus dicuntur, qui aliunde tracti ac propagati sunt.

Traha est instrumẽtum rusticum quod æquandis cespitibus uel fœno colligendo aptatur.

Traiicere est mare trãsire. Vnde dicitur. Si pontonibus traiiciatur mare.i. tran

transeatur. Inde traiectũ est per mare transitus. Etiam alio modo est nomen ciuitatis.

Traiectitia dicit̃ pecunia quę locatur uel permittitur alicui per mare ad quemcũq; locum transuehenda uel deportanda. ff. de actio. & oblig. l. traiectitiæ.

Transactio est de re dubia & lite incerta nõdum finita dato aliquo promisso, uel retento, non gratuita pactio, ut in c. super eo. de transac. Et est idẽ quod cõpositio inter aduersarios: & litem intelligo præsentẽ uel futuram, quia ante litem contestat. potest fieri trãsactio, ut ff. de conditio. indebiti. l. eleganter. §. si quis post. Itẽ litem subaudio iustã uel iniustam, ut C. eodem ti. l. 2. & si quis quando agit, credit se habere iustam causam, alias cõtrarium, ut ff. de conditio. indebiti. in summa. ut tamen inter insistentẽ & resistentẽ: ut si actor per calumniam insistat: nulla fit transactio: sed si reus per calumniã resistat ualet trãsactio quãtum ad eum. C. eodem titu. l. sub pretextu. licet per aliam uiã, hoc est ꝑ actionem de dolo uel replicationem doli consulatur actori, ut ibidẽ dicitur, qñ dolo reus induxit actorem ad trãsigendũ. Et dicitur in descriptione, nõ gratuita pactio: ideo quia fieri nõ potest gratis, imò expedit. quod is, cui fit transactio, aliquid det uel dare promittat trãsigenti. unde fieri debet aliquo dato retẽto uel promisso, alio quin transactio nõ procedit. Et in eo quod dicitur aliquo, intelligitur etiã de modico: quia si quæstio erat de re ualente centũ: potest fieri transactio pro decem uel pro minori, nec potest dicere tansigens se deceptũ, quia transigit super incerto. Item in eo quod dicitur, re dubia & lite incerta, intrãsitiue ponitur: ut sit sensus, de re q̃ dubia & incerta est lite, id est, propter litẽ, quia lis

lis quādiu pendet, facit rem dubiā & incertam. Nā euentus litis & iudiciorum incertus est. l. quod debetur. ff. de pecu. unde super eo quod in quæstione uertitur, lite pendēte potest fieri transactio, & ideo dicitur, lite nondum finita, Nam si iudicatū esset. nec appellari posset, nec aliquo remedio sententia retractari, ita quòd de sententia non dubitaretur, certe transactio non ualeret, ut si quis condemnatus ad decē dicat, Verum est me tibi condemnatū esse ad 10. & uerū est quòd debeo. sed si uis esse cōtentus, quinque dabo inconti nenti, tunc transactio nulla esset, & si iudicatū negare, adeo tamē liqui da foret probatio, ut nō sufficeret negare, adhuc est idem: ut C. de pœ. l. qui sententiam. Dicitur .n. trāsactio quasi actionis ī amicitiā seu amicabilē cōpositionē trāsitio transeunt enim à lite & ab actione, qui cōponūt inter se paciscētes, cū tamē gratis non remittitur actio, secus si gratis remittitur, quo casu non fit trāsactio: sed simplex ꝑ donationē pactio. q em trāsigit, quasi de re dubia & lite incerta neq; finita transigit. i. cōponit, ut in c. super eo. ti. in gl. 3. & sic is transit ab actione qui trāsigit, & is qui agit, proprie dicitur trāsigere, ut C. eo. ti. l. ii. præalle. reus autē improprie. Itē in spūalibus nō ualet trāsactio ꝑprio nomine dicta. c. si quando clerici. de offic. deleg. & c. super eo præ alleg. & est tex. ī c. cōstitutus: & c. præterea. eo. ti. Ratio, quia trāsactio in spūalibus continet speciē simonię, uerbi gratia, duo litigāt super aliquo beneficio ecclesiastico: puta ecclesia vel prębenda, & etiam super iure præsentandi: talis transactio cum sit super re sacra, non ualet quando aliter illorum dat alteri 10. vel 20. annuatim ut cesset a lite, & alter obtinet ecclesiam, seu præbendam seu ius præsen

sentandi, cum sit annexum spirituali: ergo species simoniæ est, ubi aliquid datur uel promittitur siue retinetur in talibus, ut possideatur: aliàs procederet in spiritualibus nullo dato retento uel promisso, sed tunc propriè non est transactio, sed in tpalib. ualet trāsactio tali modo sumpta. Sumitur aūt aliter & largo modo trāsactio, prout est amicabilis cōpositio, & sic pōt fieri in spūalib. ut ī c. statuimus. de transf. arg. c. nisi essent de præb. & c. ult. de re. perm. Et hoc dū ex utraque parte datur spūale, autoritate tñ superioris ut si aliqui litigent sup ecclesiis, & eps vel archiepiscopus componat eos iure. Item non ualet trāsactio in subiectione spirituali. c. præterea. 2. eo. ti. Subiectio. n. est spirituale q̄d, & ideo aliquo dato uel promisso siue retento remitti nō pōt, v. g. iste subiectus est primo abbatiæ tali. s. ecclesiæ S. Petri, modo vult transigere. i. dare 30. solidos, uel aliud in certo censu ut sit exēptus ab abbatiæ subiectione, q. census est, licet esset recognitio debitæ subiectionis. c. omnis anima. de cens. tñ non ualet talis transactio propter subiectionem. Sed si gratis uellet quis aliquā ecclesiam eximere subiectam, bñ posset ex ea annuatim aliquid accipere nec esset simonia. c. constitutus. de rel. domi. uel sibi constituere soluēdū censum in recognitionē dñii, ut in c. oīs. pall. uel ad indicium perceptæ libertatis, ut in c. recepimus. de priuil. Itē in matrimonio cōpositio uel transactio nō ualet. c. fi. de trans. Et nota duas regulas. Prima ēst affirmatiua, q in omni causa criminali vel in omni crimine, p quo venit imponēda pœna sāguinis, licitū est trāsigere excepto crimine adulterij. Ratio huius regulę, quia vnicuique licet redimere sanguinem suum. Sed ratio exceptionis est frequentia criminis adul

terii 32.q.7. quid in om nib.& de iud. c. at si cle rici.§.de adulteriis. Secũda regula negatiua est, ꝙ in aliis criminibus, in qb.non uenit pœna sanguinis, non est licitũ trãsigere, excepto crimine falsi,in quo põt trãsigi, rõ regulæ est, ne delicta maneant impunita. Rõ uerò exceptionis,qa nõ põt maius crimen imponi quàm falsitatis,quod adimit omnem honorẽ. Et hæc dicta procedunt de iure ciuili. Iure nãq; canonico hic nõ licet trãsigere ibi sic, q̃a ibi non uenit pœna sanguinis imponenda. Item transigi non põt super alimentis,nisi autore ptore, ff. de trãs.l.cum hi.in sum. Ergo no. ꝙ quædã sunt in quib. nec cõpositio, nec dispensatio, nec trãsactio locum habet.Qũo enim posset fieri ꝑ amicabilẽ cõpositionem, dispositionem uel per trãsactionẽ, ut uir dimissa uxore aliam superinducerct? uel ut monachus talis existens proprium haberet? de sta.mon.cũ ad monasterium, uel ut subiectus in subiectione perdurans,dño non obediret .s.in licitis & honestis.In his ergo cum simi lib. transactio locum nõ habet,ut in c.fi. eo.ti.Effectus transactionis est ut omnia instrumenta ad causam spectantia,super qua transactum est, & quicquid aliud est qđ opẽ partib.ferre poterat hoc fit uacuum,& omni uirtute cassatum,& sola trãsactio ualidum ꝑpetuumq; robur obtineat, ut in c.1.eo.ti.ſm Gof.in sum. de transa.

Transcribere præter illam signonem, quæ omnib. est notissima modo significat.iure cesso tradere,ut in l.si uir uxori, de præsc.uer.modo trãsferre,ut in rõnib. fit,cũ id, quod mihi expensum latum est,in aliud nomen transfertur, & nomen meum è rõnib.eximitur l.Aliquãdo ad Senatusc. Velleia. Bud.

Transfuga dicitur qui transit ad hostes.

Translata legata dñr, quę testator vni legatario ad emit

exit,& alii legauit,nam sic transfert testator auferendo ab eo cui primū legauerat,& alii dando.

Translatio est de sede ad sedem facta cōmutatio, ut cum eps de una sede ad aliā trāsfertur, vñ qđ hic appellatur trāslatio, alibi dicitur mutatio,ut 7.q.j.mutationes,vel sic, Est ab una ecclesia ad aliam regulariter transitio. Pōt.n.aliquis de minori ecclesia ad maiorē transferri,nā qui prouehit̄ de minore ad maius ꝓuehit̄.93.dist.legimus in fin. & hoc maximè de trāslatione episcoporū. Vñ translationū duæ sūt causæ. Prima utilitas,cū in sua ecclesia infructuosus est.Secūda necessitas, ut cum persecutionē patitur &hostilitatē.Et sūt tres causæ transitus. Prima leuitas. Secūda cupiditas. Tertia humilitas, de hoc Goff.in sum.e.ti.

Trāslatiuè significat segniter & non accurate. l. 1. §.præuaricatorē ad Senatusc.Turp.& l.i.de iu.pa.

Translatitium edictum, uide in uer.Edictum.

Transmigrare est de loco ad locum transire.

Transuectionem,ut inquit Bud.in l.2.de in ius voc. hodie licet barbarè mōstram uocamus, cùm scilicet equites solenniter recensetur.

Trāsuersales dñr qui ex trāuerso siue a latere coniūcti sunt, ut fratres sorores, & eorum earumque liberi.

Trapetum est mola olearia l. sed addes. §. illud. ff. locati.

Trapezita .i. campsor uel mercator.23. dist. in nomine Domini.

Trapezophore erant mensæ ornatu maximo elaboratæ, quæ effictis imaginib.sustinebatur. Trapezophorarum mentio fit in l.3.de Supel.leg.

Tremis, species erat pecuniæ signatæ,sic dictæ, à tertia parte aurei quam pendebat,ut docet Bud. ī l.qua vulgo.de ædi.ed.

Treuga est securitas præstita personis & rebus ad tempus, discordia non dum finita,ut de treu.& pa.c.j.sed pax req. suprà in litera P.

Treuga ad tps facta pot ap pellari pax.c.nouit. uer. postremo. & ibi ad hoc no. Pa.in pe. no. de iud.

Tribunal, sm Goff. est locus maiorum iudicu qui hnt merum imperiu, sm Az. in sum. C.de iurisd.om. iud. uel est locus ubi iu dex pro tribunali sedet, qui alias forus uocatur, extrà, de uer.si.forus, & est gl.in c.1.de re iu.li.6.

Tribunus plebis est plebe ius magistratus, sic di ctus, qa po pulus R.olim erat diuisus in tres par tes, & ex singulis singuli tribuni creabantur, uel quia tribuum suffragio constituebantur.

Tribunus quiritum .i. mili tum erat Rege exacto an dictatores, q pfuit equi tib. postq partim ex ple be, & partim ex patrib. militum creat sunt tribu ni consulari potestate.

Tribuni .i. primicerii. l. 2. & ibi gl.C.de off. primi. & qui dicatur tribuni, ui de l.offm.ff.de re mili.

Tributum est census qui p statur rone soli proprii a possidentib. Dicit aut tributum ideo, qa mili tibus tribuebatur, qui ex peditioni publicæ uaca bant, unde & stipendiu appellatur, ut ff. de uer. sig.l.ager.& ff. de publ. & uecti.l.1.§.hic titulus. super uer.pendat. in gl.

Tributarii dnra tributo qd à tributione deriuatur.

Tributaria actio. Req.sup. de actionibus.

Tricenniu est tps 30.ann.in de tricennalis pscriptio, ut in c.uigilanti.eo.tit.

Triclinium erat locus trib. constratus lectis, ad di scumbendum.

Triclinaria uestimenta sut illa quibus utimur in cu biculo.l.apud Aufidium ff.de opti leg.

Triennium est tepus trium annorum, ut in c. 1. de præs. Et inde dicitur trie nalis præscriptio, q coi ter currit in usucapione.

Tries est tertia pars assis quatuor cotines uncias.

Trierarchus interpretatur princeps nauis: trieris.n. nauis dicitur triplici re morum ordine instru cta.l. Seius. ad senatus cons.Treb.

Trietericum, quod tertio quoque anno contingit l.septi

l.ſeptitia de pollici.

Triplicatio eſt quæ dupli cationem infirmat & ad iuuat actorem. Et ſic deinceps quadruplica tio. Require ſupra, du plicatio.

Tripondius eſt as triplica tus.ſ.36.unciæ.

Triumuiri capitales dñr q carceris habebant custo diã, quorũ interuentu animaduertendũ erat in quoſque homines faci noroſos, quos etiã dici mus ſtratores à ſtringen do, quia in carcere cuſto diendos & reos damna tos puniebant.

Triumuiri monetales dñr, uidelicet æris, & argen ti, uel auri conflatores.

Trochleã, inſtrm̃ fuiſſe anti quitus, quo prelũ releua retur, oſtendit Iuriſc. in l.ſed addes.ff.loca.

Trophima merces nutricũ.

Trulla inſtrm̃ eſt quod uer naculæ linguæ alluſione ſatis intelligitur. Eo.n.li niendis muris & arena to gypſat oq; inducẽdis utuntur, & inde trulliza tio ex gypſo inductio & linitio. Sed apud iuriſ.ff. de au.& ar.le.l.& ſi non ſunt.§.argento facto. ac cipit uel pro uaſe poto rio, uel ꝑ uaſe in quo uẽ tris onus excipitur, & ali ter apud Pap. ff.de fun. inſtr.l. tabernæ, cum in quit, Trullę quæ circa cœnam ſolent traiici.

T ante V.

TVbi per diminutionem tubuli ſunt canales ficti le per quos fumus ultra parietẽ cõducit̃, de quib. meminit Iuriſ. ĩ l.quidã hyberus.ff.de ſer. ur.pd. dũ dicit non licere tubu los habere admotos ad parietem cõem, & iiſdẽ dñr feneſtræ quibus ca lor balnei euaporat.

Tugurium dicitur eſſe te ctũ qđ reb. urbanis uel ruſticis cuſtodiendis eſt deputatũ, uel dicitur om ne ædificiũ quod magis cõpetit ruſticis, quàm vr banis ædib. & dicitur q̃ſi tegurium, eo, ꝙ tegat.ff. uer.ſig.l.tugurii.

Tunc ſignãt extremitatem t pis.l.ſi is legatũ.§. ſi ita ſcripſit.ff.de cõ. & dem. hoc facit ad qõne notan dã. Si qs ita teſtat̃. Si Im per.nõ uenerit in Italiã

infra quinquennium, hęres meus tunc decē det Titio. Imperator moritur primo anno, an Titius potest petere decem? Solutio, certe non nisi post quinquēnium, ad hoc semper allegatur tex. praeall. & hoc qñ tps apponitur in condōne potestatiua. Si uerò in cōditione casuali apponitur, si deficiat, non expectatur. l. hoc iure. ff. de uer. obl. Fallit nisi addatē dictio tunc, & hinc excerptum est, de elect. cōmissa, lib. 6. vbi de hoc.

Turba constat decem hominib. l. praetor. 2. ff. ui bon. rap. & sic differt a rixa, quam etiā duo constituunt, ut ibi dicitur.

Turpia uerba, id est diffamatoria.

Turpium personarū appellatione continentur meretrices. l. 3. ff. si quis par. sue. manum.

Tutella ſm Az. in sum. est uis & potestas in capite libero, ad tuēdum eum qui pp aetatem se tueri nequit, iure ciuili data ac permissa, ut inst. de tute. §. est aūt. Vis aūt dico de facto, & potestas, de iure, ut talis sit tutor, q ppria imbecillitate nō impediatur, nec a iurisditione repellatur, quales sunt pupillus, furiosus, & qui perpetuo morbo laborāt, illi. n. pp imbecillitatē corporis uel animi tutores esse non pñt. Sed foeminae quāuis sciant res administrare pupillares, & ad id expediendum uires habeant, tñ a iure institutionum non admittuntur.

Tutela testamentaria est quando pater dat filio tutorem in testamento.

Tutela datiua est qñ nullus datus est tutor filio in testō, & non extantibus consanguineis idoneis ad tutelā, iudex ex officio suo dat tutorem.

Tutela legitima est quę defertur a lege, ſm quam qñ nullus datus est tutor filio in testō, qui primo loco deberet ei succedere ab intestato tenetur suscipe tutelā huius.

Tutelae actio directa & cōtraria. Req. suprà, Actio.

Tutor est qui pupillū uel pupillam morte patris uel

uel emancipatione sui iuris factũ uel factã tuetur, Differt autem à curatore, qa tutor datur impuberi, curator uerò puberi uel adulto .s. furioso, prodigo, surdo, muto & similibus qui reb. suis præesse non possunt. Itẽ tutor qñque a testatore. Datur enim a testatore, & confirmatur decreto iudicis uel præsidis. Etiã datur ĩuito. Sed curator non nisi uolẽti ꝑterquã ad litem. Item tutor nõ datur certæ rei uel causæ, secus ĩ curatore, imò tutor principaliter datur personæ & secundario reb. Sed curator primo, & principaliter datur rebus, & secundario personæ. Et no. ꝙ quidã est tutor legitimus, qdã fiduciarius, quidã testamentarius, quidam honorarius. Tutor fiduciarius est qui pupilli emãcipati, cuius pater qui eum emancipauit, tutor erat legitimus, pro patre mortuo tutelam accipit cũ mortis tpe erat in patris potestate, v.g. Titius duos filios habuit. s. Seiũ & Meuiũ, Seius fuit maior annis, Meuius fuit pupillus, Seiũ habuit in ptãte, & Meuiũ emancipauit, & ipse tutor eius erat & mortuus est eo patre mortuo. Seius frater Meuii pupilli fiduciarius tutor est: emancipatione .n. perit ius agnationis, ne fratris sui frater legitimus tutor esse possit tanquã proximus agnatus, sed fiduciarius bene, & sic tutor fiduciarius est frater fratris sui emancipati, ut paruit. Sed si pater emancipet unum de filiis suis impuberẽ, eius est legimus tutor, & mortuo patre filius alter maior fiduciarius tutor appellatur, & dñr tutores quasi tuitores atque defensores, in sti. de tute. §. tutores. & iste tutor non potest dari nisi libero, licet sit casus ubi seruo datur tutor, ut ff. de tut. & cu. da. ab iis. l. si ĩpuberi. j. resp. Tutores, à qb. iudicib. dãtur, uide gl. insti. de cur. ĩ prin. in uer. magistratib. Tutor legitimus est q lege ꝑcipiente pupilli nanci

ſcilicet tutelã, quales ſunt proximi agnati & cognati. Reglr.n.traditũ, eſt ſm leges ad quẽ ſpectat emolumẽtũ hereditatis alicuius pupilli, ad eũdẽ pertineat & onus tutelę eius, niſi fortè ſit mulier, quæ bene uocatur ad hæreditatem morientis, non tñ ad tutelam ſuperſtitis, quia tutrix eſſe nõ põt.

Tutor honorarius eſt qui datur pupillo, ut ipſum defendat a uexationib. aliorum, uel datur notitiæ gratia, ut alios tutores inſtruat.c.uenerabilẽ de ele.in gl.ſuper uerbo aduocatus, Vel honorarius dicitur datus cauſa honoris non adminiſtrationis. Et tales non hñt onus, vt reges, principes, comites, barones, quibus committuntur filii cauſa honoris, ideo illorum tutela uacationem non præſtat.inſt.de excu. tu. uel cu.§.item tria onera.

Tutor teſtamentarius dicĩ qui ex teſtõ tutor filio a patre pupilli datur.ſ.qui actu in teſtamento nominatur & aſſignatur.

Tutor ſuſpectus ſm Az. in ſum.C.eod. tit. dicitur ille qui morib. talis eſt vt ſuſpectus ſit, nõ.n.facultas & paupertas, ſed fraudulẽta uel callida cõuerſatio ĩ reb. pupillarib. ſuſpectũ tutorẽ cõmendat.

T ante Y.

TYmpanum eſt inſtrumẽtũ ad faciendum oleũ. l.ſed addes.§.illud nobis .ff.loca.

Tympanium (inquit Nebriſ.in Lexico iuris) margaritæ genus ex altera parte ſphæricum, ex altera planum. l. pediculis. ad fi.de au.& arg.leg.

Tyro eſt uouus miles, ut C. de tyro. lib. 12.

Tyrocinium animi, in l.ul. de ædil. edic. Venuleius eleganter pro ſimplicitate & rudimento poſuit, ut ibi atteſtatur Bud.

Tyrus eſt ſerpens ueneno ſiſſimus, de quo fit tyriaca magna.

Theriacam ſcribunt alii.

Tyrãnica poteſtas eſt cum quoſdam fauoris gratia ſublimat, quoſdã odio uel inuidia humiliat, & leuis ſuſpicionibus aura condemnat, 15.q.7.c.1.

V an

V ante A.

VAcans possessio, re quire suprà possessio.

Vacãtia bona dñr ea, quæ dominium non habẽt, uel quæ fisco uel dominio alicuius applicanẽ. Quod cõtingit multis modis. Qñq; si quis intestatus decedit, uel q testari non potest, uel faciat propter quod heres suus succedere non põt, uel etiã ubi aliàs de consuetudine bona alicuius dominio applicantur, tunc dñr uacare bona.

Vacillare quid sit, uide extra de procur. in nostra. & de cau. pos. cùm ecclesia & de testi. c. preterea. per Innoc. & alios.

Vacillare dicitur qui dubitãdo & tremẽdo loquiẽ. & qui uariè loquiẽ. Cardin. Zabarel. in ca. præterea. circa fi. de test. cog.

Vacuam pecuniam dixit Iurisc. ĩ l. Quintus. depo si. pro ociosa & reposita & ex q̃ qs lucrũ nõ facit.

Vagabũdus est qui non habet domiciliũ, sed hodie hic est cras alibi. l. 4. §. p tor. ff. de dãm. infec. Sed quasi uagabũdus est qui habet domiciliũ, sed raro moriatur in eo, & uagatur hincinde. Quomodo conueniantur isti, habetur in cap. fin. de foro comp. in gl. j. & ibi nota.

Valetudo dicitur infirmitas in vno significato. c. quoniã frequenter. ut lite non contes. per Inn. & Host. cap. fin. de test. l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis caut. l. vnica. C. qui morb. excus.

Valetudinarii dñr infirmi qui frequenter ęgrotãt, uel qui laborant per lucida interualla, ut qui modo sani sunt, post horam infirmi.

Valetudinarii qui dicãtur uide Panorm. in ca. quoniã frequenter. in 8. col. uersic. 4. quæro. ut lite non contestata.

Vari secũdũ Bud. in l. 1. de ędil. edic. sunt qui pedes in curuos & in se cõtractos habent.

Variare dicitur qui primo dicit vnũ, deinde contrariũ, nulla assignata causa uariationis. Cõtradicere

uer

uero dicitur, qui simul dicit duo incõpassibilia, ut se interfuisse contractui,& se eadem die fuisse alibi in loco incõpassibili. Card. Zabarel. in c. p̃terea. circa finẽ. de testi.

Varicosus dicitur curuus, à uarice neruo contracto, quia neruus in senectute reddit hominem uaricosum & curuũ, uel est qui modo huc modo illuc uadit vt stultus. l. uaricosus. ff. de ædil. edic.

Melius est interpretari uaricosos pro iis qui laborant uaricibus, quæ sunt noxiæ uenulæ in crurib. quæ propter atram bilẽ turgescunt, & ferro adustioneque curantur.

Variè aliquãdo exponit. i. uariis in locis. §. hæc cõsiderãtes in auth. ut omnes obe. iudicib.

Vasallagiũ secũdum Spec. in tit. de feud. idem est quod homagium. Quod enim in Francia dicitur homagium, in Italia dicitur uasallagium.

Vasallus est feudatarius, & secũdũ vulgare ꝓuinciarum nobiles feudatarii uasalli dicũtur, plebeius uerò homo medius nuncupatur secũdũ Spec.

Vasa si cui legata sint, quæ uasa ueniãt in legatum, diffusè tractat Iuriscons. in l. etsi. §. sed si cui. de au. & arg. leg. nã uasorũ appellatio generalis est ut ibi dicitur.

Vasa iræ sunt omnes peccatores, ut 23. q. 4. Nabuchodonosor. ubi dicit, uasis irę nunquam Deus redderet interitũ, si non spontaneũ inueniretur homo habere peccatũ.

Vasa uinaria, reqre in uer. Vinaria.

Vascularius est qui uasa facit aurea & argentea, Bud. in l. apud Labeonẽ. de prę̃script. verb.

Vates modo sacerdotem, modo prophetã, modo poetam significat. 21. distin. cleros post colum.

V ante B.

VBaldini sunt homines certi & signanter clerici, uel canonici terræ uel ecclesiæ alterius. de quibus in l. j. C. de col. illicit. ubi dicitur ꝙ collegium Vbaldinorum nõ potest constituere syndicum.

V ante E.

VE, pro &, ponitur interdum, ut in l. si fundum. sub cōditione. §. his uerbis. ff. de leg. 1.

Ve in compositione significat priuationem, ut uecors & uesanus, qui sine corde, aut sine sanitate est. l. malum. de uerb. sig.

Vectigal est tributū quod pstatē de reb. quę ueniunt uel omnib. negotiis manuū, à vehēdis mercib. dictū. Idē est quod naulū, ut ff. de public. & uectig. l. 1. § hic titulus. & secundum Azo. in summa. C. eodem titu. uide suprà.

Vectigales agri appellant q ciuitatū sunt, & māncipibus ita locantur, vt certū uectigal reip. pēdant.

Vector est portior q uehit. Et uectores sunt nō solū qui uehunt, sed ēt qui ve huntur in naui, secundū Azo. in sum. C. eo. tit. & ff. ad l. Rhod. de iac.

Vectores possunt dici siue habeāt merces, siue nō, dū tñ operas suas magistro nauis exhibeant ad nauigandū. Et sunt quina que nomina quæ præstant actum & passionē, ut hospes, zelotypus, &c. Require suprà A.

Vectura, id est uectigal siue naulum.

Vegetari pro recreari. l. 1. C. de custo. reo.

Vehiculū secūdū le. 12. tab. est uia in octo pedes in porrectū, ex transuerso ī anfractu in decimosexto quod non est necessariū in actu. Ius trahendi lapidesve pmittitur habēti actū, sed nō habenti uiam nisi specialiter cōuenissent de hoc, suprà ī actus. & infrà ī uer. uia.

Vel etiam ponitur pro & interdum, ut in l. sępè. ff. de uerb. signifi. & l. cùm quidam. C. de uerb. sign. etiam ponitur alternatiuè, ut in cap. inter cæteras. de rescri.

Velum est quadruplex. s. cōsecrationis, ordinationis, prælationis, & pfessionis. Professionis suscipitur à uirgine vel corrupta cùm profitetur de altari uel de manu, in 20. anno ad minus. 20. q. j. c. j. & ea. cau. q. 2. puella. cōsecrationis īponitur in 25. anno. ut ea cau. q. 1.

pla

placuit.& lxxvij. distin. placuit. Potest aũt consecratio uirginum fieri in die epiphaniarũ, in albis paschalib.i.tota septimana paschali, in apostolorũ natalib. nisi sint graui languore detentæ, tũc.n. aliis temporib. possunt. imò etiã aliis præcipuis festiuitatib.& diebus dominicis, ut in c.1.de tempo.& quad.ord. Viduas aũt nullus pontificũ uelare præsumat. 20. q. 1. deuotis, in fi. se ipsemet Velum suscipiant de altari.27.q.1.viduas, quæ capitib. suis imponan.c. perlatum.de his quæ vi metusve cau. fi. Velum autem religionis, uel uestem religiosam de manu præsbyteri sumere possũt.20.q.1.uidua. Secus de uelo consecrationis quod solẽniter à solo episcopo soli uirgini ni solennibus dieb. Tertium est uelum ordinationis quod olim dabatur diaconissis in 40. anno.20.quæst.1.sanctimoniales.27.quæst.1. diaconissam. Quartũ est uelũ prælationis quod olim dabatur abbatissis in 40. anno.x.q.1. iuuenculas.

Venalitiarii sunt, qui quæstus causa uenalitiarum rerũ negotiationẽ exercent, quos vulgo appellamus reuenditores. In iure autem uenalitiarii intelligũtur ferè semper mangones, quia uenalitia.l.seruos venales expositos, ipsi emere præoccupãt, ut charius uẽdant.l. mercis.ꝺ ver.sig.ubi Alc.

Venalitiæ res sunt quæ in vsum indigentium venales proponuntur.

Venatio quid sit, habes ẜm Gof.in sum.tit.de cle.uena. Et est triplex. s.oppressiua, arenaria & saltuosa. Oppressiua est hominum, de qua dicitur, Cœpit Nembroth esse robustus uenator coram Domino.i.extincto & oppressor. Et sic uenator est hominum exactor & oppressor qui aliquem uenatu opprimit. Arenaria est quæ fit in arena, ut cũ quis locat operas suas ut pugnet ĩ arena cũ aliqua bestia dẽtata, hãc q exercet peccat grauiter, nisi exerçeat gratia uiriũ ex

pe

periẽdarũ vt ff.de post.l. 1.§.item senatus.& 3. q. 7.tria.uer.infames. circa prin. & de hac loquitur. 86.dist.qui venatorib.cũ duob.c.seq. Saltuosa est quæ fit in syluis & salti bus ad capiendas feras, & hæc est licita,sed illici ta ex tẽpore & persona. Et tpe, ut in quadragesi ma & sabbatinis noctib. 36.dist.an putatis. Ex ꝑ sona, ut ĩ cler.in quo ta men distinguendum est, qm̃ episcopo semper est illicita. 33. dist. quorun dam. Aliis uerò clericis licita est causa necessita tis,utilitatis & recreatio nis,cũ retib.laqueis &ca nibus fit cum silentio & modestia.nam etiã mo nacho licet texere ligna pro piscib.capiendis, ut de cõse.dis.5.nunq̃.uide Gof.in sum.de cle.uena.

Vendere est rem pro certo pretio dare.

Venditionis uerbũ,sæpè in uenire est positum pro emptione, sicut & ex cõ trario emptio pro vendi tione.l.veteres.de cõtra. emp. Imò in l.12.tab.ap pellatione emptionis & uẽditionis cõtinebatur omnis alienati. l. statuli beri. de statulibe.

Venditio in assem apud Modest. in l.filius.quib. mod.pig.uel hyp. solui. accipit ꝓ insolutũ datio ne,cũ quis tanti rem pi gnorauerit quãti uendi poterat, & ideò eã dat creditori insolutũ ima ginaria uenditione,quę per æs seu assem & librã fiebat, autor Alc. in pa rer.lib. 2.cap. 33.

Venditi actio, require su prà actio uenditi.

Vendicare est corã iudice dicere uel ĩtẽdere rẽ esse suã, uel allegare, ut qñ qs dicit,hęc res est mea, & est idẽ quod intẽtare .s.ad hoc solùm intende re ut res sua declaretur, & sibi dñiũ applicetur.

Venenarii ẜm Alcia. lib.4. de uer. sign.sunt qui ali quẽ ueneno neci dede runt, eiusque criminis sunt rei.

Veneni appellatione cõti nentur quæ non solùm nocẽt,sed ẽt medicamẽ ta salubria, & ideò men tionẽ faciens ueneni, ad iicere dẽt utrũ bonũ sit, an

an malum. l. qui uene num. de uerb. sig.

Venia ætatis dicitur bene ficium seu permissio, ut qui minor est habeatur pro maiore, & talis in dulgentia datur mulieri in 18. anno, uiro autẽ in 20. l. omnes. C. de iis qui ue. æta. impe.

Venire. i. uendi, ut in l. Ful cinius. §. si in die. ff. qui. ex. cau. in poss. ea. cum si mi. Est. n. uerbũ neutro passiuũ, sub uoce neutra li significans passionem, vnde Exulo, &c. Et dif fert uenire à uenio, & ve nire à ueneo, vnde,

Si vis uænire, debet cras manè uenire.

Venire diem debiti, est pos se pecuniam petere.

Venisse ad aliquem id solũ intelligitur quod rema net deductis oneribus. l. uenisse. de uerb. signific.

Venter, require suprà, Mit tere in possessionem no mine uentris.

Vepres dñr spinæ, quæ vi ꝑ hendũt & lacerãt carnes & vestes, secũdũ Io. And. in cle. dudum de sepul.

Verbum, in larga significa tione ponitur in iure ꝓ qualibet parte oratio nis à uerberando dictũ, eo q' aerem uerberat. ut dicendo in gl. super uer. institutio, super uer. ue lociter, & suꝑ uer. infrà, &c. Nõ ergo capitur hic uerbum, sicut in Ioan. c. 1. In principio erat uer bũ, & sicut in Donato. Verbum est pars oratio nis ꝓut est distincta ab aliis partibus orationis, sed signat dictionẽ cuiuscũque partis orationis.

Verbis dicitur obligatio contrahi per stipulatio nem, ut instit. de uerb. oblig. in princ.

Verbis coniuncta quæ di cantur, require suprà in uer. cõplexus.

Verna est seruus ex ancilla in domo natus, inde di citur uernaculus, & est paruus seruus, diminu tiuum. ff. de leg. 3. l. ser uis. §. fi. C. de rei uendic. l. cùm super.

Vero qñq; stat incœptiuè, qñ nõ præcedit materia cui iũgãtur sequentẽ, ut de elec. super eo uerbo. Qñque aduersatiuè, de hoc in authen. de hære. & fal. in princ. colla. 1.

Verſicolores appellat Vlpia.in l. ſi cui.§.j. de leg. 3.lanas quæ natiuum colorē mutarunt, ſiue cocco, ſiue purpura, ſiue quo alio colore infectæ ſint.

Verſum in rē alicuius quid dicatur. perſpicuè apparet ex l. 3. ff. de in rem uerſo. & ex §. preterea. Inſti.quod cum eo.

Veruex dicitur ab inuerſis teſticulis, eſt enim mas inter oues cui inuerſi ſeu adēpti ſunt teſticuli. Iuu.Sat.3.Sutor & eluxi ueruecis labra cōmedit. de quo meminit Vlpia. in l.j. §. j. ff. de abige.licet quidam uerbicem legant & malè.

Verum uſurpari pro iuſto, not.gl.in §. ſemel, Inſti. ex qui.cau. man. nō lic.

Veſanus dicitur qui ſine ſanitate eſt, ſicut uecors ſine corde,ut ff.de uerb. ſig.l.malum.

Veſpertiliones appellari in iure Alcia. ait, qui ne creditoribus ſatisfaciāt, latitant, & ueſpera tantùm exeunt, uel quia rationes conturbauerunt.

Veſpillo, ut interpretatur Nebri. dicetur q̄ ueſpertino tempore effert defunctos pauperes ſine pompa funebri.

Veſtiarii ſunt qui ueſtium exercent negotiationē.

Veſtiariū,quod pro ueſtitu impenditur uel datur.

Veſtibulum ſecundū Azo. eſt locus ante oſtium utriuſq; domus, uel primus aditus ſeū introitus uel porticus,&c.& tectū erat, quod ut ueſtimēto tegitur homo, uel dicitur ab aue, id eſt ſalutatione quæ fiebat ibidem ſtantibus.

Veſtigatores,uenatores,ſic dicti à ueſtigiis ferarum ſequendis. l. quæſitum. de fun.inſtru.

Veſtimentum dicitur omne illud quod īduimus.

Veſtimenta interpolata, dicuntur ueteres ueſtes iterum politæ.

Veſtis,idē quod ueſtimentum. l. ueſtis. de au.& arg.leg.

Veſtis uirgata uel partita, & de caligis ſchalatis habētur in cle. 2. de uita & hone.clericorum.

Veterana mancipia ſunt quæ anno ſeruierunt.l. ulti

ulti. de public.

Veterani sunt milites eme riti, id est extra militiam pro pter sua merita posi ti. C. de uet. in rub. Et in legenda sancti Martini ubi dicitur, ꝙ impera tor pręcepti, ꝙ ueterano rũ filii sciẽtiis militari bus implicarentur.

Vetus & ueteranum quid intelligantur, uide extra de elec. c. generali. lib. vi. & Albe. super uer. nunc uideamus quãto. C. quæ sit longa consue.

Veteratores serui, qui diu seruierũt, & iã in ea cõ ditione quasi callum fe cerunt, & ita crebrius sumitur in iure. nonnũ quam tamen & aliter ac cipiuntur, ut annotauit doctissimus Alcia. lib. 4. de uerb. sig.

Vetus ius, reqre suprà ius.

Vetus uinũ dicitur quod nõ est nouum, & anni prioris uinum appella tione uini ueteris conti netur. l. uetus. de tri. uino & ole. lega.

V ante I.

Via est ius eundi, ambulã di, uehendi, uehiculũ & iumentum ducendi, ita ille, cui cõpetit ius uiæ, potest illa facere, & dif fert ab actu, quia plus continet uia quã actus. Nam uia, iter & actum in se continet. Itẽ eo cõ tentus est actus ut iumẽ tum agat quis, & si non uehiculum, plus enim uehiculum occupat quã iumentum. In uia neces sarium est utrunq; posse agere. Itẽ uia habet ius trahendi lapiedes, ligna, uel trabes, & ferẽdi ere ctã hastã, quod nõ habet actus nisi de hoc specia liter conuenissent, licet à tergo ducere uellet, non in collo, quod po tius uideẽ rigorosum, quàm æquum. Item uię latitudo ad uehendum uehiculum, si latior uel angustior non designe tur per contrahentes. l. xii. tab. diffinitur. s. octo pedum per rectum ubi uia est recta, non tortuo sa, sed in anfractu xvi. pe dum, id est ubi reflexa est, quod in actu non oportet, uide suprà uehi culum. Viarũ autẽ quæ dam sunt publicæ, quæ dam

dam priuatæ, quædam uicinales, ut eleganter persequitur Iurisconf. in l. 2. ne quid in loc. pub. & in l. ult. de lo. & itin. pub.

Viam aperire, est ad ueterem altitudinem latitudinemq; restituere. l. i. de uia pub.

Viaticum est merces itineris. l. Titio. ff. ad munici. Ite expēsæ studiorū. l. si lōgius. §. si filius. ff. de iud. Aliquando sumitur pro corpore Christi. c. quod in te. extra de pœ. & remis. & c. qui recedunt. 26. q. vj.

Viatores erant qui magistratib. præsto erant. §. tripli. inst. de act. & l. magis. §. ne tamen, de rebus eor. qui sub. tut.

Vi bonorum raptorum, ui de suprà actio ui bonorum raptorum.

Vicarius ẜm Goff. est qui vices alicuius gerit, siue in officio contentioso siue in non contentioso, ut C. de off. eius qui ui. al. gerit. per to. & de of. ui. per to. & de off. Arc. c. i. & de off. arch. c. 1. in fin. Et sciendum ꝙ illi uicarii, de qb. in legib. sub illa ru. positis tractaẽ sunt non delegati, sed subdelegati, uel ordinarii iudices. Nā eligebanẽ in certū tp̄s qđ ordinariis erat p̄fixū: ut ipsi uices ordinariorū p̄ntiū, & uiuētiū supplerēt. Erāt alii q gerebāt uices mortuorū & absētiū, q & suffraganei appellabātur. hi oīa poterāt agere q̄ ꝑtinebant ad iurisdōnē p̄pter ultimū suppliciū, & membri abscissionē, ut C. de off. ui. l. 2. & uicarius ecclesiæ est p̄sbyter q uice principalis rectoris deseruit ecclesiæ. Et sunt quatuor sp̄ēs vicariorū. Quidā sūt ꝑpetui ad parrochiales ecclesias cō stituti: ut in c. G. ꝑpetuus. de ñd. inst. & c. extirpādæ. de p̄ben. Quidā nō ꝑpetui sed aliquos actus cōstituti: ut tꝑales, de qb. in c. peruenit. de ap. & isti dñr mercenarii. 7. q. 1. nihil. Quidā sunt speciales, nō ad curā, sed ad certū locū articulū uel actū constituti de quib. c. tua. de offic. uic. Quidam nec perpetui, nec ad curā, nec ad

certum actum, sed gnali ter dantur ad omnia,ut uicarius in curiis epoṝ de hoc gl optima in cle. quæ de ecclesiis. de offi. uica. Et uide in lectura Inn.Itē uicarii dn̄r illi q ut cuiuscunque uicem compleant uel gerant sūt cōstituti, vn̄ uicarius dicitur quasi uicē gerēs.

Vicarius seruus, uide Seruus uicarius.

Vicecomes,ſm Spec. eo.ti. dicit̄ ille, cui dn̄s tp̄alis committit executionem iurisditionis suæ in aliq bus castris, & sic talem uocant uulgariter Lombardi, & aliqui in patrimonio Beati Petri.

Vicedominus ſm Spec.eo. tit. proprie secundum iura est qui præest rebus ep̄alib. 70.dist.colonus.

Vicini ſm Bar.in l.si tertius ff. de aqua plu. arc. dn̄r. quousque uox hominis exclamantis audiri pōt. l.1.§.eodem autē tecto. ff.ad Sill. Et intelligitur de uoce cōi, non nimis gracili,nec nimis tubali, sicut uox tauri. Etiā dū clamans medio modo sit,nec ī tecto,nec in apice turris,nec in cellario.

Victimarii (inquit Bud. in l.ult.de iu.immu.) in comitatu castrēsi erant ab hostias quæ in sacrificiis cædebantur.

Victores serui sunt quos qs hēt uictus parādi gr̄a.

Victus nomine intelligitur omne illud quod necesse est homini ad uiuēdū.

Vestis uicē hēt uictus.ff.de uer.si.l.uictus.& l.quos.

Videtur, est uerbum fictionis,ut ff.de ui &ui ar.l.i. §.deiecisse. & p Bar.ī l.si is qui.ff.de usuc.& gl. in uerbo hr̄e uidentur. c. non minus,de imm.ecc.

Videtur interdum est signū ueritatis, non fictionis.l.seruū filii.§.si qs rē. ff.de le.1. Et qn̄q; uidet̄ significare sn̄iam diffinitiuā:ut c. præterea reqsiti,de appel. & responde tur de iure per ipsum,ut c.1.de iud.lib.6.

Vidua est non solum illa quæ desiit esse nupta,ut in c.uidua.34. dist. uerū & proprie est illa, q̄ nunquam fuit nupta, uel q̄ non habuit uirum.l. malū.de uer.sign.Et dicitur uidua quasi uiro priuata,uel

ta: uel sine dualitate. Dicitur etiam uidua quæ maritum habet inutilẽ, .i. damnatum ad perpetuos carceres. gl. solẽnis & sing. in l. fin. in uerbo orbitates. C. ad l. Fla. de Pla. per quã no. ibi. Bald. quod priuilegia data uiduis dantur inutiliter nuptis, quod uerbum dicit do. Ias. in l. si qui pro emptore. in 3. col. uer. adde Io. de Lig. ff. de usuc. & confirmari põt ex tex. in c. 2. §. sed neque illud. extra de transla. episc. ubi pontifex dicit, ꝙ ſm cõmunem usum loquendi ecclesia dicit esse uiduata sponso quæ habet episcoporum inutilem, & gl. in c. admonere, in 1. gl. ubi dicitur, Si re priueris: nec nomen habere mereris, 33. q. 2.

Villa est locus ruralis, inde in uilla natus dicitur uillanus. l. is qui. ff. de uerb. sig. & differt uilla a uico l. urbana prædia. ff. eo. ti.

Villæ dñr ædificia rustica: & uilla ponitur pro ciuitate, de censi. uenerabili.

Villici dñr uel sunt qui ad uillam mittuntur: uel sunt qui in uillis morantur. Item uillicus est gubernator uillæ: uel qui præest toti rei rusticæ: ut inquit Pau. in l. si cũ uillico. ff. de inst. act.

Vinacea in l. si quis uxori. de fur. pro granis vuarũ, cum ex eis uinũ expressum est.

Vinaria propriè sunt torcularia seu dolia, uel certa uasa uini, quæ etiam ad alium usum transferri pñt, & tandiu uinaria dñr quandiu vinum hñt: ut ff. de uer. sig. l. uinaria.

Vinarii dñr ebriosi. Etiam uinarius est ortus ubi crescit uinum. l. æediles. §. pædius. ff. de ædil. edi.

Vinea, locus vitibus consitus. l. certo ubi gl. de ser. rust. præd.

Vineatii orti, qui uineas habent. l. urbana prædia. de uerb. sig.

Vinctus proprie non dicit qui detinetur in carcere nisi & vincula eius corpore adhibita sint, l. ueium. de verb. sig.

Vinculorum appellatione tam publica, q̃ priuata uincula significant. l. uinculorum, de uer. sig. & ꝑ

priè loquendo nemo in vinculis esse dicitur, nisi cuius corpori uincula sunt adhibita, d.l. uerum de uerb. sig. licet latè & per interpretationem ēt simpliciter inclusi in aliquo loco pro eo habeātur, acsi in uinculis coercerentur. l. succurritur. ff. ex quib. cau. maio.

Vindicię dicebatur ius possessionis, quæ disceptabatur, pendere iudicio, penes quem ex litigantibus res quæ uendicabatur deberet remanere, interprete Alc.

Vindicta dicitur modus manumittendi, & dicitur à uindicta prętoris uirga, qua ipse caput serui tangebat hæc uerba solennia dicens, Aio te liberū more quiritū. Vnde Persius.

Vindicta postquā meus a prætore recessi.

Vindicta ſm alios est ipsa libertas quæ apud iudicem datur seruis à uindicto seruo uitelliorum, q uindicauit ciuitatem R. coniurationem dñorum suorum contra remp. factam detegendo, ꝑꝑ qd' apud consilium libertatē consecutus est, siue libertate à populo donatus, & in postmodum obtentū est, ut oīs illa libertas quæ à populo datur uel à magistratu qui uicem populi gerit dicatur uindicta. Hæc Az. in sum. C. de uin. li. & apud consi. manumissione.

Vini appellatione q̄d contineatur, satis superque liquet, ex tit. de tri. ui. & oleo lega.

Vinitor rusticus uinearū cultor appellatur, & de eo loquitur Vlp. in l. instrumenta fundi. ff. de fundo instr. licet aliqui mēdosè legāt monitor.

Vinum absynthiacum est cum melle & absynthio confectum.

Vinum picenum & tyriacū dicitur à locis. 14. q. 3. plerique.

Violator ecclesiæ dicitur quicunque ipsam ecclesiā frangēdo ostia. capiēdo res suas & inuadēdo; priuilegia sua non custodiendo uel corrumpendo, offendit.

Vir & uxor illi dñr qui matrimonium contraxerūt per

per uerba de præſenti de futuro ſpōſalia.Req. ſuprà,ſponſalia,qñq; tñ dictio uir, refertur ad omnes maſculos, licet non duxerint uxorem cuiuſcunque ætatis ſint, ut no.Bar.in l.ſeruus.de leg.3.ubi uide.

Vir bonus dicitur iudex. glo. no. in c. potuit. in uer. celeri.ad fi.de loca. l.cōtinuus.§. cùm ita.ff. de uerb.oblig.

Virginitas eſt in carne cor ruptibili perpetua cor ruptionis euitatio.

Virilis portio intelligitur æqualis,quandoq; tamē cōplectitur totū,& ideo ſi Titiū & Seium hære des inſtituam in uiriles partes, alter autē eorū non poſſit ſuccedere, al ter capax habebit totū. l.uirilis.de uer.ſig.

Virtus ſecundum Philoſo phum 2. Eth. eſt quæ ha bentem perficit,& opus eius bonum reddit,& di citur quaſi uirum tuens, a uitiis præſeruans, de pœ.diſt.2.illa anima. & c.ſeq. & no. Ioan. And. in clem.1.de ſum.Trin. & fid.cath.

Virtutes theologicæ ſunt tres,fides, ſpes, & chari tas.c.quia paſſus.de con ſecra.diſt. 2.

Viſitatio qūo & qñ fiat ꝑ archiepm, & quæ crimi na punienda ſint, & in quibus procuratio fiat, uide c.1.de cenſ.lib. 6.

Vis eſt rei maioris impetus qui repelli non poteſt, uel cui reſiſti nō poteſt, ſupple cōmode.ff.quod ui metusve cau. fi. l.1.& 2. & quot modis ſumatꝰ, & quot actiones uel in terdicta introducat, no. in c.ad audientiā.eo.tit. in gl.2.Cuius gl.effectus infra patebit.Eſt genera lis quādoque, unde ſm Gof.& Azo.eod. tit.Vis eſt quintuplex.ſ. impul ſiua,ablatiua, expulſiua & turbatiua,& inquieta tiua,uide infrà.

Vis ablatiua eſt rerum mo bilium, & hæc inducit actionem ui.bo. rap. in reb.mobilib.eſt.n. circa mobilia tm̄, ut ff. de ui & ui ar.l.i.§. ſi fundus.§. ij.& inſt. ui. bon. rap.§. ſed nedum talia.per illā enim alicui bona ſua vel res ſuæ uiolēter rapiunt.

Vis compulsiua est ꝑ quã compellitur quis ad faciendum illud quod nõ faceret si esset liberi arbitrii, nec compelletur, quę imponit necessitatẽ contrariã uoluntati spõtaneæ, & ex hac ui oritur actio quod met. cau. ff. eo. ti. l. i in fi.

Vis expulsiua est quando quis eiicitur de possessione sua, & ẽm istam inducitur interdictum, unde ui, & est tantum rerũ immobilium, uel de his q̃ immobilib. cohærent.

Vis turbatiua est quando quis turbatur in possessione sua, quę inducit interdictum uti possidetis in rebus soli, sed in reb. immobilibus inducit interdictum utrobi, cùm duo se possidere contendunt eandem rem.

Vis inquietatiua est quæ introducit interdictum quod ui aut clam. Et dicitur inquietatiua, quia non sinit vti aliũ re sua quiete, ut arare uel aliquid facere, uel qñ alter vult alio inuito aliquid ædificare in suo solo, uel forte iam ædificauit. Nã distinguit in hoc interdicto an iustè vel iniustè fecerit, ut si quis à me prohibitus uel putans se ꝓhibendum quid in meo faciat, siue ius faciendi habuerit siue non, ut ff. quod ui aut clam. l. i. Et dico ẽm Az. in rub. quòd metus cau. quòd accipitur hic uis prout nullo modo potest ei resisti, sed in rub. de his quæ ui metusve cau. fin. accipit prout põt resisti, licet cũ periculo, & est compulsiua, hæc ibi. Itẽ est q̃dã vis publica q̃ fit cũ armis, q̃dã priuata sine armis de ordine cognitionum, cũ dilectus, in gl. 7. Item uis maior dicitur impetus rei cui resisti non põt, ut supra dictum est de his q̃ ui metus ve causa fiũt, ad audiẽtiã. in gl. 2.

Vis maior quę dicenda sit, cuius meminit Caius in l. si merces. §. uis maior pulchrè Bud. in l. ex conducto. §. sed & si labes. ff. locati & cond.

Vir negatiua est qñ res alicuius inquietatur.

Vis publica est quæ fit cũ armis, sed priuata quæ fit

fit sine armis, inst. de publi. iud. circa fi. in §. item lex Iul. de ui priu. Unde.

Vis priuata reum deponit ordine rerū .i. mulctabit in tertia parte bonorū. Sed deportatur cum uis armata probatur, ut in gl. i. c. 2. de ord. cog.

Vis siue metus cadens in constantē uirum est metus pœnæ, uel cruciatus siue amissionis omnium bonorū, & ista excusat, nisi post ea consenserit, ut in c. de illis, 2. de spō. Alia est uis uel metus nō excusans, quæ non cadit in constantem uirum, ut in c. ueniens, & c. consultationi. eo. tit. Et not. ꝙ pōt quis uim vi repellere, ut c. sign̄asti. 2. de ho. & c. si uerò. de sent. exc. & dist. 1. ius naturale, l. 1. §. uim vi. ff. de ui & ui ar. l. scientiā. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aq. Et hoc uerum si repulsio fiat in continenti non ex interuallo, ut l. idem est. §. cū igitur. ff. de ui & vi ar. Dicitur autem sic fieri incōtinenti, qn̄ fit in flagranti crimine, hoc est donec animus continuus durat & non diuertit ad alios actus, ut §. uim ui. præal. Scdò debet fieri causa defensionis, nō offensionis uel ulciscendi, ut §. pe. in l. scientiā. p̄al. Tertiò debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ. C. unde vi. l. 1. & c. ut famę. §. ult. de sen. ex com. Et datur ibi talis cōclusio, ꝙ ista defensio est uera & iusta quæ fit tm̄ & tunc, quantum, & qn̄ est opportunū, ut in gl. l. 1. C. unde vi. præal. im̄ si defendens modum excedat non ex proposito, non tenetur, 23. q. 3. non inferenda. Alanus, & Ioan. distinguunt, aut uis fit personæ, aut reb. de hoc uide gl. in c. significasti, præal. & c. dilecto filio. de sent. exc. lib. 6. & in c. sign̄auit. de pe. & re. vbi cōsideratis circunstātiis imponit̄ pœnitentia arbitraria illi qui defendendo modum excessit. Quartò pōt fieri qn̄ habet iustū timorem offensæ, puta per minas alicuius q̄ minas exeq̄ solebat aut ꝑ occursum, non. n. oportet expectare quo

usq; deē primus ictus, q̄a talis posset esse læthalis.

Vitæ hominis tp̄s longissimum est spatium centū ann. l. fi. & ibi do. Ias. in 7. no. C. de sacrosf. ecc. Ad de q̄ homo pōt uiuere centū & 20. annis, ut est tex. in §. i. & ibi no. Ang. in auth. de mo. ponit d. Ias. in d. l. fi. in fine.

Vitium est perpetuū corporis impedimētū. l. īter stuprū. de uer. sig. ubi ponitur differētia īter morbū & vitiū: sed Sabinus in l. 1. de æd. edi. vitiū ēt ad animum referri ait.

Viuarium dicitur indago ubi feræ sunt inclusæ, uel dicitur locus in quo pisces seruanē, ut ibi uiuāt s̄m Io. And. in cle. ne in agro, de sta. mo. Et differunt uiuarium, saltus, foresta, garena, insula, &c.

Vix qn̄q; denotat affirmationē: nā q̄d vix fit, fieri tñ dubiū nō existit, ut c. 2. de cog. spir. lib. 6. ff. de iud. l. vix certis ex causis & 15. q. 1. merito q̄ritur. Qn̄q; ēt sign̄at negationē. i. nullo modo, ut ff. de leg. j. si seruus legatus §. q̄ quinq;. Sic ēt dicit, Vix bono peragunē exitu, q̄ malo sunt inchoata princ. 61. dist. miramur.

V ante L.

VLtra aliqn̄ ponit tpālīter, 32. q. 5. si Paulus. ff. pro socio, l. cū duob. §. idē rn̄dit. Aliqn̄ notat modicū tp̄s, extrà. de dila. c. literæ. Aliqn̄ includit, C. de nō nu. pec. l. cū ultra, de usur. l. eos, & l. cū allegas, de col. filiā, & de in off. test. l. 2. Aliqn̄ taxat. C. de iud. properandum circa prin. Item adde q̄d ultra importet in testamento Bart. in l. Celius. ff. de usur.

Vltro citroque perinde valet quasi dicas, utrinque siue hinc atque illinc. l. Labeo. de uer. sig.

V ante N.

VNanimiter, uide extrà. de causa poss. cum ecclesia. de elec. cum dilectus & c. in causis, & de concess. præben. post electionem, & de postu. præl. c. ult. Item adde q̄ unanimiter factum dici potest q̄d factum est à maiori parte capituli seu colle

collegii aliquib. cōtradi cētib. ita colligit d. Ant. in c. ad aures. extrà, qđ metus cau. adde ēt Barb. post alios. ī c. cū ecclesia Sutr. de cau. pos. & ꝑpri.

Vncia est duodecima pars assis, ut nati ex concubi nis in domo, succedunt in duab. unciis .i. in dua bus partibus duodecim partiū assis, si alii legiti mi nō supsunt. Cætera noīa assis, reqre supr. As.

Vncia ex octo drachmis constituitur, ut no. per glo. in l. 1. C. de metallis & metal. lib. xj.

Vnde agnati, & vnde uir & uxor. Require suprà, bo norum possessio.

Vnguenta appellantur nō solum quibus vngimur causa uoluptatis, sed ēt ualetudinis. l. in argēto. de au. & arg. leg.

Vniones, id est margaritæ. l. si quid. §. i. ff. de fur. & ibi no. & l. apud Celsum §. item quæritur. ff. de do. excep.

Vniuersitas sm Az. in summa, qđ cuiusq; uniuer. nomi est plurium corpo rum inter se distantium uno nomine specialiter eis deputato collectio. Adde ꝙ triplex est uniuer sitas: quædam est uniuer sitas solius facti seu cor porū, ut grex: chorus, fa milia, quædam iuris & facti simul, ut peculiū, dos patrimoniū, quædā solius iuris, ut hæreditas ea. n. seruat nomen etiā si nulla ad sint corpora hæreditaria. l. hęreditas. de peti. hęre. & de noīe uniuersitatis, uide Bart. ī l. aut facta. §. vlt. de pę.

Vno cōtextu fieri aliquid ē fieri nullo alieno actu interposito, nisi fiat ex necessitate & actu natu ræ, ut superflui pōderis depositio, uel medicinæ acceptio, uel breuis lan guor, vt C. de test. l. cū an tiqtas. hęc Az. & Gof. c. t.

Vnusquisq; est uerbū uni uersale. ff. de hęre. inst. l. hoc articulo. & habetur hæc dictio. C. de sacros. eccle. l. 1. Aliquādo indi stinctè sumitur. C. de pā. pot. l. vnusquisque.

V ante O.

Vocare ī ius est vocare ad eū q ius dicturus est. §. ult. inst. de pœ. te. litig.

Volo

Volo, hoc uerbum signifi cat, prout eius signatũ, uel quodlibet adiunctũ uel quælibet circunstan tia signare dictat. Nã qñ simpliciter profertur, si gnificat motũ animi ad aliquid prosequendum. Et cùm nihil adiũgitur, seu nõ apparet id ad qđ refertur, in iure nullius ẽst effectus. Etiam nõ di sponit, ꝑ Bar. in l. si quis in principio. de leg. 3. & etiam. C. de sum. Tri. & fi. cat. l. 1. Et not. in l. qui se patris. C. vnde liberi. ꝙ uolo & nolo nõ sunt opposita, quia uolo ad omne tẽpus refertur, ut dicendo, uolo adire hæ reditatem, sed nolo ad p̄ sens tempus tantũ refer tur, dicendo, nolo adire intelligitur nunc, licet postea uelim. Et ideo fa cit orationẽ ambiguam, de qua ambiguitate dẽ uerbo nolo, no. do. Ant. de Bu. in c. ex literis. j. de spon. Sed ibi, si ille, cui relicta est electio, dicit, uolo eligere hanc rem, si gnificatum illorũ uerbo rũ est ambiguũ, quia põt intelligi dupliciter. Vno modo. i. primus motus meus fertur in hanc rẽ, non tñ deliberatè. Secun do modo pro ipso actu acceptionis. i. accepto hãc rẽ. Si ergo quæris in quo istorum sit retinẽdũ respondeẽ si est traditus terminus ad eligẽdũ seu deliberãdũ, & in fine ter mini respondes, uolo eli gere hãc rẽ, tũc signatur electio. facit l. sed si alio. 2. respõ. ff. ad Treb. cũ di cit, post deliberationis tps, & sic deliberationis dat signatum. facit l. om nis qui. ff. eo. ti. Itẽ si ad iterrogationẽ eius, cuius interest, eodẽ modo re spondes. s. uolo eligere hanc rẽ, signato sumpto ex uerbis pro certo, ma ximè cùm dicis pro cer to uolo eligere hanc rẽ. Si autẽ non est aliud, un de recipiatur significatũ nisi ex ipsis uerbis, tunc non significatur electio, imò recipitur primo, id est primus motus fini tur in hanc rem. Itẽ ibi, legatarius cui relicta est electio, dicit uolo hanc rem, significatur electio, ut l. 1. ff. de opt. leg. quia

motu s

motus cùm signatur per uerbū uolo, refertur immediatè ad rē, per quod significatur acceptatio rei. Et idem si hæres institutus diceret, uolo hanc hæreditatem quia per hoc signatur aditio: secus si diceret, uolo eligere uolo adire, quia tūc non signaretur acceptatio & aditio, quia motus animi non fit immediatè ad rem, sed ad actum eligēdi uel adeundi. Itē ibi institutus dicit, uolo esse hæres, signat aditio, ut l. nam dubitari. ff. de hær. inst. Et sic aliud est dicere, uolo adire, & uolo esse hæres, quia per secunda uerba significatur simpliciter aditio, sed per prima non. Et idem est dicere, uolo esse hæres, & uolo hanc hæreditatem. Item ibi uolo relinquere, significat, id est relinquo. ut in l. Pamphilo. §. propositum. ff. de lega. 3. Et sumitur significatum ex natura ultimæ uoluntatis, cuius est prouidere in futurū, etiam fauore eius ut ualeat dispositio. Item dicendo, uolo per talē geri negotia mea significatur mandatum. ff. mādati. l. 1. Item si uendere volens dicit, uolo uendere pro decem, & emens dicit, uolo emere ꝑ decē, significat emptio & uenditio, quia per uerbum præsentis temporis significatur cōsensus de præsenti. Secus dicēdo, uellē uendere, & uellē emere.

Voluntas coacta etiam est uoluntas. 15. q. 1. merito. ff. quod metus cau. l. si mulier. §. si dos. & §. si metus. Sed hoc intelligitur sic, ꝙ non est libera uoluntas.

Voluntarium exilium, uide Exilium.

Voluntaria iurisdictio, ui de Iurisdictio.

Voluptariæ impensæ, uide Impensæ.

Votum est alicuius boni cū deliberatione facta promissio uel deo facta pollicitatio. 27. q. 1. de uiduis 2. Et dicitur boni, quia de malo nec etiam de re bona sine deliberatione non procedit obligatio. nam de malo quis non obligatur quia in male

promiſſo reſcinde fidẽ, & in turpi uoto muta decretũ. 22.q.4 in malis. Dicit cũ deliberatione, quia uotũ qđ facilitate animi potius, q̃ arbitrio diſcretionis emittit̃ non eſt uſque quaque obligatorium, ut c. ueniens. eo. tit. Et eſt triplex uotum. Primũ neceſſitatis, quod quis neceſſario in baptiſmate promittit, ut ab renuntiare diabolo & põpis eius, tenerẽ fidẽ, ſeruare decalogũ. de cõſe. diſt. 4. c. 1. Secũdum eſt uolũtatis, quod quis uoluntariè emittit ſup his ad quæ ante uotum nõ tenetur, ut cõtinẽtiæ, abſtinentiæ, &c. Tertiũ eſt uotum mixtum ex his duob. ſcilicet partim neceſſitatis, & partim uolũtatis. Sed uotum uoluntarium, ſubdiuiditur in uotũ ſolenne & ſimplex unde ſimplex eſt, cui nulla ſolennitas adhibetur. Solũ aũt uotũ cõtinẽtiæ ſolennizatur. Quæ autẽ uota redimi & cõmutari poſſint, uide Gof. in ſum. eo. tit. Item uotum obligat quẽ Deo, cũ dicitur, uouete & reddite, ut c. & ſi Chriſtus. & c. debitores de iureiu. & c. magnę. de uo. poſt prin. uel deſcribitur ſic. Votũ eſt animi cõceptũ cum deliberatione firmatũ.

V ante R.

Vrbs ſimpliciter prolata populi R. ciuitatẽ ſignificat antonomaticè. inſt. de iu. nat. §. ſed quoties Vrbis autẽ appellatio muris aut cõtinẽtib. ędificiis finitur, ut c. ſignificauit. de pœn. & remiſ. ff. de uerb. ſig. l. 2. & appellatur ab uruo .i. aratro, q̃a aratrũ in urbe cõdẽda adhiberi ſolebat. l. pupillus. §. urbs ff. eod.

Vrbana mancipia non loco, ſed gñe uſus cognoſcũtur, & à mãcipiis ruſticis diſtinguũtur. l quẽadmodũ. de ſup. leg. l. urbana famlia. de uer. ſig. l. ſeruis vrb. de leg. 3.

Vrbana prædia omnia ędificia accipimus, nõ ſolũ ea, q̃ ſunt ĩ ciuitatib. uel oppidis cõſtituta, ſed ẽt in rure, niſi fortè ſtabula ſint, quia locus nõ facit p̃dia urbana, ſed materia.

teria.ff.de uer.sig.l. urbana pdia.uide sup.pdium.

Vrbanorum prædiorũ seruitutes, require suprà seruitutes.

Vredo est morb. herbarũ, frugum & arborũ in vitibus, & alio noĩe carbunculus & appellari põt. l. ex cõducto.§.i.ff.loca.& de frigore procedit, nã & frigus urit, Virgil Aut boreç penetrabile frigus adurit. Aliqñ ponĩt pro prutitu, ut apud Pliniũ de urtica pisce.Tacta(inquit) uredinẽ immittit.

Vredotrophium dictio grçca est locum signãs ad infantes nutriendos paratum, urephon.n. grçci infantem dicunt.l.illud. §.i.C.de sacrosan.eccl. licet in aliquib.codicibus mendosè legatur.

Vrinatores appellanĩ natatores subaquatiles. l. nauis ad l.Rhod. de iac.

V ante S.

VSiã pro substantia dixit Vlp.l.in venditionibus. de contrahen. emp.

Vsio, idem quod usus. l. Quintus. §.si factũm.de au.& arg.leg.

Vsque, stat qñq; inclusiuè, ut ff.de sen.l.fi.& in c.i. de or.ab ep.qui re.qñq; ẽt exclusiuè, ut c. cũ dilectis.de fi. inst. est ergo dictio usq;, signãta ultimi termini ad quem, sicut dictio a uel ab, primi termini à quo.

Vsuarius est qui alicuius rei vrum habet, ut si tu q es dñs huius serui,non senseris siue concesseris mihi uti ministerio eius salua ꝓprietate & dñio. vnde, usuarii dici possũt clerici q nõ possũt uẽdere uel testari siue donare de bonis ecclesiæ, sed uictu tm̃ & uestitu debent esse cõtẽti.x q. 2. episcopus habeat.& c. cum cõstat.de pign.ſm Ber. Cõpetit ergo vsuario ius & usus, sed nõ põt uẽdere locare uel alienare, sed solũ & ad usum suũ & familiæ suæ põt uti seruitute tali, ut in ortis fundis, & similib. si quis habeat ĩ his seruitutẽ usus.

Vsus est ius utẽdi reb. alienis salua rerũ subã, proprietate & dñio, & qũo accipiaĩ, uide Arc. de of. de leg.c. quamuis.lib. 6.

Vsuca

Vsucapio est acquisitio dominii utilis directa rei alienæ per continuationem possessionis temporis lege diffiniti .i. p spatiũ tpis à lege diffinitũ. ff.eo.ti.l.3.v.g. Emi rem mobilem à non dño bona fide, putans rem esse uẽdentis, & per cõtinuũ triennium possideo sine interruptione, ipso iure efficior dominus illius rei. Directũ autẽ dñium habet uerus & principalis dominus rei. Sed utile dñiũ dr̃,qñ q̃s inueritate non est dominus, sed habet utilitatem rei ac si esset dñs,ut feudatarius, uasallus & similes. Et dicitur ũsucapio, quia usu quodã & consuetudine possidendi cępi & acquisiui dñium. Secũdò in rebus mobilibus uel se mouentib. nam immobilia non dñr usucapi ,ppriè. sed potius præscribi. In immobilibus n. præscriptio locum habet. Tempus.n. à lege diffinitum est trienniũ in usucapione, sed in præscriptione statuit decẽniũ inter pręsentes,& uigenniũ inter absentes,ut insti. de usuca. Et datur usucapio ne dñia rerũ sint in incerto, pro publico bono introducta,ut l.i.ff. eo.ti. contra æquitatẽ naturalẽ.ff. de neg.gest.l.i.in fi.& de cõd.ind.l.nã hoc natura. Nã locupletari nõ debet quis cùm alterius dãno ſm regulã locupletari. de re iud. lib. vi. & sic aliud est æquũ, & aliud bonũ.ut C.de pac.cõuẽ. l. hac lege. Et quãdo opponitur, æquitas scripta prefertur rigori scripto. Solu.uerum est, dũ utrũque scriptũ est in specie, sed in præal.l.nã hoc natura.æquitas est scripta in genere,& hic rigor in specie, ergo præfertur rigori. Etiã in usucapione uel pręscriptione uersatur quædã æquitas naturalis q̃ suadet, q post q̃ quis iusto titulo bona fide certo temporis spatio rẽ tenuerit, dominiũ acquirere debeat, & imputetur domino q negligens est tãto tpe rẽ suã quærere & custodire. Et sic nemo debet locupletari &c.nisi subsit causa, vt

ut hic pp cōmunem om niū utilitatē, & ut aliquā do sit litiū finis. l. fi. ff. ꝓ soc. ubi datur hæc ratio, ideò exceptio pſcriptio nis est exceptio litis fini tæ, & opponit sicut aliæ litis finitæ exceptionis.

Vsufructuarius est qui frui tur & utit rebus alienis, uel qui res suas nemini furatur. ff. de usufru. l. iu re communi.

Vsusfructus est ius utendi fruēdi alienis rebus sal ua substantia rerū, ut ff. de usufru. l. i. & inst. de usufru. in princ. Et est ius in corpore, quo sub lato & ipsum tolli neces se est, destructa enim do mo, destruitur & usufru. qui habetur in ea, ut ff. eo. ti. l. ii. & no. secūdum Azo. in sum. C. eo. ti. ꝙ usus fru. formalis dicitur ius. i. seruitus, sed usus fructus causalis secūdū quē aliquis habet cau sam dominij, nō dicitur seruitus. Et ponitur hic fruēdi, & nō in diffini tione usus, quia differūt ius utēdi & fruendi, ut infrà patebit, & utēdi di cit ad differētiā credito ris qui habet ius in pi gnore, nō tamē potest eo uti, imò furtum com mittit si eo utitur, sed se cūdū ponitur ad differē tiā utilis dominii, quod habetur in rebus alienis, sicut emphyteuta & feu datarius habēt. Sed fruē di secundū Accur. & Ber. dicitur ad differentiā nu di usus, quia minus est in usu quàm in fructu. Dicitur in rebus alienis quia sua res nemini ser uit. Salua rerum substan tia dicitur ad differen tiā superficiarii & em phyteutæ, qui non tenē tur reficere ędes, sed usu fructuarius tenetur, & etiā tenetur ad tributū, quia ad eū pertinet fru ctus, Vnde Ber. exponit salua rerū substantia .i. ne pereat in toto substā tia. Accur. exponit salua substantia, quia tandiu durat usus fructus, quan diu durat substantia. Et no. differentiā inter eū qui habet seruitutem usus, & eū qui habet ser uitutē usus fru. quia is qui habet solùm seruitu tē nudi usus, ita utitur

ꝙ

ꝙ fructus non percipit, sicut possum uti equa tua, ita ꝙ fructus inde non percipiã, sic quod partus nõ sit meus, sic similiter q habet usum tantũ alicuius fundi, nõ potest uti pomis, oleribus & cæteris fructibus ad usum suum quotidianũ, ille autẽ cui competit seruitus ususfru. põt hęc omnia facere.

Vsura sicut cõmuniter dicitur, est quicquid præter usum sorti accidit uel accedit, secũdũ Gof. 14.q.3. plerique. Et addit ipse, intentione uel pacto præcedente. Sola enim spe uel expectatiotione uitiũ usurariũ contrahitur, ut c. i. & c. consuluit. de usu. & 14. q. 3. si fœnetaueris. Et hoc cũ principaliter habetur spes & expectatio lucri, aliàs si ob charitatem moueatur quis ad mutuandũ, & secũdario speret de aliqua retributione, non putatur uitiosum. ar. ad hoc. 86. dist. in singulis. lxj. dist. quod proderit. secũdum Gof. Item usura est ubi plus recipitur quàm datum est, & diffinitur secundũ Azo. C. eo. tit. sic, Vsura est qđ propter usum rei concessę datur. Cõcessę .i. datæ uel mutuatę, vñ vsura dr̃ ab usu &ęs ęrit, quasi usu æra. i. usu æris, data. s. pecunia, cùm nomine pecuniæ quicqd homines habeãt cõtineatur. j. q. 3. totum. & no. ꝙ omnis usura pręstatur super facta dilatione ad annũ, unde quędã usura uocatur cẽtesima, illa. s. quæ infra annum æquiparatur sorti, quædam uocatur sextupla (aliàs sescupla) à sex, quod est totũ & plica .i. pars uel medietas, quæ etiã alio nomine dicitur hemiolon, ab hemi, quod est mediũ, & holon, quod est totũ, & est illa usura quæ totũ cõtinet, & medietatem totius: quędã uerò est triens, scilicet quę pręstatur usq; ad tertiam partem cẽtesimæ uel sortis, quædã semis, quæ præstatur ad medietatẽ sortis, quędam bes quæ præstatur ad duas partes sortis. Item quæ

dam

dam usura est fœnus sortis & quædam fœnus fœnoris. Nam vsura dicitur quæ ultra sortē recipit, ut c.fi.14.q.3. sed fœnus dicitur lucrum de usura sumptum, uel usura ubi ad mutuum restituendū non fuit certum tempus determinatum. Est tñ distinguendum inter usuram & rem illam in qua usura committitur, nam quæ ab vsurario exigitur propriè est lucrum restituendum. Sed res in qua usura committitur, est mutuum de quo lucrū prædictum gignitur.

Vsurarius manifestus quis dicatur, uide c.i. & 2. de usur.lib.6. Et ultra hoc dicitur Matth. quod sit ille qui usurarius ex libris suis conuincitur, al leg.clem.1. de usur. & c. qui syncera, 45.dist. c. sane.24.q.2.& l.1.§.editiones.ff de edendo. Secundò ille qui confitetur coram sacerdote se esse usurarium, quia usurarii iudex est sacerdos, & sic cōfessus coram suo iudice erit manifestus, ut c.quē pœnitet.de pœn. dist.1. Io.And.dicit hoc uerum si adsint testes ut c.quanquam.de usur.lib.6. Idē sequitur Io.de Lig. quia iudicium fori pœnitentialis non inducit illos effectus, quos iudicium fori contentiosi, ꝙ ideò sit manifestus, quia confitetur coram iudice animę, nisi adsint testes. Tertiò dicitur ille usurarius manifestus qui habet altare paratum. Sunt ergo usurarii triplices. Primi notorii, qui habent altare continuè paratū semper mutuantes. Secundi non notorii sed manifesti, qui non habent altare continuè paratum, sed interdum mutuãtes. Tertii per famam tantum manifesti sunt.

Vsurpare est aliquē cōtra rõnem ius, usum uel cōsuetudinē capere, inuadere uel ꝑsumere, uide Alb.de Ros.ī dictio.suo.ī ver.usurpatio, ubi plenè.

Vsurpatio est interruptio usucaptionis, ut in l. 2. & in rub.ff.de usucapio. & dicit ibi text. ꝙ oratores usurpationē frequentem usum uocant.

V ante T.

VT, hæc dictio modum facit, sicut si, cõdõnem & cũ causam, facit C. de cond. q̃ sub mo. l. 1. & ibi not. & uide ff. de manu miss. l. causam. §. fin & de leg. 2. l. si ita relictum, & de contr. emp. l. cum ab eo. & de man. test. l. Meuia. Aliqñ facit conditionem, ut l. cum tale. circa fi. ff. de cond. & dem. Aliqñ ut, exponitur i. sicut, C. de sep. uio. l. si quis. & ff. de acq. re. dom. l. in laqueum in fi. Aliqñ ut. i. fm. C. de his qui paren. uel lib. occid. l. 1. Aliqñ ponitur causatiuè & cõsecutiuè. ff. de dona cau. mor. l. senatus. Causatiuè ponitur, 47. dist. sicut ff. de le. 1. l. si qs. in prin. Consecutiuè ponitur. C. de obse. pat. pręst. l. si ma numissori. de epis. & cle. l. in ecclesiis. ff. de ser. & aqua. l. 1. & 1. q. 1. cùm li queat, & c. uenditio. Aliqñ ponitur aduersatiuè pro sed. C. de app. l. cùm post. Aliquando est ad uerbium tpis, ut. i. postq̃ ff. de pig. l. 1. §. idem quæ sit. Aliquando ponitur ut, pro &, in auth. de te sti. §. si verò deduces, ibi non tamen per longum interuallum, ut &c. Ali quando ut. i. tanquam, C. de leg. l. leges. Aliquando est aduerbium qualitatis uel quantitatis, ut, . i. quãtum, uel optandi, ut pro utinam. Aliquando est exemplificatiuũ, ut cùm dicitur, nomẽ ap pellatiuum ut homo, & no. ff. de inter. l. i. §. inter dicta, de pact. l. iurisgentium. § quinimò. Aliquã do ut. i. quando. de neg. gest. l. sed an ultro. §. fi. C. de ser. & aqua. l. 1. Ali quando ut, exponitur. i. quando. ff. de arb. l. si cũ dies. §. si arbiter. Aliquã do abundat. ff. ad l. Pompe, de parricid l. i. & ibi in glo. Aliquando est ad uerbium ordinis, ut. i. postea. Aliquando est con iunctio adiunctiua, ut uolo ut tu legas. Aliquã do causalis, ut. i. quia, unde uersus. Qualiter & quantum notat, discernit, & optat. Ordinat exẽ plat, simulat, utrunque requirit. Dat comitem, dat

dat quoque sequens, sic dat duodena. Et de signi ficato huius dictionis, ut, uide extra de priu. ex ore, de confir. uti. uel in uti. c. examinata, de uer. sig. c. abbate. Item de effe ctu huius dictionis ut, uide extra de cond. apo. uerum, in cle. de æta. & quali. c. i.

Vter dictio est distributiua, & uerificatur in altero tantum, Bar. in l. pen. C. de impu. & aliis subst.

Vterinus, uide in dictione fratres.

Vterlibet, alter ex duobus quem capere libet. l. ar bo. §. de uestibulo co. di.

uato artemone secundū auræ statum; tēdebant ad littus, Nam in Græco artemona posuit, sed fieri potest ut à sermone Latino acceperit Lucas, cū præsertim qui cū Paulo erant in ea nauigatione Romani essent, aut saltem Romanè loquerent. Qđ si artemo dictio Latina est, nō pōt per th, aspiratum legi, id quod Isodorus putauit, cum nulla dictio Latina th, sed neque ullam aliā consonantem aspiratā recipiat. Iabolenus, de verb. sig. l. malum. Malū nauis esse partē, artemonē non esse, Labeo ait.

Assessores dñr qui assident iudici, nō ut iudices, sed ut approbaturi iudicis sñīam quō Saluator noster discipulis dicit: Se debitis & uos super duodecim sedes, iudicantes 12. trib. Israel, Iul. Firm. lib. 2. Mathes. Mars, inqt assessores maximos iudicū facit Paulus lib. j. dig. tit. de off. assess. l. omne. Officium assessorū, quo uiri studiosi partib. suis funguntur, in iis causis cōstat. In codice quoq; Iusti. titulus est de asses sorib. & cancellariis.

Athleta interpretatur pugil siue certator, quia athlos est certamen, & athlō ipsum certaminis præmium: res quidam honorificat non quemadmodum eorum qui artē ludicrā exercent, infamis. Iuuenalis: Læuib: athletis & uasa nouissima donat. Vlp. lib. 27. ti. de excusationib. Athletæ, inqt, hñt a tutela excusationem. Vlp. lib. 2. dig. ti. de iis q no. l. athletas. Athletas aūt artem ludicram non facere.

Atrienses siue atriarius, seruus est, qui aliis seruis à domino præponitur, dictus ꝙ atrio, hoc est primæ domus parti, ubi apud antiquos diuitiæ adseruabātur, custos adhibebatur, de cuiusmodi seruo Virg. intellexit cū in Aen. dixit: Fidusque ad limina custos. Et qualis est aut fingitur Plautinus ille Saureas atriensis, qui sit quasi œconomus, siue villicus. Plinius Cæcilius in epistolis:

Sumptus atrienſium, topiariorum &fabrorū. Seneca quoq; in epiſtolis. Sed habet uillicus atrienſis colonus: Vlp, li.33.tit.de fundo inſtructo.l.inſtrumenta. Si uilla, inquit, cultior eſt, ut lutiatricēſes,&ſcoparii. Itē de uer. ſig.l. in lege. Vtrum, ait, diſpenſatores,inſularii,uillici,atricēſes. Acc.atricēſes interpretantur,q purgant atriū.

Attellanus,na,num, ab Attella urbe Campaniæ,de qua Sillius li.11.Punicorum:Iamq. Attella ſuas, iamq. & Calaria adegit. Inde Attellani ludi,&Attellanæ comœdiæ. Iuuena.Vrbicus ex odio riſū mouet attellanæ Geſtib. autonoes.Scæuola ti.de le.3.l.patronus. Fundū, inquit, in regione Attellana legauit.

Autorare aliquem, eſt illū ſibi obnoxium facere atque obligare, qm̄ autores dn̄r,qui habent ptātē aliquid faciendi, & ſine quorum autoritate non poteſt aliquid fieri. Vn̄ tutores dn̄r autores pupillorum; & milites dn̄r autorari à duce ſiue præfecto exercitus.i.obligari in illorum uerba iurātes. Vn̄ titulus eſt apud Iuriſc. de legēdo uel autorādo milite,&inde autoramentū pro ipſa obligatione. Vnde Seneca dicit, Nullum ſine autoramento malum eſt. Et Cic.in 1.off.Eſt.n.illis ipſa merces autoramentū ſeruitutis.Vlp lib.26. ti. de autor.& con.tu.l.etſi plurib.Si tutor, inquit, autoretᷣ cui adminiſtratio tutelæ conceſſa non ſit,pro obligetur. Inde componitur exautorare pro eo quod eſt ab obligatione ſoluere.l. in uerbo exautorare.

Aurum coronarium dicebatur, qđ erat coronis faciendis aptiſſimum, & quantum poſſumus coniectura aſſequi,eſt illud quod ex inſulis Indorū nuper repertis aduehitur, nō quodcunq; ſed quod vulgò dicitur Guanin: neque.n. eſt eiuſdem ſpeciei cum auro cōi,qm̄ igni purgatū, non pertingit gradū uigeſimum. In ſacris literis

ris hoc genus auri Cethim dicitur, & inde Cether dicta est corona auri. Huius gñis auri meminit Iust.in suo codice tit.de Iud.l.Iudæorum. Quam formam,inquit, patriarchæ quõdam coronarii auri nomine postulabant. Item li.10.de auro coron.l.unica. Ad collationem, inquit, auri coronarii placuit neminem absq; cõsuetudine esse cogendum. Sed quur illud auri genus destinaretur coronis,illam puto fuisse causam, qđ splendose quodam peculiari fulget.

B

BAcula aurum est nõdum purgatum, neque adhuc in massã redactũ,Græcè chrysamos dictum, & quasi ab eo quod sit aurũ imperfectum. Neq; est verbũ Latinũ, qđ Acc.putauit,sed Hispanũ. scribit Pli.li.33.Nat.hist. Hispani,inqt,aurũ qđ minutũ est,balucã vocãt.Iustinianus lib.11.in tit. qui est de metallariis:Octonos, inquit, scrupulos in baluca.Et infra l. ob metallũ.Quatuordecim,inqt, vncias in baluca. Cuius legis sensus hic est,qđ si metallarii conduxerunt à principe aurifodinam aliquot auri libris, puta centũ,id debere esse purgatum, quod soluendũ est. Qđ si uoluerint soluere ĩ baluca, debere pẽdere pro singulis libris quatuor denas uncias, hoc est pro intertrimento & spurcitia duas ultra duodecim. Est operæpretium audire somniantẽ Accursiũ, Baluca, inqt, uas lucens, quasi in eo uase aurei illi uectigales principi deferrẽtur. Sed quia hæc interpretatio sibi non placebat, adiecit aliam non minus ridiculam. Vel baluca, inquit,quasi baiulans lucẽ hoc est,auri splendore. Dic mihi,ò Accursi,hoc est de quo tu gloriaris, accurrere uel succurrere legib. an potius ea q̃ dilucidè à legislatore dñr, tenebris inuoluere.

Bannũ à recentiorib. dicitũ illa spẽs exilii, q̃ ab arti

nicipibus, & originariis. Cùm te Bibliũ origine, incolã aũt Berytiũ esse ꝓponas. Vtraq;.n. Syriç Phœnices est ciuitas, & altera alteri finitima est

Bibliotheca locus est, ubi reponunẽ libri, nã biblos interpretatur, liber, theca repositoriũ: quemadmodũ Dactylotheca, ubi reponũtur annuli: Oporotheca, ubi fructus arborũ: Pinacotheca, ubi tabulæ. Vlp. li. 32. di. qui est de leg. 3. l. librorum. Libris, inquit, legatis bibliothecas nõ contineri.

Bidens, tis, genus est instrũ fossorii, dictum ex eo, ꝙ duos habeat dentes, quẽadmodum rastri, ꝙ hñt plures. Iuuenalis: Viue bidentis amans: & culti uillicus horti. Vlp. lib. 33. dig. l. instrumenta, Ligones, inqt, farculi, falces putatoriæ, bidẽtes.

Bini, æ, a, nomen est numerale distributiuum, siue diuiduum, hoc est, quod significat tot res illarum quç diuiduntur singulis competere, ut si dixeris, bini argentei sunt uiritim distribuendi, intelligimus quod singulis uiris competunt duo argẽtei. Poetæ abutũtur hac significatione accipiẽtes bina pro duob. simpliciter. Virg. 1. Aen. Bina manu lato crispans hastilia ferro. Idẽ in 8. Frænaq. bina meus quæ nunc habet aurea Pallas. Accursius hmõi nomina in bis tantum interpretatur, ut bina pro quatuor, quina pro decem, dena pro uiginti, contra mentẽ legislatoris, magnoq. sensus detrimẽto. Lege in dictione deni. Est alia sigñatio hmõi nominũ iunguntur nominibus pluraliter declinatis, ut si dicas, binas literas tuas accepi, intelligo ꝙ accepi duas epistolas, sed binas dixi, quia literç, arum, pro epistola caret numero singulari. Hinc est quòd M. T. reprehendit filium Ciceronem, quia scripserat se accepisse duas literas, cùm debuisset dicere binas, nam dicendo duas, significabat quòd duo tantum elemẽta accepit, puta a, b. Neratius

lib. 39. tit. de damno infe. l. quod Cornelius. Binarum, inquit, ædium. & in alia lege de seruitutib. urbanorum prædiorum, cuius initium est, Binas ædes habeo, alteras tibi lego, utrobiq; significat duas domos. Nam ædes pluraliter declinatum (ut diximus in dictione ædicula) domum priuatam significat. Quòd si dixisset duas ędes, intelligendum esset ꝙ habebat duo tẽpla: quãdo quidẽ ædes tẽplum signãt in vtroq; numero, aut quem admodũ Accursius interpretari consueuit, in bis tantũ, quatuor templa.

Bisextus appellatur dies ille intercalaris, qui in quartoquoq; anno interponitur, mense Februario, die sexto Calẽd. Martias, unde bisextus dicit̃, ꝙ bis numeramus sexto Calendas Martii. Sed ut alterum ab altero distinguatur, in priori dicẽdũ est sexto Calendas Martii die intercalari, in posteriori simpliciter sexto Calẽdas Martii. Et autẽ intercalare ferè interponere. Causa uerò adiiciẽdi illũ diẽ ea nimirũ fuit, ut cursus solis cũ numero dierũ congrueret, qđ fieri nõ posset, nisi quarto quoq; anno diesvnus adderertur, qui colligit̃ ex quadrante, hoc est sex horis, quæ ad cõplendũ solis cursũ post 365. dies supersunt, de quo multa apud Macr. in 1. Saturn. Celsus de uerb. signific. l. cum bisextus, &c. ubi Accursius multa delirat.

Byssicus, a, um siue byssinus a, um, est res byssi materia cõstans. Est aũt byssus genus lini candidissimi circa Elidem Achaiæ nascens, neq; usquam ferè alibi: queadmodum Carbasus in Hispania iuxta Tarraconem de utroq; Pli. est autor lib. 19. Nat. historiæ. Byssi meminerũt sacræ literę in utroq; testamento. Martianus lib. 39. tit. de publicanis. l. fin. Xylocinnamomũ. opus, byssinũ. ubi ꝓ byssico mẽdosè bussicũ legit̃.

Bombycinus, a, um, quod est à bombyce, Est autẽ Bombyx uermiculus ex cuius capillamẽto depe

ctitur, quod uulgo dicitur sirgo siue seda. Nā sericum longè aliud est, q̃ quod putat; vulgus īcertus loquendi artifex, de quo in uerbo Sericū. Sūt igit̃ uestes bōbycinę, q̃s ignari harū rerū vocāt sericeas Iuuenalis: Hæ sūt q̃ tenui sudāt in Cyclade, quarū Delicias, & paniculus bōbycinus urit. Vlp. li. 33. ti. de au. & ar. le. l. uestis. Vestimētorū, īq̃t, sūt oīa lanea lineaq; serica uel bombycina.

Bona, orū, inq̃t Festus, dñr sub͞a rerum: sic dicta, q͞d uiris bonis digna sunt. Sed aliter vulgus accipit bona, aliter sapiētes. Vulgus nāq; imperitū ea tm̃ appellat bona, q̃ sūt fortunæ subiecta, cū illa in fimū. gradū in gñe bonorū obtineāt, imò verò ƒm Stoichos neq; oīno sint bona simpliciter, cætera uerò bona cū additamēto, aut bona utilia, aut bona iucunda, Iurisconsulti tñ quia cū vulgo & ad vulgum loquuntur, bona uocat patrimoniū & censum cuiusque, ut Vlp. tit. de uerb. sig. l. bonorum appell. &c.

Bractearius est ille, qui secat aurū in tenuissimas laminas, q̃ dñr bracteæ. ut apud Virg. lib. 6. Aen. Tenui crepitabat bractea uento. Inde bractearius dictus. Iul. Firmicus lib. 3. matheseos: Venus, inquit aurifices, inauratores, bractearios, & argētarios facit. Iust. lib. 11. Cod. l. 1. Artifices, inq̃t, bractearii. Acc. Pentaburgos interpretatur .i. qui faciunt quædam uolubilia circa frænos: sed in qua lingua dicant̃ hmōi artifices pētaburgi, ego fateor me ignorare: quē admodū possum persancte iurare. Accursiū oīno non intellexisse. q̃d bractearii nomine signaret.

Brephotrophiū, locus est, ubi infantes expositi publicè alūtur, nā brephos interpretatur infans, & trophe alimentū, sic orphanotrophium dicitur ubi aluntur orphani, & ichthiotrophiū ubi pisces, peristerotrophium ubi colūbæ. Iust. in Cod. tit. de sac. sanct. eccl. l. illud. vbi mendosè bephotrophium

trophiũ legitur expũctã secunda litera. Itẽ & ite rũ.l.sancimus,atq; iterũ l.ut inter.habetq; accentum in penultima.

Bubulcus est custos boum, aut q bobus utitur. Oui. 4.de Ponto. Per medias Istri plaustra bubulcus aquas. Cato de re rustica: Bubulcũ vnum habeat, asinarium unum. Pau.li. 3.dig.de fun.inst.l.cum delanionis. De bubulco, inquit, siue de eo q ibi bobus arat. Inde bubulonicus, a, um, res ad bubulcum pertinens, ut in eo.tit.l.sed & stragulas, uestes, & bubulonicas, quę equis insterni solẽt.

Buccinum, genus conchyliorum est, ex quib. purpureus color inducitur, nam purpuræ annumerantur murices, Buccina quæ a Græcis dñr ceryces, & quæ proprio nomine dñr purpuræ, Vlp. lib.32.qui est de leg.3.l. si cui. Purpuræ appellatione omnis gñis purpuram contineri puto, sed coccũ non continebitur buccinum autem & Ianthinum continebitur, Acc.colonis genus dicit.

Buprestis, ut scribit Pli. bestiola est rara in Italia, simillima scarabeo longipedi. Idem li.12. Pollet, inquit, contra canthari des buprestim, & Pityocampas. Apud Marc.48. digestorum.l.eiusdem, ubi pro bupresti & pityocampis mendose legitur bubostris & pituocarpas. Siquidem buprestis dicitur quasi bouis pster.i. serpens: nã subit nares boũ, atq; ita enecat illos.

Burdo, partus est ex equo & asina, sicut ediuerso mulus ex asino & equa. Hispani burdieganos appellant. In 4.Reg.li.c.5. Hier.interpte: Obsecro, inqt, cõcede mihi seruo tuo, ut tollã onus duorũ burdorũ de terra. hos Græci ginnos uocant: Theo. Gazes ex Aris. ĩ li. de animal. Inos interpta tur. Vlp.li.32.di.q est de leg.3.l.item legato. Vel lectica, uel burdones.

C

CAballus ab equo eo distat, p caballus ferè nũq̃ q̃ sine derisione dicitur, atq;

atq; ideò Satyrici poetę, qui dū risum excutiant nemini parcunt, caballo potius quàm equo utuntur. Lucili. apud Noniū Marcellum. Succussatori tetri tardiq; caballi. Et Horat. Satureiano circū uectare caballo. Equus uerò nō dicitur nisi de apto, & qualem Virg. 3. Georgic. describit, dicens: Cui ardua ceruix, Argutūq; caput, breuis aluus, obesaq; terga, Luxuriatq; thoris animosū pectus, &c. Pomponius lib. 33. tit. de fundi. instr. l. si ita. Caballos, inquit, qui in pristinis essent. Nā pristinis non delegātur nisi mali, & de quib. Iuuenalis dixit: Dominos ꝑtiis mutare iubētur. Exiguis, tritoq; trahunt epithedia collo. Segnipedes digniq. molā uersare nepotis. Hos Hispāi rocines illos cauallos appellāt.

Çacabrolla grādior est, siue illa sic ex argilla, siue ex stāno, siue ex argēto, uel alia quacunq; metallica materia. Colum. lib. 13. de re rust. in cacabo figlino nouo coquitur, uel stanneo musti arbustiui aminæi, urna. Ecclesi. 13. Quid cōicabit cacab. ad ollā? qñ .n. se collisserint, cōfringentur, quasi cacabus sit ex metalli tantū materia, & olla ex creta duntaxat figlina. Pomp. lib. 33. tit. de auro & arg. leg. l. & si. Certè, inquit, si cacabos argenteos habebat, uel miliarium argenteū, id est, uas ad coquendum milium.

Caducum, ex lege Papia, legatum erat relictum sub conditione, quā deficiēte, uel uiuo, uel mortuo testatore cadebat, & redibat, uel ad testatorē uiuum, uel ad substitutum eo mortuo. Vnde tit. est in Cod. Iust. de toll. cad. Iuuen. Legatum omne capis, necnō & dulce caducū. Cōmoda prætereà iūguntur multa caducis.

Cæduus, a, um, à cædendo, .i. scindēdo dicitur: vnde sylua cædua dicta, quod illius arbores licitum est scindere, siue lignorum, siue materiæ causa. Nā sylua nunq̄ dicit̄ nisi de arboribus Plin. Cęcilius in epistolis: Cæduæ, inquit,

quit, syluæ, cū mōte ipso descēdūt. Cato de re rusti. Sylua, inquit, cædua, &c. Papinia. 24. dig. ti. solu. matrim. l. diu orrio. Si arbores, inqt, cæduæ fuerūt, uel germinales. Item de uer. sig. l. sylua cædua.

Cæmentū dicit̄ à cædendo, nec est quod vulgus putat, ędificii fundamentū, sed sūt lapides, ut ait Nonius, quib. ędificia cōsurgūt, citatq; Sisēnā ī 4 historiarū: Formidine, inqt oppīssis qd̄ humilē cæmētis īstructū oppidi murū sciebat. Vit. li. 1. Saxa quadrata, siue silex, siue cæmētum, siue coctus later. Vlp. lib. 41. ti. de riuis. l. Seruius. Si riuum cęmenticium uelit facere, audiēdū esse, hic pro lapidib. quadratis posuit.

Caius Iurisc. fuit, pace alio rū dixerim, peritissimus oīum. Eius cōsulta cōsultissima citant̄ q̄ sępissimè in libris Pādectarū, sed in illis Florētinis semp̄ per C, Caius: in recētiorib. verò per G, Gaius. Causa uerò erroris ab eo est orta quod Seruius grammaticus scribit in 1. Georg. Virg. lib. tria esse nomina quæ scribuntur per c, p̄ferri debēt p̄ g. Cneius Caius, Amurca. de Amurca superius dictum est in suo loco: de Caio per c, debere scribi, Quintil. est autor lib. j. orator. insti.

Calata, comitia dicebātur, autore Gel. quæ pro collegio Pōtificium haberi solebant, aut regis, aut Flaminū inaugurādorū causa. Ea autem in duo genera diuidebatur, curiata uidelicet, & cēturiata de quib. Diony. Halic. & Liu. in 1. ab V. C. scripserunt. Comitia uerò calata dicebantur ex eo, ꝙ populus uocatus in unum locū ad ferenda suffragia conueniebat. Cato. n. est uocare. Comitia pręterea à coeundo, hoc est, cōueniēdo dicta sunt. Iust. lib. 2. Instit. tit. de test. ordinādis: Testamētorū, inquit, duo genera in usu fuerūt quorum altero ī pace & otio utebant̄, quod calatis comitiis appellabant. i. ad cuius solēnitatē requirebat̄ populi uocati cōsensus. de reliquo lege ibidem.

Calcaria est fornax, ubi calx ex coctis lapidib. cõficit. Vnde Plin. in histo. natu. scribit, oliuas cinere ex calcariis lætari. Imperator in tit. de pœn. l. aut dãnum. ꝓ fodina posuit lapidũ, ex quib. ignit re solutis calx ipsa conficit: nam de dãnatis ad metallũ loquitur, sunt autẽ lapides in genere metalli. Nam quod Accursius dicit calcariã esse opus calcãdi terram, et pueri qui nõdũ ætate leuantur, intelligunt esse perinane.

Calculator propriè dicitur, qui per lapillos rusticorũ more computat, nam calculus est lapillus: vnde calculare, per lapillorũ signa computare. Martial. Nec calculator īquit, aut notarius uelox. eosdem appellamus & calcularios Modest. lib. 37. dig. de excus. l. spadonũ, Neq; calcularios, inquit, quos vulgò ratiocinarios dicimus.

Calendariũ liber erat rationũ, quorũcũq; sed earum tñ, quæ ad fœnus pertinebãt, & in quo debitorũ nomina scribebant: dictũ calẽdarium, quia primo cuiusq; mensis die, hoc est Calendis, pecuniæ dabantur fœnori, & exigebantur cum usura. Ouid. Si púteal Ianumq; times celeresq; calẽdas. celeres dixit, quia debitorib. cito redire uidetur terminus debiti soluendi. Horat. Qui nisi cum misero tristes uenere Calendæ. tristes aũt ab effectu uocauit, quæ debitorem faciũt tristem. Idem quoq; in Epodo de Alphio fœneratore: Omnem redegit Idib. pecuniã, quærit Calendis ponere, scilicet ad usuram Seneca lib. 1. de beneficiis: Nemo beneficia in Calẽdario scribit, id est, in libro fœneraticiarum rationum, ut inde sortẽ cum usura recipiat. Idem in quinto eiusdẽ: Quid fœnus & calendariũ & usura, nisi humanæ cupiditatis extra naturam quæsita nomina? Atque adhuc in epistolis: Forum conterit, calendarium uersat, fit ex dño procurator. Scæuola lib. 33. dig. tit. de fundo instru. l. nepoti. Legaue-

rat, inquit, prędia ut structa sunt cũ uino, grano, calēdario. Item Aphricanus, de legatis tertio. l. q̃ filium, Certa prædia nepoti per fideicõmissum dederat, excepto calēdario. Atq; ibidem l. nomẽ. Nomina, inquit, ex calẽdario q̃ elegerit. Accur. noĩa debitorum calendarium interpretatur, uerè quidem, non sufficiẽter: neq; .n. quodcunq; debitũ uenit appellatione calendarii, sed tm̃ quod ex fœneratione conflatur.

Caligatus miles dicebatur, qui erat manipularis. Manipulus aũt exercitus. Varro de ling. Latina appellat minimas manus, quæ vnum sequuntur signum, ex manipulis aũt cohors componitur. Caligatus autẽ dicitur à caliga, hoc est, tibiali siue ocrea, quod erat crurũ armatura, de qua Trãquil. in uita Caii Cæsaris: Caligula, inq̃t, cognominatus est, quia manipulari habitu est ĩter milites educatus. De milite igitur caligato, hoc est, manipulari siue infimę conditionis, dixit Iuuenalis: Cum duo crura habeas ostendere tot caligatos. Quintilianus ĩ declamationibus. Parere caligatum tribuno lex iubet. & paulò post: Commendẽ tibi ordinẽ caligati militis. Vlp. in tit. de iis qui notãtur infamia. Ait, inquit, Prætor, q ab exercitu dimissus erit, dimissum accipere debemus militẽ caligatum, uel si quis alius usq; ad centurionẽ uel p̃fectum cohortis, uel alæ siue legionis. Item de custo. & exhi. reorum. l. de militib. & de re militari. l. omne delictum.

Camelasia, siue camelaria, est curatio camelorum, qui publicè, & ad usus publicos alebantur: & Camelarii ipsorum camelorum curatores, quorum duo sunt genera, alterũ bactrianum, quod unum tantum habet tuber, alterum arabicum, quod duo tubera in dorso habet. eosdem & dromedarios ob uelocitatẽ cursus uocant. Arcadius lib. 50. ti. de muneribus. l. munerum. Camelasia, inquit,

inquit, persõnale munus est. Et ibid. de camelario.

Cãnabis herba est & materia netilis, ex qua nõ modo texta fiũt, sed etiã funes torquentur. Vñ Pers. Tibi torto cannabe fulto Cœna sit in transtro. Vlp. li. 14. de exercitoria actione. l. j. Præpositus, inquit, est legumini & cannabi.

Cãcelli sunt ligna inter se modicis interuallis in trãsuersum cõnexa, quibus tribunalia, scenæ, & fenestræ muniri cõsueuerũt: Cic. in ver. Circũdati cãcellis uidenẽ in sua ꝓuincia. Idẽ i. de orat. Forẽsib. cãcellis circũscriptã sentẽtiã. vtrũq; ꝑ trãslationẽ, Sed ꝓpriè Sidon. lib. 1. de turba satellitũ Theodorici regis. Exclusa, inquit, uelis, inclusa cãcellis. Cãticorum c. 2, Hieron. interp̃te: Respiciẽs, inqt, ꝑ fenestras, ꝓspiciẽs ꝑ cãcello. i. ꝑ foramina cãcellorũ. Huiusmodi quoq; fenestræ Clatratæ dñr. Aphricanus li. 30. qui est de leg. 1. l. cætera. Si cancelli, inquit, sint, uel uela. Itẽ tit. de fundo ĩ. l. q̃sitũ. Cãcellos quoq; instrumẽto contineri puto, & aliis ĩ locis.

Cancello, cellas, uerbũ uidetur esse ductum à cancellis, in quib. ut trãsuersaria nectũtur ligna, ita cũ scripta expũgẽda sunt, transuerso calamo lineæ inducũtur: qđ propriè illinire, siue allinire est. vnde litura. Horat. in arte poet. Incõptis allinet atrũ Trãsuerso calamo signũ. ac si dicat, cancellabit. Vlp. lib. 28. tit. de iis quæ in testamento delẽtur. l. cancellauerat quis testm̃ uel induxerat. & ibidem. l. proxima, Si omnẽ scripturam cãcellasse. Item lib. 12. tit. de prob. l. si chirog. cancellatum fuerit.

Cantharis, cantharidis, scarabei quædã species oblõgioris est, maculas rubras trãsuersarias habẽs, Hispanè in Bætica mea cubiculus uocãt, aliis in locis Abadeios: in quo fallunẽ tẽpestatis nostræ medici pro cãtharidib, ut entes quibusdam uermiculis ad muscarum similitudinem. Plinius libro

bro 18. Est, inquit, cantharis dictus scarabeus paruus. Gal. prterea de medi. simplici: Cantharidũ, inquit siue scarabeorũ? Nã cantharis est scarabeus, cantharis uero scarabei habẽs effigiẽ. Marc. li. 48. tit. ad l. Corn. de sicar. & uen. l. eiusdem. Et quod quis, inquit, lustramenti causa dederit cantharidas.

Cãtharus uas erat, quo utebuntur in sacris Liberi patris, habent ansas, atq; ut ait Acrõ, patulũ erat. Virg. in Buc. Et grauis attrita pẽdebat cantharus ansa. Plin. lib. 33. Cantharis potasse exemplo Liberis patris traditur. Est prę terea cãtharus illud aquę conceptaculum, unde salientes erumpunt, quemadmodum apud Aphricanum libro 30. dig. tit. de legatis 1. l. cætera. Canthari, inquit, per quos aquæ saliunt.

Capitale odiũ, capitale supplitiũ, capitalis morbus, quod caput alterius, id est, uitam petit. Capitalis homo, & capitale crimẽ, propter quod caput cõmittẽtis peti debeat ad pœnã. Festus Põpeius Capitalis, inquit, lucus est, ubi si quid uiolatum est, capite uiolatoris expiatur. Cic. de senectute: Nullã capitaliorẽ pestẽ, quàm uoluptatẽ corporis hominib. à natura datam. Paul. libro 48. de publicis iudiciis. l. publicorum. Capitalia, inquit, iudicia sunt, ex quib. pęna, mors, aut exiliũ est. hoc est aquæ & ignis interdictio: per has enim pęnas eximitũ caput de ciuitate.

Capitiũ est capitis tegmen, ut inquit Nonius, citatq; Varonem in 4. lib. de uita patrum. in lib. tamen de origine ling. Lat. ab eo capitium dici putat, quod capit pectus, id est, ut aliqui putant, indutũ comprehendit Iob. c. 30. Quasi capitio tunicæ suę cinxerunt. ubi interpres capitium pro collario vi detur accipere. Vlp. lib. 34. de auro & argento legato l. uestis. Muliebria, inquit, sunt, ueluti stole, pallia, tunicæ, capitia, zonæ.

Capitulum à Plin. lib. 3. naturalis hist. est oppidum

Ita

Italię: unde possessiuum gentile ponitur, capitulensis. Paul. lib. 50. dig. tit. de censib. l. fi. Similes sunt Capitulenses.

Capsarii dicũtur, qui filiis nobiliorum ciuium ad scholas euntibus, libros deferũt in capsula. Iuuẽalis de seruo capsario: Quẽ sequitur custos an gustæ uernula capsæ. Sueton. in Nerone. Constat quosdam cũ pædagogis & capsariis uno prãdio pariter necatos. Vlp. lib. 40. tit. de manu. uin. l. si collactaneus. ubi exprimitur capsarii officium, id est, qui portat libros. Itẽ de iure immunitatis. l. quibusdam.

Careũ genus est aromatis myropolis cognitum, nobis uerò incognitum, quippe quod peregrinũ sit. Pli. lib. 16. Peregrinũ, inquit, est careũ gentis suæ nomine appellatũ, culinis principale. Gale. ad Paternianum, cap. de careo. Vtitur eo quoq; Apitius de re coquinaria. Paulus lib. 33. dig. tit. de penulegata. l. nõ omne. Sed quod quidam negauerunt piper, ligusticum careũ, & laser, eiusmodi in penu non esse, improbatum est.

Carrum siue carrus & carruca, plaustra sunt oneraria: hoc est comparata ad ferendũ tantũ onera. Cæsar in primo cõmẽt. Iumentorum, inquit, & carrorum quam maximũ numerum coemere. Ita cõmentario quoque Hispaniẽsi: Per uiarum angustias carra cõplura. Martialis: O iucũda Couinne solitudo Carruca magis essedoq; gratũ: Consultus lib. 39. tit. de donationibus. l. si id. Vel grex, ait, uel carrum, uel carruca. Item Scæu. ti. de au. & ar. lega. l. uxori. An carruca dormitoria debeatur.

Carthaginienses post n, literam per i, nõn Carthaginenses i, litera dispunctã, vt nunc uulgus loquitur, debere scribi & proferri ad stipulanẽ Florentinorum Pandectę, in quibus quoties. Carthaginẽsium fit mentio, sić scribi adnotauit Lodouicus Bonogninus, data sibi

sibi copia libros illos sæpe legendi. Sed & Priscianus lib. quarto de octo partibus orationis: Si nomina, inquit, sunt tertiæ declinationis, abiiciunt s, extremã genitiui, & assumunt ensis, ut pistor pistoris pistoriensis: Carthago carthaginis carthaginiensis: hoc est sex syllabarum. Atque itum in omnibus codicibus uetustis propè semper legitur. Ostendit hũc locum primus omnium Laurentius Abstemius, atque ab omnibus uiris doctis eius inuentio est admissa.

Cassiopa ciuitas & promõtorium est Epiri, Strabone, Ptolemæo, Plinio, atque aliis autoribus. Vlpia. xii. lib. digest. titu. de exercitoria actione, lege prima: Sunt, inquit, naues quę à Brundusio, uel à Cassiopa, uel à Durachio uectores traiiciũt.

Castellum est aquæ conceptaculum, unde ex aquę ductu publicitus distribuenda est per urbem aqua. Festus ab antiquis ait, castellum diuidiculum fuisse appellatum, ex eo dictũ, quòd inde aquæ diuiderent. Apud Plinium, Vitruuium, & Frontinũ, de aquę ductibus, sępe castellũ in ea significatione legimus. Aphricanus de leg. i. l. cętera. Si cancelli, inquit, sint, uel uela, legari poterunt, non fistulæ uel castella. Itẽ lib. 43. de aqua cotidiana. l. prima, quid sit, Vlpianus satis clarè interpretatur: Ex castello, inquit, id est ex eo receptaculo quod aquam publicã suscipit. Castellanos Frontinus quoq; illos appellat, qui castellorũ caram gerunt.

Catadromus interpretatur decursus, nam catadromeo est decurro, decursio autem per catadromum non sine periculo erat, quod & Iuriscõsultus significat, lib. 19. digestorum, de actionibus empti. l. si seruus tuus. Eũ, inquit, fuisse seruũ, qui per catadromum descendere, aut in cloacam demitti solitus esset. Suetonius in Nerone: Notissimus eques Roman. elephanto

phanto superſedens per catadromum decurrit. Quod autem Indici ge nus catadromus eſſet, ne mo dicit, quod ego ſciã, neq; auſim diuinare.

Cauma, atis, calor ſiue incẽ diũ interpretatur, cauo .n. eſt calefacio ſiue incẽ do. Vlp. de leg. 1. l. cũ res. Si fundus, inquit, cauma te perierit. Atque aliubi: Prædia, inquit, quæ cau mate perierunt, Atq; ad huc alibi: Si caumate alio ve caſu pars fundi perie rit, quib. in locis caſma pro caumate legit Chaſ ma nãq; per ch, aſpiratũ aliud ſignat: hoc eſt cęli hiatũ ſiue receſſum. Au tores ſunt, Ariſt. Meteo rol. Plin. in 2. nat. hiſt. Se neca in 1. nat. quæſt. Ser uius lib. 9. Aeneid.

Cauillatio, inquit Nonius Marc. eſt ocioſa calumna tio, & cauillari, iocari. Valla: Cauillatio, inquit, eſt ſubdola quædã ratio, quã nos cõſcii nobis mẽ dacii, uincendi cauſa ꝓ ferimus. Vlp. tit. de uerb. ſign. l. natura cauillatio nis, &c. Item de reg. iuris Ea, inquit, eſt natura ca uillationis, quam Græci ſcoma uocant.

Cauto dicitur ꝓpriè qui vi nũ uẽdit: caupona uerò eſt mulier quæ uinum quoq; vẽdit. Eſt ẽt caupo na locus in quo uinũ uẽ dit, autor eſt Priſc. Apu le. lib. j. de aſino: De qua dã, inquit, amita caupo na ilico ꝓcõtor. Gel. li. 7. Quod in caupona delite ſceret, quod ad ueſperã perportaret. Apud Iuriſ. tit. eſt lib. 47. dig. furti ad uerſus nautas, caupones & ſtabularios, ubi ea ꝓ pemodũ quæ apud Ho rat. in 1. ſerm. leguntur.

Cauſarii dicuntur, qui cau ſam habent ex morbo, ut munerib. uacent. Liu. libro ſexto, ab urbe cõdi ta. Tertius, inquit, exer citus ex cauſatiis & ſenio rib. Seneca lib. ſexto epi ſtolarũ, In animo noſtro ſunt quaſi cauſariæ par tes quib. adhibẽda cura tio eſt. Spartianus ĩ Had. Omnes cauſarius ſuble uauit. Plin. lib. 25. Cauſa riis uel latere uel faucib. Mart. libro 49. tit. de re mil. l. militẽs, Cauſaria, inquit miſſio eſt, quæ

ꝑpositus est,ut rõnes sal uæ sint. Et aliubi sæpe.
Cenotaphiũ interpretatur inane sepulchrũ.i.quod sine cadauere in memo riã tm̃ defuncti constru ctũ est:quale apud Virg. 3.Aen.Hectoreum ad tu mulũ uiridi quẽ cespite inanẽ.Vlp.lib.11.de reli giosis,&c.l.uel quæ. Si cenotophiũ, inquit, sit, uenire dicendũ est, & in fra l.monumẽtũ. Monu mentũ,inquit,memoriç causa factum,quod Græ cè cenotaphiũ dicitur. Et tunc scribitur per e, simplicẽ.Nã per æ, diph thongum, sigñat cęnota phiũ nouũ sepulchrum, quale fuit illud in quo Saluator noster fuit se pultus,de quo in Euãg. Sed per œ,diphthongũ, Cœnotaphiũ sigñat cõe multorũ sepulchrũ, qđ Græce polyandron quo que dicitur. Taphos nã que sepulchrum ĩterpre tatur.Cenos autẽ sine di phthon.uacuus,cęnos p œ,diphthon. sigñat cõe.
Censeo,es,est arbitrari, vñ censores dicti, ad quorũ cẽsionem.i. arbitriũ cen serẽt populus, ut scribit Varro de lingua Latina. Festus quoq;: Censores, inquit, dicti sunt quod rẽ suã tãti quisq; æstima re,solitus sit, quanti illi censuerint. Hinc dñr Cẽ siti, quorum res est æsti mata certa quadã sum ma & per eam in classẽ suã redacti,q ẽt Opitecẽ si.i. opib. censiti dicebã tur:& Capitecensi, qui nullo aut paruo ære cen sebantur. Autor est Gel. lib.15.&Valerius ubi de Mario.In codicis Iust.li. 11.tit.est de agricolis cẽ sitis,& infrà, In quibus causis coloni capite cen siti dños accusare pñt. Pomponius tit. de acq. rer.dom.l.ergo.Censito rũ,inquit,vice fungitur.
Centones sunt cilicia ex pi lis caprarũ, siue panni crassiores ex lana diuer sorũ colorũ cõsuti. Pau. in Epid. In aliũ quæras cui centones sarcias. Iu uen.Intrauit calidum ve teri centone lupanar.Ca to de re rust. Prius uete rẽ sagam accipito,vñ fiãt centones.De hmõi rusti cis cẽtonib. loquitur cõ

sultus Vlp.li.33.dige.de fundo instr. Cẽtones,inquit,funes perticę. Acc. Vgutii autoritate,centones interpretatur puluinaria.i.opus factũ admodum puluinariũ. Quid uerò per puluinaria ipse ĩtelligat, ego nõ uideo, cum autore Seruio puluinaria sint lectuli qui sterni templis consueuerunt. Principum quoq; puluinaria dñr, ut apud Iuue. Lupanaris tulit ad puluinar odorẽ. Catullus quoq; de nuptiis Pelei: Puluinar uerò diuæ geniale uocatur.

Centurio miles dicebatur qui præerat centum militibus, & cohors illa cui ꝑerat, appellabatur Centuria. Centurionis insigne, uitis erat, siue sarmẽtum ex uite. Plinius: Cẽturionum, inquit, in manu uitis. Iuue. de Mario sub centurione constituto: Nodosam post hæc frangebat uertice uitem. Luc. in 6. de Lelio cẽturione: Latiam lõgo gerit ordine uitam. Et Sillius libro 6. Leuius ab alto Priuerno uitis Litiæ præsignis honore. Et Martiali: Varre Paretonias Latia modo uite ꝑ urbes. De uite quoque centurionem meminit Iurisc. lib. 40. dig. ti. de re mil. l. milites agrũ. Si uitẽ tenuit, militiã mutat.

Certamẽ pro ludo in quo est contentio, ubi ẽt uictori ab agonotheta prę mium proponitur. Scæ. tit. de annuis leg. l. liberto. Certamina, inquit, sub nomine ipsius celebrarentur. i. ludi.

Certiorem facere quẽpiã eleganter dicitur, & nõ facere certum. Nã quod Virg. in Aen. dixit: Anchisen facio certum, carminis necessitate excusatur, ꝙ certiorẽ in uersu nõ potuit collocare, q̄d syllaba breuis est inter duas longas, quod heroicum carme reformidat. Vtuntur Iurisc. hoc uerbo Certioro, as, q̄d apud eos qui purè loquuntur in usu non est. Vlp. li. 27. dig. de eo qui pro tuto re. l. 1. Sed necessarios, inquit, pupilli non certiorauit. Idẽ quoq; li. 27. ti. mandati. l. si fideiussor.

Cum

inquit,eũ,nõ fecit. Certifico uerò, & certificatio nusquã qđ meminerim legiť,nisi in li. di.ti. de excu.Honores,inqt, & immunitates certificauit scribẽt. Itẽ de pignorib.&hypothecis,l.cũ tabernã,quæ est Sceuolæ, lib.20. dig. Nõ certificationẽ,inquit, sed suppositionem à me accipere.

Ceruisa,uel ceruisia,vel ceruisium,potio est ex bordeo,siue tritico, siue ex pane cõcinnata,& est ferè quã sacrę literę ex Hebræo sermone interpretãtur Sicerã, & idẽ qđ zithũ.Sicera uerò, Hiero. ait, est oĩs potio põt q̃ inebriare,pter vinũ,Vlp. li.33.dig.de tri.&ui.leg. l.si qs.Nec camũ,inquit, nec ceruisa cõtinebiť.Et paulò ante. Certè zithũ qđ in quibusdã prouinciis ex tritico uel ex hordeo,uel ex pane conficitur.Str.lib.27. ĩ descrip. Aegypti,scribit cõe illis populis esse poculum & fieri modis uariis,appellatur aũt ã Græcis zithũ, ab interprete ceruisum.

Character,eris, interpretať figura, uel signum, uel forma. Cic. ad Brut. in orat. In omni re difficillimũ est formam, q̃ character Græce dicitur,exponere.Sed &styli genus character ab autorib. dicitur.Vlp.li.28.dig.ti.de test.l.ad testiũ. Dũ tñ,inqt,habuerit characteres, dixit,p figuris literarũ.

Charta est pagina scriptioni apta ex quacunq; materia illa sit, siue ex plũbo, siue ex cortice, siuę ex linteis, siue ex papyro,siue ex corio, q̃ diciť mẽbrana.De chartarũ generib.Pli,multa li.23.Natur.hist.Vlp.ti.de le.3.l. librorũ.Librorũ,inquit, appellatione oĩa volumina cõtinenť,siue in charta,siue in mẽbrana sint, siue ĩ quauis materia, neque.n.mẽbrana excludiť a chartę appellatione cũ charta mẽbrana appellatur,Idẽ quoq; ibidẽ: Si qs,inqt,charta legauerit puras mẽbranæ, nõ cõtinebunť,q. d. nisi addať, charta mẽbrana.Idẽ quoque Vlp. in ti.de bonor. possess. sm tab. l. chartæ

appellatione, etiã ad no uam chartam refertur. Chirographum, est pictura ex manu propria, quam autographum et appellant. Sue. in Augusto: Nihil æque elaborauerat, q̃ ut imitarentur chirographum suum. Differt autẽ chirographũ à syngrapha, ꝙ ĩ chirographo tm̃ quę gesta sunt scribi solent, in syngrapha et cõtra fidem ueritatis pactio scribitur. Idem in eodem: Cuius pacti nõ dubitauit à quibusdam iusiurandum, à q̃busdã syngraphã petere. Per syngrapham intelligit Suet. chirographum ꝓpria eorum qui pacisce bantur manu scriptum, in quo talis pactio scripta erat nec negare possent. Paul. lib. 42. dig. tit. de priu. cred. l. bonis, à chirographo chirographariũ formauit, quod significat eum qui a debitore augraphũ debiti habet. Chirographariis, inquit, creditoribus.

Choma, atis, ex Græco interpretatnr agger, eris. Ex autem agger, ut inqt. Seruius in illlud Virg. 10. Aen. Atque ipsis plia miscent Aggeribus, terra illa quæ facto vallo pro pius ponit. Vnde ti. est apud Iurisc. de aggerib. Nisi non rumpendis. Illi igitur aggeres proprie dñr chomata Græcè. Vlpia. li. 47. dig. ti. de extra ordinariis criminib. l. sacularii. Chomata, inqt, sunt aggeres qui solent aquam Niloticam continere. Et ibidẽ sæpe. Vbi semper pro choma per ch & o lõgũ, coma, atis, ꝑ c, exile mẽdosè legit.

Chrysamos Græce dicitur, quã ut ait Plin. Hispani balucã appellãt, de qua satis multa scripsimus in uerbo baluca, dicta à chrysos siue chrysiõ, qđ est aurum. Iusti. codicis lib. 11. ti. de metallariis. Octones, inqt, scrupulos in baluca, quæ Græcè chrysamos dicitur. Acc. non minus in chrysami delirat interpretatione q̃ suprà fecerat ĩ baluca: Chrysamos, inquit, Græcè, Latinè, utilitas, ut sit chrysamos. i. in utilitate publica: cum tm̃ distet chry

chrysamos à chresmos qđ interpretat̃ utilitas: quantum Thais ab Hermione. Illud nãq; ꝑ ipsilon, hoc per eta scribit̃.

Cidonium malum, idẽ est quod cotoneum, & uinum cidonium, quod ex malorum cidoniorum conficitur succo. Vlp. ti. de ui. trit. leg. l. si quis. Cidonia, inquit, & si qua alia sunt uina, q̃ non ex uinea fiãt. Ea uero, ut diximus, sub ceruisia siue zitho contineri vñr.

Cymbium poculi quoddã genus est, dictum à similitudine cuiusdam nauigii. Est autem cymbium in forma diminutionis ab eo quod est cymba. Virg. Inferimus tepido spumãtia cymbia lacte. Pau. 33. dig. de au. & ar. leg. l. pediculis. cymbia, inquit, argentea crustis aureis illigata.

Cilicium proprie dicitur textum ex lana caprina, ad usum maxime tentoriorum, siue castrorum, ut dicit Virg. lib. 3. Geor. Vñ cilicina saga fiebant ad pluuias arcẽdas. Exodi c. 20. Facies, inqt, & saga cilina undecim ad operiẽdum tectum tabernaculi. Veg. quoq; li. 4. de re milit. saga cilicina ꝑtendi ꝑcipit, ad excludẽdos impetus sagittarum Vlp. li. 33. dig. tit. de fundo instructo. l. instrumẽta. Vela, inqui cilicina instrumẽta esse Cassius ait quæ ideò parantur, ne ędificia uento laborent.

Cingere arborem est illam deglabare siue delibrare, hoc est decorticare, siue corticẽ detrahere, encernardar Hispani dicunt, quo facto arbores inarescunt. Paul. lib. 47. dig. tit. arborum furtim Cæsarũ. l. cedere. Cingere, inquit, arborẽ, est illã deglabare. Itẽ infra l. furtim. & Alphi. li. 19. dig. ti. locati & cond. l. in legẽ locationis. Neve quẽ cingere, cędere, urere finito

Circeiensis, e, nomẽ possessiuũ gentile ab eo ꝙ est Circeii, orũ, oppido Italiæ in Latio ueteri, atq; ꝓmontoriũ eiusdẽ noĩs, quõdã insula, ut inquit Pli. autoritate Homeri, uasto mari circundata. Hic Circe uenefica illa

decantatissima regnasse dicit,quo tpe Vlysses or bē pererrabat. Hinc Pli. de ostreis:Cādidiora,iqt circeiēsib. Liuius : Circe iēsiū qdā cogniti,&colo ni à Velitris.Pau. li. 22. di.ti.de iu.& fa. ign.l.re gula.est.Ad opus,iqt,aq̄ ductus reip. Circeiēsiū.

Circēses ludi appellant qui in utero magno Romæ fiebāt, atq; inde dicti ea forma qua ab Hispali Hi spalēsis. Ex quo Seruii Grāmatici, & quorundā aliorū error conuincit, q putant circenses ludos esse dictos,quod vbi suo tpe metæ fuerunt, olim gladii ponebātur, quos circuibant, vñ ludi circē ses,q̄si circū enses.Virg. lib.8.Aen. Magnis Circē sib.actis.Et Iuue.Si potes auelli Circensib.optima Soræ.Herm.li.50.dig.ti. de munerib.l.i.Equorū, inquit, circēsiū spectacu la.Ex Pau.li.30. dig.qui est de leg.1.l. ciuitatib. Ludos,inquit, scenicos uel ludos circenses.

Circitores dñr,qui uigilias nocte circumeūt. Hispa ni rondas uocant.Vege. lib.5.de re mil.Tribuni, inqt eligūt qui uigilias circūeunt,ut renuntient si qua remerserit culpa, quos circitores appellāt nunc militiæ factus est gradus.Qui.in Priapeia. Quid mecum tibi circi tor moleste?Ad me quid ꝓhibes venire furē?Vlp. lib.14. dig.tit.de instito ria actione.l.quicunque circitores uocat, q circū feruntur merces ꝑ uicos & urbes uendēdi causa.

Circulatores circunforani dñr qui publicè offucias quasdā & p̄stigias faciūt ut uideantur deuorare gladios, & irritare serpē tes,& talia q̄dam facere. Apuleius in primo de asi no : Circulatorē aspexi equestrem spatham præ acutā mucrone infesto deuorasse, ac mox eūdē inuitamēto exiguæ sti pis uenatoriā lāceā qua parte minat exitium, in ima uiscera condidisse. Pau.lib.42.dig.ti. de ex traordinariis criminib. l.in circulatores, q serpē tes circunferunt & ꝓpo nunt, si cui ob eorū me tum damnum datū est.

Cir

Circunscribere est fraudib. cauillationibusque in iudicio uti, ut causam ob tineas, uincasq; aduersarium. Ambrosius in Lu. c. quarto. Vtitur diabolus testimoniis scripturarũ, non ut doceat, sed ut circũscribat & fallat. Idẽ ad Constantinũ: Nec q́s quam aut uiduam spernat, aut circunscribat pupillũ, & ibidẽ: Quid circunscribitur frater? fraudatur mercenarius? Inde circunscriptio. Idẽ Ambrosius ad Irenæũ: Omnia plena fraudis, plena circunscriptionis. Et circunscriptor, oris. Iuue. Pupillũ in iura uocantẽ Circunscriptorẽ, Iul. lib. 44. tit. de exceptionib. l. exceptiones. Quæ minori, inquit, uigintiquinq; annis circunscriptio.

Circumuenire in eadẽ propè significatione accipitur, qua circunscribo, vñ illi ꝓprie dñr circũuẽti, aliquos grassatores quasi ex insidiis adoriũtur. Cæsar in commentario Hispaniensi: Cùm undique se circumueniri animaduertisset. Amb. in illud euang. Reddite quæ sunt Dei Deo: Nec interest apud Deum utrũ ui aut circumuentione res alienas occupet, ti. de doli mali, l. apud Celsũ.

Cisterna, pluuialis aquę cõceptaculũ est; dicta, ut inqt Festus ꝙ inest in terra. Mart. Sit cisterna mihi q̃ uinea malo Rauennæ. Vlp. lib. 43. dig. de fonte deducendo, l. i. Cisterna, inquit, non habet perpetuam causam, nec uiuam aquam. Sed si uinum condatur in conceptaculo cisternæ similì, cisterna quoq; per translationem põt appellari. Vlp. li. 47. de furtis. l. vulgaris. Et quidem, inquit, si cisterna vini sit.

Citreæ mẽsæ. i. ex citri materia, celebrãtur apud autores, & fuerunt in tãto ꝓcio, ut cũ aliqñ uiri obiecissent fęminis nimios sumptus, quos in coemẽdis margaritis faciebant & uos, inquiũt, mẽsis cĩtreis vtimini. Sꝫ cũ apud oẽs constet, citrũ arborẽ & mala citrea esse q̃ postea cępta sũt cognominari mala rãcia, quorũ materia

ęt alibi, ſed in pedib. maximè naſcitur; ſed præcipuè ex contuſo: à Græcis helos dicit, ut apud Gal. lib.10.& 11. de med. ſimplici. Hoc morbo periit Sill.Ital.ut autor eſt Plin. Cæcilius in epiſt. Vlp.li. 21.tit.de ædil.edic.l. qui clauum. Qui clauum, inquit,habet,morboſuseſt.

Cliuoſa dicuntur loca in ſublimè clementer ſurgẽtia, nam cliuus eſt montis latus. Vnde decliuis ex monte deſcendens, ac cliuis ad montem aſcendens. Virg.1.Georg. Cliuoſi tramitis undam Elicit.Et Iuuena.Cliuoſę ueheris dũ per monumenta Lat.Vlp. li. 43. ti. ne q̃d in loco.l.ꝑtor.Via cũ' plana fuerit ſi cliuoſo fiat'.

Cloaca alueus eſt ꝑ mediã urbem in quem latrinarum ſordes cõfluũt. Itaq; latrinæ ſunt quemadmodũ Hiſpani dicunt, priuatæ:dictæ ab eo ꝙ lateãt, Cic.autore. Cloacæ uerò ſunt publicæ,quod elegãter Col.vno uerſu expreſſit,dicẽs: Immundis quæcunq; uomit latrina cloacis.i. quod ex foris priuatis ſordes cõfluũt in cloacas publicas,&inde emittuntur extra urbẽ.Vnde Iuuen.de Tiberino piſce dixit: Pinguis torrente cloaca.Vlp.li.43.de cloacis.l.1.Cloaca eſt,inquit, locus concauus per quẽ colluuies quædam fluat. Inde cloacarius qui cloacę curam habet.Vlp.li.7. de uſufr. & quemadmodum quis utatur.l.ſi pãdẽtes.Si quid,inq̃t, cloacarij nomine debeatur.

Coalluere eſt per alluuiorẽ aliquid augere. Pompo nius lib.41.ti. de acquir. l.ergò.Paulatim aliquid coalluendo locum emi nentẽ ſupra alueũ fecit, & eum alluendo auxit.

Coccũ, eſt granũ quod in quiſquilia inuenitur fruticę,grana Hiſpani appellãt,vñ purpura adulteratur.Plin.lib.9.Coccũ Gallatiæ rubẽs granum, aut circa emeritã Hiſpaniæ in laude eſt. Idẽ lib. 16. Quercus dotes ilex ſolo prouocat cocco. Granũ hoc, primoq; ceu ſcapus fruticis paruæ aq̃foliæ ilicis cuſculiũ uocãt: pẽſionẽ alteram tributi pau

pauperib. Hispaniæ donat. Vlp. lib. 32. dig. q. est de legatis tertius. l. si cui. Purpura, inquit, & coccū quia nihil natiui coloris sunt contineri arbitror. Quod Accursius exponens, nescio quas nugas affert: Coccum, inquit, bis tinctum in constructiones tabernaculi erat quidam pannus sericeus duorū colorū, & videt̄ extra uirides, & ītra ruber.

Cœliaci dñr fluxu uentris laborātes, qui à Latinis aluini dñr. Nam cœlia Græcè Latinè interpretatur aluus. Consistit autē morb. ille in uentriculi porta, quæ à Græcis pilurus dicitur, ex Cornelia Celso li. 4. Iuriscōsultus in tit. de ædil. edicto.

Cœmiteriū interpretat̄ dormitorium, dictum à cœmome quod est dormio non cimiteriū quemadmodū vulgus nūc loquitur. Cōditoria uerò siue sepulchreta mortuorū ī nostra religiōe dñr cęmiteria. i. dormitoria, qm̄ pp̄ spem resurrectionis, mortuos consueuit dormiētes appellare, & eos dē dormire in domino.

Cœnaculum, inquit Valla, & formā diminutiui habet, diminutiuū non est, neq; est locus in quo cœnat̄ tm̄ sed superior domus cōtignatio, Festus: Cœnacula dicuntur ad q̄ scalis ascenditur. Liuius lib. 39. ab V. C. Cœnaculū super ædes datum est scalis ferentibus. Paulus lib. 43. dig. tit. uti possidetis. l. si duo. Sed si supra ędes quas possideo, cœnaculū sit. & ibidem sæpius. Itē in tit. de iis qui eiec. aut effud. sæpissimè.

Cœtus, cōuētus est siue cōgregatio, à coeundo dictus. Virgil. primo Aen. Et cœtu cinxere polum. Vnde in decre. dist. decimaquinta. Qui cętum fecerit, ut inquit Seneca in declamationib, capitale est, id est, dignus morte.

Collegium, ut scribit Neratius Priscus tit. de uerborum sig. l. Neratius. à tribus fieri pōt, quū plures uideantur in collegio cōtineri, Sed cùm duo tātū sint cōsules, atq; alter alterum collegā appellat, nonne dicemus collegiū

consu

consulum? quandoquidē collega & collegium cō iugata sunt. Numa Pōpilius instituit collegiū tibicinum, aurificū, architectorum, tinctorum, coriariorum, fabrorum, & figulorū. Erit itaq; collegiū illorū qui sunt eiusdē ordinis & ꝓfessionis: ut Papin. li. 27. titulo de excusationibus. l. qui in collegio pistorum sunt, à tutela excusantur. Item lib. 47. dig. de collegiis illicitis, sæpè.

Colludere, in fraudum tertii est conuenire. Vñ est collusio dictū, ꝙ simul ludant. i. illudant tertium: quod in libris dig. sæpè legitur. Est præterea titulus đ collusiōe detegēda.

Colū niuarium, instrm̄ erat ad percolandum aquam siue uinum ex niuibus eratq; collū illud aut ex uiminib. ut apud Virg. in 2. Georg. Tu spisso uimine quallos Colaq; prę lorum fumosis diripe tectis. aut ex sacco cilicino siue lineo, ut Mart. in disticho cuius index est, Saccus niuarius: Attenuare niues norunt & lintea nostra. Frigidor colo nō salit vnda tuo. Aut erat ex argēto, ut Pōp. de au. & arg. leg. l. in argēto, In argēto, inquit, potorio, utrum id duntaxat sit in quo bibi possit, an etiam id quod ad præparationē bibendi cōparatū est, ueluti colū niuariū & vrceoli. pro quo mēdosè legitur colūnarium, nihil, uerbū. Ex Mart. poeta, in disticho cuius titulus est, Colum niuariū: Setinos moneo nostra niue frange triētes. Sed de hoc in obseruatiōib. nr̄is plura.

Comes cū sit nomen ad aliquid dictum, referaturq; ad ducem, quod utrunq; nomen est honoris: aliquando tamen dicit̄ absolutè, ut apud Horat. in 1. Serm. Hospitio modico rhetor comes Heliodorus. Comitatus uerò dignitas multiplex fuit, puta comes cōsistorii, comes largitionum, comes sacri palatii, comes rerū priuatarū, comes prouinciæ, comes oriētis, comes scholarum, de quib. cum aliis in locis, tum in Codice Iustin. multa leges.

Comi

Comitia dicebantur apud Romanos, cõuentus populi: dicta à coeũdo, hoc est conueniendo in vnũ locum ad suffragia ferẽda, aut aliquid aliud faciendũ. Fuerũt aũt comitia calata, quæ rursus in centuria & curia diuidebãtur, quemadmodum suprà diximus, in uerbo calata comitia.

Commeatus duo signat, nã omnia quæ ad uictũ publicum pertinẽt, cõmeatus nomine cõtinentur. Sallust. in Cat. Cõmeatus abundè, municipia atq; coloniȩ parebũt. Est prȩterea cõmeatus facultas quæ datur militi abundi ex exercitu ad pscriptũ tempus. Festus: Cõmeare, inquit, est ultro citroque ire: unde cõmeatus dicitur tempus quo ire & redire quis possit. Liuius li. 21. ab V.C. de Hãnibale milites suos post expugnatam Saguntum alloquẽte: Si quis, inqt, uestrũ suos uisere vult, commeatum do. Idem lib. 22. Magna pars militum sine commeatib. dilabebatur. Marcellus lib. 48. dig. tit. de pœnis. l. relati. Commeatũ, inquit, remeatumve darem. Itẽ de re militari. l. 1. & l. de sertorẽ. Itẽ ad municipales. l. quoties. & l. Titius.

Cõmeatalis miles, dicitur qui in stipendii partem accipit alimenta ex commeatu, id est, ex alimẽto publico: nam quemadmodũ diximus, cõmeatus in priori significatione accipitur pro cibariis atq; alimentis exercitus. Iustinianus in tit. de prȩfecto prætorio Aphricȩ. l. quas Deo. Nullum audeant duces uel tribuni commeatalem de ipsis dimittere, ne dum sibi lucrum student conficere, incustoditas nostras relinquant prouincias. & infrà: Nõ de commeatib. militum, aut de eorũ stipẽdiis lucrum facere.

Commentum, ti, est fictio ab eo quod est comminiscor comminisceris. Terẽ. in Andr. Ipsis commẽtum placet. Virg. in secũdo Aen. Timidi commẽta retexit. Naupliades animi Papinia. lib. 48. dig. l. miles. Socer cum nu

nurum adulterii accusaturum se libellis præsidi datis testatus fuisset, maluit ab accusatione desistere, & lucrum ex dote magis petere: quæritur, an eiusmodi commẽtum eius admitti existimes? Accursius pro commẽto, commeatũ legit. Item Marcellus lib. xlix. digestorum. titulo de iure fisci. l. res quæ. Dignũ fuisse puniri pro tã turpi, tamque inuidioso commẽto. hic Accursius pro uoluntate inspecta exponit. Item Vlpianus tit. de rebus eorum. l. quamuis. Tam callidum commentum in exẽplũ coercere debeat.

Commentariensis ab Asconio Pediano is dicitur, qui præest à commentariis, id est, libris & rationibus publicis. Hierony. in secũdo Regum, cap. octauo: Iosaphath autẽ præerat à commẽtariis. Pau. lib. 46. dig. de iure fisci. l. in fraudem. Ea, inquit, manu commentariensis annotanda sunt. Neque dictus est quia acta ei committuntur, ut ait Accursius. Aliàs pro carceris custode accipit. ut C. de custo. reo. l. ad commentarienses.

Committere inter alia significat etiam pugnã cõserere: ut apud Lucanũ in primo: Exiguũ domi nos commisit asylũ. & Martialis: Victores committe Venus. Iurisconsultus lib. ix. dig. tit. si quadrupes pauperiẽ. l. i. Cùm arietes, inquit, & boues cõmisissent, & alter alterũ occiderit, sub audiendũ est. n. pugnã.

Commune pro repub. ut uulgò dicitur communidad. Ouidius 12. Metamorph. Genisq; simul commune Pelasgę. Horatius 2. Carm. Priuatus illis census erat magnum commune. Cice. tertio in Verrem: Quomodo iste commune miliadũ uexauit. Scæuola li. xlvi. tit. de appell. l. Imperator Alexander cõi, &c.

Compendium, in uia est contractio quædã & breuitas, quàmmaxima esse potest, sicut econtrario dispendium uia per ambages. Modestinus li. 50.

dig.

dig. ti. de legationibus. l. eundem. Itineris, inquit, compendium subeat. & per translationem tit. de admi. l. Titium. Vtrum compendium negocii, an usuras præstare debeat, &c.

Competẽter, pro eo quod est mediocriter & cõuenienter, & cõpetentia pro ipsa mediocritate & cõuenientia. Gell. li. 1. Omniũ membrorum inter se competentia. Idẽ lib. 15. Plures simul ad eãdẽ competentiam nasci nõ queunt. Martianus: Memoratum arbitror competenter quæ sint fastigia literarum. Iurisconsultus tit. solu. matri. l. si cũ patri & filiæ competenter consulatur.

Compilare, est facto impetu in quempiã grassari, quod propriè latronum est. Horat. primo Serm. Serui ne te compilent. id est, te adorti trucident. Aliquando accipitur pro eo quod est aliorum scripta & inuenta furari: ut idem in eodẽ, Ne Crispini scrinia lippi compillasse putes. Macrobius lib. 1. Saturn. Possem pluribus edocere, quantum semutuo cõpilarint bibliothecæ ueteris autores. Pau. lib. xlviii. tit. ad legem Iuliã peculatus. l. sacrilegi. Sunt, inquit, sacrilegi qui publica sacra compilauerint.

Cõpingere, est res diuersas in unũ coagmẽtare atq; cõglutinare. Vnde est illud Iob c. 10. Hier. interprete: Ossib. & neruis cõpegisti me. Celsus lib. 6. Tenuissimis minutissimisq. officulis caput cõpingeret. Paul. lib. xlvi. dig. de solutio. l. qui res. Si nauem, inquit, eisdẽ tabulis compegerit.

Cõcameratio, est structura fornicata siue testudinea: nam camera est fornix siue testudo, unde cõcamerare est camerã struere. Plinius lib. 34. Dinnocrates Alexandri architectus Archinoes templum concamerare instituerat. Vitruuius lib. 2. Neq; paries, inquit concamerationes recipit. Idẽ lib. 6. Si hypoges cõcamerationesq; institue

tuerentur. Labeo lib. 32. dig. de le. 3. l. si cui ędes. Aliquod, inquit, concla ue, quod supra concame rationem.

Conclaue, quid sit omnes norunt, nã est in domo locus secretior, sed ideo posuimus hoc in loco, quia in proferendo accẽ tu pleriq. omnes peccãt cum. n. in penultima col locari debeat, in tertia à fine ponunt. Hor. 2. Ser. Currere per totũ pauidi cõclaue. Clauis nãq; pri mã producit. Vlp. li. 25. ti. de uentre inspic. l. 1. in quo, inquit, cõclauit mulier paritura erit. Itẽ Nera. li. 39. di. ti. de dãno infe. l. quod Corn. Con claue, inquit, binarum edium.

Concinnare, inquit Festus, est apte cõponere: nã cĩ nus, ut ait, mixtio est. Pli. li. 14. Cato iubet uina cõcinnari ad cinnũ. Inde cõcinnatorius, a, um, res ad cõcinnãdũ apta. Pan. li. 33. dig. ti. de penu leg. l. instrm̃. Vasa, inquit, cõ cinnatoria instrumento non continentur.

Conditura, est illud quod ferculis aliisque esculen tis concinnandi condi ue gratia solet adhib ri. Apud Col. lib. 3. de re rust. caput est de oliuarũ cõditura Vlp. li. 33. dig de trit. & uino leg. l. si quis. Quod potius, in quit, cõditurae loco fuit.

Congiarium, sportula erat quae diurni cibi nomine comitibus, anteambula tionib. assectis, stipatori busq. suis potentiores ciues distribuebant: di ctum a congio uini men sura sextarios sex capiẽ te. Plin li. 14. Trib. cõgiis epotis uno impetu. hinc congiarium: Mart. Cẽtũ miselli iam ualete qua drantes Anteambulonis congiarium lassi. Pau. li. 33. de fundo instru. l. ta bernae. Vrnę, inquit, ęreę & cõgiaria & sextaria.

Contignatio, est trabium coassatio ad tabulata coe naculaq. cõstruẽda. Pli. li. 35. Sesquipedalis pa ries nõ amplius qui unã contignationẽ sustinet. Liu. li. 21. ab V. C. Bouẽ in tertiam contignatio nẽ sua spõte scandisse re ferr. Papinianus lib. 8.

de seruit.urb.præd. l. binas quis. Binas, inquit, quis ædes habebat una contignatione testas.

Continens plerunq; pro cōtinuus, hoc est, continuatus accipitur. Cic. j. Tusc. quæst. Continentem orationē audire malo. Cels. lib. 3. Et multo magis si continentes febres sine remissione sunt. Triphō. lib. 27. de excus. l. Titius, Testō, inquit, Romę concepto, ut in cōtinentib. Item Vlp. li. 39. de aqua pluuiali arc. l. 1. Noceat loco qui est intra continentia ædificia. Pau. de uer. sig. l. urbis Romæ, in q̃t. cōtinentib. ædificiis.

Conturbo, as, prӕter illum sign̄atum, quem habet in promptu, sign̄at ēt de coquere. siue fidem frangere, nec creditori uelle aut posse soluere. Martialis: Cōturbabit Atlas & non erit uncia cœlo. Decidat tecū qua pater ipse deùm. Iuuenalis: Sic pedo conturbat, Matho deficit, exitus hic est. Alphenus li. 11. in tit. de in rē uerso. l. quidē fundū. Postea, inquit, conturbauerat qui boues uēdiderat. Idē de īstitoria actio. l. quicunque. Si quis pīstor seruum suū solitus fuit ad certum mittere locū ad panem uendendum, deinde conturbauerit, Acc. i non fecit qđ conuenit, exponit.

Corbis, textū est uimineū, quod Græcè, ut Priscianus ait, cophinus appellatur, sed proprie corbis est quo messes excipiuntur. Varro de lingua lat. Corbis, inquit, dicta ab eo quod spicæ aliudve quid eo corruebat. Sed cùm grammaticis sub genere fęminino relinquatur. Seruius in 1. Georg. autoritate Cic. sub fœmino proferendum esse dicit, qui dixit messoria se corbe contexit. Vlp. li. 33. dig. de fund. instr. l. instrumenta. Instrumenta, inquit, cogendi fructus, queādmodū torcularia, corbes, falces messoriæ, falces fœnariæ.

Corinthia æs, & uasa corinthia, ab ære corinthio dicta, qđ Corintho urbe Achaię Rom. euersa & īcēsa, ex uariis sit metallis

lis conflatum. Pli. de ære corinthio: Casus inquit hoc miscuit, Corintho cum caperetur incensa. Sed autor ostendit opifices nobis corinthiorum uasorum Corinthi excidium præcessisse. Martialis: Consuluit nares an olerent æra Corinthon. Suetonius in Augusto: Propter uasa, inquit corinthia īter proscriptos curasse referendos Iabolenus Priscus, de leg. 3 l. hæres. Cui Corinthia inquit, uasa legata essent, & sequitur: Proculus uero recte ait, si æneæ quidem sint abaces; si autē corinthiæ, deberi. Accursius corinthiæ .i. de uili materia, puta palea uel herba palustri exponit, putans preciosiora esse uasa ænea, q̃ uasa corinthia: atque ita lectionē cum sensu perturbat. Erit igitur ordo & literę sensus talis: Proculus uero recte ait, subaudi abaces deberi, quia uasa corinthia erant in tanto pretio, ut una libra permutaretur aliq̄ñ quingētis. Aequitas itaq; legis in hoc cōsistit, quod abaces ex uiliori materia debentur, ex preciosiori tamen non debentur.

Corpus pro collegio à Iurisc. nonnunquam accipitur, ut Calist. lib. 27. de excus. l. nō tm̃: Non omnia, inquit, corpora uel collegia uacationē tutelarū hñt. Item Pomp. lib. 41. tit. de usuc. l. rerū. Corporum, inquit, tria gña. Iust. quoq; Cod. de legib. & const. l. q̃ ex relationib. Quibuslibet corporib. inqt, aut legatis.

Corradere pecunias, est undecunque illas cruscare atque conquirere. Ter. in Adel. Minas decē corradet alicunde. Idem in Phor. Munus hoc ei corraditur. Vlp. ti. de bonis damnatorum, l. diuus. Plerunque, inquit, corrasas pecunias Præsides ad fiscum transmiserunt.

Corriuales, dñr qui ex eodē riuo simul aquanř, & per translationem, qui eādē amicam hñt cōem. Vlp. lib. 43. de aqua æsti. l. 1. Corriuales, inquit. i. qui per eūdem riuum aquā deducunt.

cotidie per c, & non quotidie per q, debere scribi Quintil. est autor li. 1. de Orator. insti. Frigidiora, inquit, his alia, ut, quicquid, c, quartā haberēt: & quotidie, uerum hæc iam inter ineptias euanuerunt. Frigida esse & inter ineptias numerat Quint. quod quotidie ꝑ q, literam debeat scribi. Victorinus quoq; in lib. de orthographia cotidie ꝑ c, literā debere scribi his uerbis ostendit, Quāuis, inquit, coccus à coquendo, & cotidie à quoto, & die deriuatiua sint, ꝑ c, nō per q, scribenda sunt. Adnotarunt & hoc Ang. Polit. & Lau. Abstemius, & Lud. Bonognius ī adnotationib. suis.

Cotoria, æ, uena est vñ cotes excindunt, sicut Sulphuraria, vñ sulphur eruitur. Stypteria unde alumen. Alphenus li. 39. de publ. & uecti. l. Cæsar, cū insulæ Cretę cotorias locaret legum dixerat.

Cretæfodina, dicta est vñ creta effoditur. Sed cum multa sint Cretæ gña, cymolia, sarda, umbrica, saxea, argentaria, figula: de cymolia cretā intelligendū est dixisse Iurisc. li. 27. dig. tit. de reb. eorum q l. sed si. Cretæfodinas, in qt, uel argētifodinas, uel aliud simile. Caius li. 39. de publicanis, & uectig. l. sed & ij. Est aūt creta cymolia qua utuntur in lanificio pannarii, ad lanæ duriciē molliendam.

Crinale, ornamentum capitis est ad singendū capillos ne turbentur euagenturq. Ouid. 3. Metamor. Nec torques collo, nec habens crinale capillos. Idem in 5. Curuum crinale capillos. Virgi. Aen. 11. Pro crinali auro pro longæ tegmine pallæ. Vlpia. lib. 34. de au. & ar. le. l. argō. Fasciæ, inquit, crinales pedulesq́. Phil. Ber. nō legit crinales, sed fascię crurules pedulesq́ue quasi fasciæ sint crurum pedumque munimenta quædam.

Cucuma quid sit, nondum liquet mihi, neq; .n. ego is sum qui incognita ꝑ cognitis habeam. Angelus Poli. obseruatronem fecit de cucuma, sed q̄d ca

ea esset non ostendit. Nã cũ dicit Mart. ad Torquatum. Cucumã fecit Otacilium uidetur esse genus ædificii tugurii pauperis. Ambros. in uita B. Agnes pro uase quodã æreo uidetur posuisse Dij, inquit, tui ærei sunt ex quib. cucumæ melius fiunt. Vnde cucumelam inter uasa posuit lib. 8. dig. Vlp. ti. si seruitus l. si qñ. Seius, inquit, syluam seuisset, in qua labra. & crateras & cucumelas positas haberet. Pro gñe verberis cuiusdam posuit Mart. lib. 24. ad l. Cor. de Sic. l. 1. Si claua, inquit, percusserit, aut cucuma. Petronius arbiter ꝑ fornace uidetur posuisse.

Culleus, uter est ex corio bouis, capiẽs 20. amphoras. Pris. de pond. & mẽs. Culleus hac maior nulla est mensura liquoris. Pli. lib. 13. Septenos culleos singula iugera musti. Vlpia. li. 33. di. de fun. inst. l. q̃situm. Cuppæ, inquit, & cullei. Item Scæu. eo. lib. tit. de ann. leg. l. legatum. Vini, inquit, falerni quod domi nasceretur quotãnis binos culleos. Est præterea culleus mẽsura frumentaria tantũ dẽ capiens. Scæu. lib. 13. dig tit. de pig. act. l. ult. Pecuniã sub pignore culleorum accepit. Est præterea culleus publica paricidarum pœna ex l. Põpeia de paricidis. Hinc Iuuenalis de Nerone paricida: Cuius supplicio non debuit una parari Simia, nec serpens unus, nec culleus unus.

Cuppa, & cuppula, uasa sũt uinaria, hoc est in quib. uina conduntur. Nonius Marcellus de generib. uasorum cuppas ponit & Vlp. de fund. instru. l. instrumenta, ubi cuppas exponit uasa uinaria lapidea, uel de terra facta, cũ illa sint dolis, cuppæ uerò ex lignis cõstẽt. Itẽ de le. 3. l. cuius. Vasa, inq̃t, vinaria. i. cuppæ & dolia q̃ ĩ cella defixa sũt. Inde cuppula parua cuppa, ut de tri. & vi. le. l. si cui. In cuppis, ĩq̃t, siue cuppulis

D

Dactylotheca interpretatur annullorum repositorium

sitorium, nā dactylus digitus, & annulus īterptatur, & theca repositoriū. Plin. li. 37. Dactylothecā primus omnium habuit Romæ priuignus Sillæ Scaurus. Martial. Dactylothecā, inquit, non hēt. Pau. lib 32. de leg. 3. l. argento Annulis legatis dactilothecę non cedūt, atq; ibidem. Iterū in dactylotheca, inqt, legato.

Damno, damnas, præter illam notā signonem significat etiam obligare, ut Virg. in Buc. Dānabis tu quoq; uotis. ti. de diuortiis l. si filius. Damnādū, inquit, cum quanti mulier litem iurauerit. Item de leg. 1. l. cum filio. Hæredem, inquit, mihi dare damnauerit. Hinc sæpe legitur damnatus pro obligatus. nā mendum est ubicunque legitur dānas nihili uerbum, cùm legi debeat damnatus, ut apud Hor. 2. Serm. Gladiatorum dare centum damnati populo paria.

Daphnensis lucus, nemus est suburbanum Antiochiæ epidaphne. i. ad Daphnē positæ. i. lauretum quod decem mille passuū ambitu patet in Syria curua, quo ī loco Antiochensiū cōuentus agitabatur, ex Strab. fuit autē hic locus à Cneo Pompeio magno cōsecratus. Euseb. autore. Est quoq; Antiochiæ porta Daphnitica, de qua Hier. in uita Ignatii: Reliquiæ, inqt, corporis eius Antiochiæ iacent extra portā Daphniticā in cœmiterio. Iust. lib. Cod. 11. de cupressis luco daphnensis. l. si quis aūt daphnēsis luci in Syria arborem amputauerit.

Dardanarius, dicitur qui imitatur Dardanū quendā hominē sceleratum, de quo Sidonius libro 5. Omnia in Dardano crimina simul execrantur, ab hoc Columella dixit in horto: Dardaniæ ueniat artes. Dardanarii quoq; dñr propolæ, qui omnia præemunt, ut postea carius uendant. Cic. contra Pis. Panis tibi de cuppa atq; ꝑpola. Plau. in Dardanarii ꝑpropera emptione: Flagellabat, inquit

inquit annonam. Vlp.li. 47.de extraor.cri.l.annonā. Annonā uexare dar danarii solent.Itē de pœnis.l.in dardanarios,&c.

Decedere contrarium est ei qđ est succedere, ut si dixeris: App. Clau. successit in prouincia Ciceroni, & Cicero decessit Appio. Vn̄ dicti sunt successores & decessores, Vlpia.li.48.di ad l. Iul maie.l.quive. Quive,inqt, de prouincia cū ei successum esset, non discessit.

Decido, cidis, est cū creditore super debito transigere.Cic.3.in Verrē: Nisi cum muliere,inquit, decideretur.Idē 4.in eūdē: Cùm reo trāsigat, cū accusatore decidat. Idē in 5.Qui septingētis decidere noluisset,mille promisit.Pli.li.7. Abūde igitur atq; indulgenter fortuna decidit cū eo, qui iure dici non queat felix. Martialis: Conturbabit Atlas,& nō erit uncia cęlo. Decidat tecū qua pater ipse deū.Scæ.li.26.de administ. & periculo tutorū.l.cū hr̄ditas. Cū plerisq;,inqt,creditorib.ita decidit,& infrà. Cū plerisque creditoribus ita deciderunt.

Decisio,onis, ab eo qđ est decido idis,in superiori signatione,ut sit decisio idem quod transactio. Cicero de prouinciis cōsularib.Cū tyrāno,inqt, decisiones, & direptiones.Amb ad Titianum: Prōptior esto decisioni cuius & spes potior, & fructus est.Pau.li.35.ad l.Fal.l.si hæres.Si hæres, inquit,cū creditorib.decíderit, ne solidū solueret,& ob eā decisionē factū sit vt aliqd retineret.

Decoctores,dn̄r qui cū nō sit soluēdo,uertunt solū atq; aufugiunt,vn̄ Catullus: Decoctoris amica formiani.& Valerius de uarietate casuū: Postea inopia turpē decoctoris suplationē Sen.lib.5. de bn̄ficiis: Qūo fœnerator quosdā debitores nō appellat,quot scit decoxisse.Iust.lib.10.de decur.l. Quilibet principaliū uel decutionū decoctor pecuniæ publicæ si fraudulentus,Hic decoctorē ui detur posuisse nō tā pro

eo, qui cũ soluendo nõ sit, fidẽ publicã frãgit, q̃ pro eo qui de peculatus est pecuniã publicam, in quo signãtu accepit: Martialis, cum ait: Nihil colonus uillicusq́. decoxit hoc est defraudauit atq; intercepit. Acc. nõ intelligẽs quid asses decoctor officii nomen esse dixit.

Decuriones, in coloniis & municipiis dñr qui Romæ Senatores appellantur: dicti à numero equitũ quib. in militia ꝑerãt. Autores sũt Nonius Marcellus, & Festus Põpeius: dignitas uerò ipsa, Decurionatus dicitur, de officio decurionũ & de illorũ dignitate, lege ĩ libris dig. titulũ, ad municipales. l. quoties, & l. libertus. Itẽ de decretis. l. ambitiosa. Oĩno decurionũ offm̃ est pecuniã publicã hẽre, tractare, & exigere.

Dedititii serui, dñr qui ex obsidione se dediderunt in ptãtẽ uictoris, formã aũt deditionis scribit Liuius lib. 1. ab V.C. Obsessor, inquit, interrogauit: Estisne uos legati oratoresq́. missi a populo Collatino, ut uos populũq́. Collatinum dederitis? Sumus. Est ne populus Collatinus in sua ptãte? Est, Deditisne vos, populumq́. Collatinũ, vrbem, agros, aquam, terminos, delubra, utẽsilia, diuina, humanaq́. omnia in meã Romaniq́. populi ditione? Dedimus. Et ego recipio de seruis dedititiis. Iust. in 1. Inst. lib. tit. & liber. & qũo manumissi obtinebant infimum libertinitatis gradũ: quoniam illorũ, inquit pessima conditio est.

Definio & definitio, nõ diffinio & diffinitio notatũ Lud. Bonog. semper legi in Pand. Flor. & ferè nũquam aliter legitur in libris uetustissimis, qui reperiuntur scripti etiã in aliis facultatibus.

Defrutũ, mustũ est qđ decoquiť quousq; pars tertia relinquať. Pli. tñ. li. 14. Sapa, inquit, fit musto usq; ad tertiã mẽsurę partẽ decocto, qđ ubi factũ ad dimidiã est, defrutũ uocamus. Virg. 4. Geor. Aut igni pinguia multo Defruta. Vlpia. li. 33. ff. de

de fun.inst.l. quæsitum. Vas,inquit, ęneũ in quo sapa coqueretur, & de frutum fieret.Item de vi no,& tritico lega.l. q ui nũ.Mulsum,inquit, pas sum,defrutum. Defrutũ dictum est quod autore Plinio fit ad dimidias de fraudatũ : aut queadmo dũ vult Nonius Marcel lus,quod ad tertiã reda ctũ sit. Non quod Accur sius hallucinatur,qđ de usu sit sublatum, ut quã diu possit seruetur, qua si sit dictum à fruor,eris.

Deglabrare,est delibrare si ue cingere, hoc est arbo rem decorticare : nã gla ber propriè dicitur qui læuis est, & pilis caret, sed hic deglabrare prolę uem facere posuit Iuris consultus Paulus li. 47. dig.ti.arborũ furtim cæ sarũ.l.cędere.Cingere, ĩ quit,arborem, est degla brare siue delibrare.

Delator, est alicuius crimi nis denũciator, dummo do ad officium suũ non pertineat ea denũciatio hoc genus hominũ odio sum habetur.Martia. de delatorib. Turba grauis paci placidæque inimi ca quieti, Quæ miseras semp sollicitabas opes. Idem : Et delator habet quod dabat exiliũ. Pro denũciatore tm̃ posuit Iuriscõsultus Papinianus ti.de diuersis. l. intra. In tra quatuor, inquit, an nos uacantiũ bonorũ de lator.In titu.tñ de iure fi sci, ꝑpria delatoris signi ficatione utitur sæpe.

Delibrare,quod est librũ, hoc,est corticẽ arbori de trahere.lege suprà, ĩ uer bo cingere arborem, & in uerbo deglabrare.

Delphi, orum, ciuitas est Phocidis, ad montis Par nassi radices posita, ubi Apollo solitus erat re spõsa dare,sed queadmo dũ ait Iuuena. Nunc ces sant oracula Delphis.tit. de censibus.

Delphicæ mẽsæ à Delphis urbe Apollini sacra dictę sũt,& erãt ex ęre,quas ve teres Cortinas uocabãt. Pli.li.34.Ex ære,inqt, fa ctitauerũt cortinas tripo dũ noĩe delphicas.Cic.6. in Verrẽ:Mensas delphi cas è marmore. Martial. Argẽtũ atq; aurũ nõ sim plex

plex delphica portat. Flor. ti. de suppel. leg. l. i. Trapezophora, inquit, delphicæ subsellia.

Deminuo, is, & deminutio, onis, nõ diminuo & diminutio, ut passim legit in lib. dig. debere scribi adnotauit Lud. Bonoguinus in Pand. Florent. Est autẽ capite deminutus, ut ait Fest. qui ciuitate mutatus est, & ex alia familia in aliam adoptatus, & qui in hostiũ potestatem uenit, & cui aqua & igni interdictum est.

Demolior, demoliris, est illud quod extructum est diruere. Nam moliri est ædificare, cuius cõtrariũ est demoliri. Virgilius 1. Aen. Molirique arcem, & manibus sub uoluere saxa. Apud antiquiores demolio, is, declinabãt vt Diomedes testimõio Varronis ostẽdit, quem citat in libro poetico: Non demolio, inquit, astra. Et Neuius in corollaria: Hęc demolit, inqt. Vlp. ti. de usufr. l. hæres. Anteq̃ usufructu prohibuerit, demoliuerit. Et demolitus passiuè, ut in ti. de usucapioni. l. cũ qui.

Deni, denæ, dena, nomẽ est diuiduum distributiuũ, quale illud bini binæ bina, & similia huiusmodi nomina Accur. solitus est exponere in bis tm̃, cũ re vera significet cuilibet tm̃, quod latuit Bartolum. Is enim exponẽs legem quæ habetur de legatis 3. si quis testamẽto Titio & Seio decẽ dari iusserit. nullã hæc uerba recipiunt ambiguitatẽ, ut dena dixisse uideatur qui decem dixit: putauit per dena uiginti intelligi. Ait nãque: Qui reliquit decẽ, non uidetur relinquere uiginti. Nam cùm inter decem & dena illa sit differẽtia inter oratores obseruata, q̃d decem numerum simplicem, hoc est decem unitates significet, dena uerò cuilibet decem, erat sensus legis: quod qui Titio & Seio legauit decem, non legauit. i. cuilibet decem, sed decẽ simpliciter, hoc est cuilibet quinque. In titulo de uerbor. oblig. l. si ita. Accursius dena pro his decem

cem interpretatus est. Idem de annuis legatis. l.si legatum.exponens illud. Si legatum fortè sit relictum annua bina trina die, fortè triginta dena per singulos debētur annos. licet non fuerit adiectū æquis pēsionib. dena p decē interpretatus, est cum dena nō simpliciter decē, sed p singulos annos decē significet.

Depectus participium est, ab eo qđ est depeciscor, quod significat turpiter pacisci: unde depector apud Apuleium in oratione pro magia: Est, inquit, litiū depector, omnium falsorum commētator. Vlp.lib. tertio de calumniato. l. & generaliter. Hoc, inquit, edicto tenetur q depectus est.

Deserere propriè militum est, qui relinquūt locū in acie, aut fine commeatu discedūt ex castris: vnde est desertor & desertio, de quib. sæpe in libris digestorū, tit. de militari.

Desidero preter illam notā signāt et deficere. Cæsar in cōmētariis: Desiderati sunt, inquit, eo die sagittarii circiter ducēti.i. defecerūt: hoc est interēpti sunt. Suet. in Aug. Desiderauit nōnunquā M. Agrippę patiētiā, & Mecœnatis taciturnitatem. Quē locū Eutropius & Sex. Aurelius non intelligētes, decepti huius uerbi ambigua signōne putauerūt, q Augustus uoluisset esse aquè patiens atq; Agrippa, & taciturn' ut Mecœnas: Cum apud Suetoniū desiderare accipiatur p deficere illud quod desideramus. In quo sensu accepit Iurisconsultus in titu. si liber tus ingenuus esse dicat. l. quoties. Siue offm, inqt, desideretur, id est deficiat in eo qui debet obsequi & obtemperare.

Diæta locus est in domo, ubi per ociū uersamur. Papin. in 2. Sylu. Vna tamen cunctis procul eminet una diætis. Sidonius Apoll. in 1 pist. Ex triclinio fit in diætam siue cęnaculum transitus. Iuris. ti. de legatis tertio. Cellarium inquit, iunctum eidem diætę. Inde diætarius dictus est seruus sure

min i

minister in diæta deser uiẽs. Meminit Vlp. in titulo de fun.inst.l. quæsitum Est prætere diætarius, qui ex diæta quippiam furatur, ut Vlp. in tit.de effract. Simili, inquit, modo & dięţatii & saccularii puniũtur. Pro quo mẽdosè legitur de tractarii. Idem in tit. de effract.l.saccularii. Qui diætarii, inquit, appellãtur, hoc est qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo.

Diathetũ, uidetᷓ genus esse poculi, sicut synthetõ sicue synthesis. Iurisco.ad l.Aqui.l. si seruus. Si calicẽ, inquit, diathetũ faciẽdum dedisti. Iust. quoq; lib.10.l.1. Artifices, inqt, diathetarii, id est, calices diathetos fabricantes.

Dienses populi sunt Macedoniæ à Dio colonia dicti. hos Pausanias Diastas appellat, apud quos gymnicũ certamẽ agebatur. Pau.lib.ult. in tit.de censib. In Macedonia, inqt, iuris Italici sunt Diẽses.

Diffindere diẽ, & diffissio diei, quid significet, non est in promptu, neq; cur sic dicatᷓ, Gell.li.13. Iussi, inquit diem diffindi. Et iterum: In dierum diffissionib. & cõperẽdinationib. Vlp.lib.2.dig. tit. si quis cautionib.l. non extinguemus. Si quis, inqt, cautionib. in iudicio sistendi causa non obtemperauit. Si quis, ait, in iudicio se sisti promiserit, & ualetudine uel tempestate, uel ui fluminis prohibitus se sistere non potuit, exceptione adiuuatᷓ nec immeritò. Cũ enim in tali ꝓmissione pręsentia opus sit, qũo poterit se sistere, qui aduersa ualetudine impeditus est? Et ideo ẽt lex 12. tabul. si iudex uel alteruter ex litigatorib. morbo sonticο impediatur, iubet diẽ iudicii esse diffissum. Sic enim legitur in Pandect. archetypis Florent. non diffusum: uideturque significare diem intercisum, siue intercapedinatum atque dilatum.

Diffundi vina propriè dicũtur, quæ postea quàm defecata sunt, in doliis conduntur trãsuasantur que. Iuuenalis. Ipse capillato

lato diffusum cõsule po tit. Et Horat. Vina bibes iterũ tauro diffusa. Vlp. lib.32.de leg.3.l. cũ quæ reretur. Nam si uina dif fudisset, habiturus usui. Item Proc.lib.33.de trit. & uino lega. l. cùm ui num. Cùm uinum, in quit, quod in ampho ris seu cadis diffusũ est.

Digitus aquę, est modulus, vnde salientes tali mẽsu ra cẽsent. Front. de aquæ ductib. Aquarum modu li aut ad digitorũ, aut ad unciarum mensuram re digendi sunt. Est autem digitus 16. pars pedis, un cia uerò duodecima. Quẽadmodũ igit inter vnciã & digitum diuersi tas, & ita & ipbus digiti: nam alius uocatur qua dratus, alius rotundus. Hæc Frõt. Paul.li. 8.dig. de seruitutib.rust.pręd.l. Luc. Titius. Digitũ tibi dono aquæ. Acc. p aquæ digitũ intelligit quantũ fluit: p digitum statuæ.

Diœcesis p œ, diphth. in se cũda scribitur, & nõ dio cesis, ut vulgò legit: neq; accẽtu in tertia à fine, ut, oẽs pferunt, sed in pen. Item diœcetes, nõ diœce tes, pro diœceseos pręfe cto. Est aũt diœcesis gu bernatio siue dispositio & diœcetes gubernator siue pcurator. Cic. ĩ Epis. Ex prouincia Ciliẽsi cui scis tres diœceses asiati cas attributas esse. Iusti. ti. de episcopali aud. l. ar chigerontes & diœcetæ.

Diplomata, sunt codicilli siue libelli, in quib. bene ficia à principib. impe trant, quales nostro sunt tempore, quas appellãt bullas: dicta q in dupli cib. tabellis solitæ sunt cõcedi supplicib. Sueto. in Augusto. In diploma tis libellisq. & epistolis signandis. Idem in Ner. Diplomata ciuitatib. sin gulis obtulit. Cic. ĩ Epis. ad T. Appiũ: Diploma, inquit, statim non est da tũ. Apud Iurisc. accipitur pro itineris festinatione. hoc est cũ p dies singulos duplicia itinera cõficiun tur. Venuleius li. 45.dig. de ver obl. cõtinuus. Qui bus, inqt, quasi interpta tio quædã inserta est. is qui Ephesi daturũ se spo sponderit, ut neq; diplo mata,

mata.i.dieb.ac noctib.& omni tempestatore cōtē pta iter cōtinuare cogatur, Et sequitur: Quòd si diplomata usus, ac felici nauigatione, maturius quàm quisque peruenerit Ephesum: confestim obligatus est. Mod. li.48. ad legem Corn. de falsis, l. falso, inquit, diplomate commeauit.

Dispungere siue expūgere est transuerso calamo rationem cancellare. Seneca de breuitate uitæ. Dispunge, inquit, ac recense uitæ tuæ dies. Apuleius de deo Socrati: Si cotidiana eorum dispūgas, inuenies multa rationibus prodigè diffusa. Itē de uerb. sign. l. cognoscere. Dispūgere, inquit, est cōferre, accepta & data, & ex ea collatione, ut ait Accursius, cancellare qđ est redditum. Hinc est dispūctio, onis, pro ipsa rationis caucellatura, ut apud Tertul. in Apologetico: Ad utriusque, inquit, meriti dispunctionē. Vlp lib.42. dig. tit. de bonis auto. iud. pos. l. cōplures. An recognitio, inquit, & dispunctio cōcedēda sit creditorib. nam qđ in quibusdā codicib. legitur disputatio, ꝓ dispunctio, mendum est.

Dissidium inter uirū & vxorem idē est quod diuortiū, hoc à diuertēdo illud à dissidendo appellatū. Terent. in Andr. ualeant qui iter nos dissidia quærūt. Idem in Ecyra: Nihil mali est quod sit dissidio dignum. Papinianus lib. 48. dig. ad leg. Iul. de adult. l. miles. Quæro, inquit, an causam dissidij præstitisse uideat.

Distrahere, ꝓ eo quod est uendere, aut actioni exponere. Suet. in Vesp. Coemendo quædam tātum ut postea distraheret. Gel. lib. 19. Sicut nūc, inquit, bona uænum distrahuntur. Vlp. in tit. de trāsactionib. l. si vni. Si vni, inqt, pluribusve fundus fuerit distractus. Titulus præterea lib. 20. dig. de distract. pignorum.

Diuortium, ut paulò ante diximus, idem est propè quod dissidium. hoc dictū ab eo qđ uir & uxor dissideāt, id est, dissentiāt

inui

inuicem, illud quod in diuersas partes uertantur. Fiebat autem diuortium per illa uerba quę sunt apud Plau. Res tuas tibi habe, quæ mea, red de mihi. Pau. in ti. de uerborum significatione. inter diuortium & repudium hoc interesse dicit, quod repudiari etiã futurum matrimonium potest, non rectè autem sponsa diuertisse dicitur, quod diuortium ex eo dictum est, quod in diuersas partes eunt q̃ discedunt. Est pręterea titulus de diuortiis, lib. xxiii dig.

Dolium, uas fictile est, uino atque aliis rebus condẽdis aptissimum. Plin. lib. 13. Mitiores, inquit, plagæ doliis condunt uina, infodiuntque. Cato de re rust. Dolia olearia decem habeat. Vlpia. li. 33. dig. de fundo ĩstruc. l. instrumenta. Dolia, inquit, licet defossa non sint & cuppæ. Idẽ de au. & arg. leg. l. Dolia, inquit, fictilia, quibus terra adiecta est. Inde doliarius, qui facit dolia: & doliarius, a, um: & doliaris, re, ad dolia pertinẽs. Plin. lib. 3. A figlinis, inquit, doliariorũ. Et Pau. de fundo instruc. l. tabernæ. Doliaria, inqt, uasa & ancones. Itẽ l. si uinũ. Si doliare, inquit, uinum emeris.

Dolones, hastæ sunt in quibus tãquam in uaginis latent pugiones: dicti ab eo qđ dolus subeat. Virgil. lib. 7. Sæuosque gerunt in bella dolone. Suet. in Clau. Cũ dolone ac uenatorio cultro p̄stolantes. Alphenus lib. ix. dig. ad legem Aquil. l. si ex plagis. Flagello, inquit, quod in manu habebat, in quo dolon inerat, uulnerare tabernarium cœperat. ubi mendosè pro dolon legitur dolor, neque minus falsò Accursii interpretamento locus enarratus.

Donaria, inquit Valla contra Seruium, nõ sunt loca in templo ubi dona reponuntur, sed potius ipsa quæ offeruntur dona. Virgil. 3. Georg. Impatribus ductos alta ad donaria currus. Luc. in 6.

Neq;

Neq; eois splendent donaria gẽmis. Pau. li. xlix. de re mili. l. q excubias. donariũ pro donatiuo posuit. Item C. de sacro san. eccl. l. sancimus. pro dono posuit Iustin. dicẽs : uasa uel uestem cæteraq; donaria.

Duracinæ uuæ dicuntur, & duracina persica. De vuis duracinis lemma est apud Martialem in distι. de persicis duracinis. Pli. lib. 15. Duracinis, inquit, hæret corpus. Iurisconsultus de uer. sign. l. qui fundum. Qui fundũ, inquit, uendidit, pomumq; excepit, ficus, nuces, & vuas duracinas, dũtaxat & purpureas, & quę eiusdem generis essent, & quas nõ uini causa haberemus, quas Græci trozimus appellant. Lege ĩ uerbo trozimos.

E

EDitus bouis, pro stercore quo in quibusdam regionibus vtuntur, dictus ab edendo, id est extra mittendo. Iuriscõsultus in tit. de leg. 3. l. ligni appellatione. In quibusdã prouinciis editu boum ad hanc rem utuntur.

Effringere, est furandi causa ianuas frangere. Teren. in Adelphis: Fores effregit, atq; irruit in ædes alienas. Inde effractores dicti. Iulius Firmicus: Mercurius, inquit, in ariete octauo ab haro scopo loco effractores facit. Vnde in libris dig. ti. est de effractoribus, siue de iis qui carcerem effregerunt, siue iis qui furãdi causa ianuas domorũ priuatarum inuaserunt.

Electri duo sunt genera, alterum est lachryma defluens ex arbore glessaria, in insulis Germaniæ septentrionalibus, quas Glessarias siue Electrides dicunt, quę deinde congelascens in lapidis duritiem uertitur. Virgil. in Bucol. Pinguia corticibus sudent electra myricæ. A latinis succinum appellatur: de quo in uerbo succinum. Alterũ electri genus est metallicum, idque duplex, aut cui per artẽ in auro argenti quinta pars miscetur, aut quod per naturam

turam sic mixtum repe ritur. Plin. lib. 33. Vbicunque, inquit, pars quinta argenti portio est in auro, electrum uocatur. Sillius lib. 1. Pun. Electri gemino pallent de semine uenæ. Iust. in libris Instit. in tit. q est de rer. diuis. Si diuersæ inquit, materiæ sint, & ex his diuersa species facta sit, ut ex auro & argento electrum. Item de le. 3. l. pediculis. Vasis, inquit, electrinis legatis, nihil interest quantum ea uasa argenti atq; electri habeãt sed utrum argento electro, an electrum argento cedat. Illud quoq; de leg. 1. Si quis putat electri appellatione argentum uel aurichalchũ contineri: Acc. nunc dicit esse pretiosam materiam quæ iungitur argento, nũc genus metalli, nunc genus uasis.

Elenchus, lapillus est ex genere margaritarum. Plin. li. 9. de unionib. hoc est, grandioribus margaritis loquens: Elenchos, inquit, appellãt fastigiata longitudine: Et Iuue. sa... de inaurib. fœmi[n]arum: Aurib. ex causis grandes cõmisit elenchos, Pau. in ti. de au. & ar. le. l. pediculis. Itẽ cũ inaures, in qb. duę margaritæ elẽchi & smaragdi duo legasset, & postea elẽchos d traxisset.

Elogiũ, est testificatio de aliquo, honoris uel uitupe rationis causa, Cic. in 1. Tusc. Quid ipsa monumenta. qd elogia sigñat. Idẽ de Sene. In quẽ illud elogiũ unicũ pl[ur]imę cõsentiũt gẽtes. Vlp. li. 21. de æd. edi l. ædiles aiunt paululũ deflexit sigñonẽ cũ dicit: Elogiũ huic edicto subiectũ est. De elogio in propria sigñone, hoc est ꝑ testimonio, sed in malã partẽ. Mar. li. 48. dig. tit. de cust. & exhib. reorũ. l. D. Had. Qui cum eo inqt, elogio mittunt, ex integro audiẽdi sunt. Et infra in eo. ti. in l. Celsi. cuius initium est, Non dubium. Remittat, inqt, illum cum elogio ad eũ qui ei prouinciæ pręest, vnde is homo est.

Elusco, as, est aliquẽ altero oculo orbare: nã luscus est q̃ altero oculo caret,

non

non ut quidam putaue runt, qui lumine adhibito nihil videt. Vlp. li. 13. dig. de conditione triticaria, l. in hac actione. Si quis inquit, post moram seruum eluscatum dederit. Idem lib. 9. ad l. Aq. Iul. īquit, scribit Aquilia teneri eum qui eluscauerit in disciplina discipulū. Inde eluscatio, onis, pro eluscandi, hoc est, altero oculo priuādi actione. Nā quod Vlp. scribit in ti. de æd. edi. l. idē Offilius. Eluscationem eam quidā putant ubi homo lumine adhibito nihil videt, qui id dixerunt non sunt audiendi, quia nulla freti autoritate id dn̄t. Quid. n. luscus significet suo in loco uidebis.

Emansor, miles, is, dicitur qui extra castra uagatur animo reuertendi, eoq; distat a desertore, quemadmodum & erro dicit seruus, qui eo quoq; animo errat, ut ad tp̄s reuertatur, sicut fugitiuus qui non habet animū reuertendi. Mode. lib. 49. dig. de re mil. l. desertorem. Emansor, inquit, est qui diu uagatus ad castra reuertitur.

Emblemata, sunt quædam ornamenta uasorum q̄. addi atq; detrahi pn̄t: dicta ab emballo, quod est impono siue intersero. Plin. li. 33. Vlysses, inquit & Diomedes erāt ī phialæ emblemate. Cic. quoque in Verrem, emblematū in Vasis meminit Vlpia. in ti. de au. & arg. l. si gemma. Emblemata recte legantur & separant & præstanda sunt. Et in eo. ti. l. & si, quę est Pōponii: Ea quæ inaurata sūt non deberi, neque aurea emblemata. Item Vlp. li. 10. tit. ad exhibendū. l. tigni. Si ansam scypho iniunxeris uel emblemata phialæ.

Emeriti, dn̄r milites q̄ sunt exautorati, hoc est militiæ sacro soluti, q̄busq; iā donatiuū est p̄solutū: dicti ab eo quod mereri hoc est, stipendiū facere desierint. Luca. in j. Quæ sedes erit emeritis: Mod. de re mili. l. desertorem. Si expleto tp̄e militię redeat, nec eranus restituatur, & emerita accipiat.

Emerita & Emeritensis colonia, ciuitas est Lusitaniæ nominatissima, Augusta cognominata: nã vt scribit Dion. de victis Cantabris & Asturibus: Eã urbem illis qui supra ætatem essent, emeritis, Augustus habitandã concessit. Vñ urbs appellata Emerita Augusta, ex nomine conditorum & Augusti. Pau. lib. 50. di. ti. de censib. An lusitaniã, inqt Pacenses & Emeritenses.

Emiseni, populi in Emisena regione Apamenacœles Syriæ, ubi & Emisia ciuitas est, de quibus & in eo. ti. de censib. Pau. inqt: Imperator noster Antoninus ciuitatem Emisenorum coloniam iuris Italici fecit.

Emphyteosis, interpretaẽ insitio, ab emphyteuo, quod est insero siue plãto: nã phyton est planta. Et quod in libris Iurisconsultorum dicitur emphyteosis, & fundũ dari in emphyteosim, ꝓpriè diciẽ, hoc est in plãtatione. Impropriè dicitur de oĩb. aliis, puta de area, & quicunq; pñt ut ipsi dñt, recipere meliorationẽ. Inde ꝗ̃ diciẽ emphyteoticus, & emphyteoticarius.

Emphracta, nauigia dñr q̃ sũt tecta, à uerbo Græco emphracto, qđ est tego siue claudo, sicut ecõtrario aphracta dñr quæ nõ sunt tecta, sed aperta. De quib. Cic. ad Atticũ: Nos Rhodiorũ aphractis tranquillitates aucupaturi eramus. Vlp. lib. 14. dig. de exercitoria actione. l. 1. Quædam, inquit, sunt naues onerariæ, q̃dã emphractæ, nõ emphatæ, ut pleriq; oẽs codices hñt.

Emplastrum, ut inquit Celsus lib. 5. hoc distat à pastillo, qđ emplastrum liquati aliquid accipit, in pastillo tñ arida medicamẽta aliquo humore illiguntur: dictum emplastrum ab emplatto, qđ est fingo, siue formo. Caius li. 41. dig. de acq. rer. do. l. ideo.

Epidemitici dñr hospitiorũ metatores in urbe, dicti ab epidemia quod interpretatur in urbẽ aduẽtus, vñ in C. Iust. ti. est de epidemiticis & metatis. Lege uerbum metator, siue

siue metatus.

Episcopus, speculator siue explorator interpretaẽ, dictus ab episcopeo qđ est considero Cic. scribit se epm designatum à Põpeio ut oram Campaniç maritimam specularet. Arcadius de muneribus. l.munerum. Epi, inquit, qui præsunt pani, & cæteris vænalibus rebus.

Epistomium, inquit Merula, est foramen per quod aqua defluit ex concha, labro, uel cratere. Varro de re rust.li.3. Epistomiis uersis ad unumquẽq; factũ, dictum, inquit, quasi in ore, uel potius ab epistomizo, quod est obturo, ut sit epistomium canalis operculum. Vlp.li.19.tit.de act.emp.& uendit.l.fundi. Castella plũbea, opercula puteorum, epistomata. Legiẽ & epitonium apud Sen.li.13. epist. Nisi aqua, inquit, rigẽtem epitomia fuderint. Et apud Vitr.lib.10, sæpè in eodem signatu ponit. Interpretatur aũt epitonium, ligamentũ.

Epitome, interpretatur breuiarium.i.ubi res in compendium rediguntẽ, ut Vlpianus, lib.47. de acceptilationibus.l. an inutilis. Epitomatum, inquit, liber Labeonis. Vtroq; .n. modo declinatur, epitome es, & epitoma, atis.

Epulum, inquit Valla, est conuiuium numerosis ciuib. exhibitum in honorem Deorum, aut in ostẽtationem magnificẽtiæ, aut in funere parentali. Gell. lib. 11. Solenni die epulum Ioui libaret, atque ob id Sacrificium Senatus in capitolio epularet, Hor.2. Serm. Gladiatorum dare centum Dãnati populo paria atque epulum arbitrio. Arrius Iurisc. de leg. in qua dam lege, cuius initiũ est, ad munus: Vel si epulum, inquit relictum fuerit.

Eremodicium, interpretaẽ desertio siue solitudo, nam eremus desertũ interpretatur, & est eremodicium qñ reus damnaẽ ex eo qđ in iudicio non comparuit, quasi desolatum siue desertum sit iudicium pp rei absentiã. Pomp.li.4.dig.tit. de minorib.25.annis.l.& si. Restitu

stitutionem eremodicii præstari debere. pro quo mendosè hermocidium.

Ergasterium, interpretatur officina, ubi ab artifice aliquod fit opus. nam er gon est opus siue offm̃. Vt ĩ Cod. Iust. tit. de episc. & cler. l. omnis. Ex erga steriis, inquit, & tabernis conquirere potuit. Item lib. 11. de epid. & met. l. in qualibet, inquit, erga steria, quæ mercimoniis deputãtur. Pap. li. 43. de uia pub. l. ædiles. Vt an te ergasteria nihil proie ctum sit.

Errones serui dñr qui uagã tur sine causa, aĩum tñ hñt redeũdi ad dños. Fu gitiui tñ qui eo aĩo fu giũt, ut non redeant. Eo quoq; modo ex propor tione hñt se desertores, & emansores. Arrianus lib. 49. de re mil. l. qui cũ. Erro, inquit, in seruis est ut emansor in militib. Item li. 21. qui est de ędi. edi. l. quis sit fugitiuus. Sed propriè, inquit, erro nem sic diffinimus, non qui fugit, sed qui fre quenter sine causa ua gatur. Labeo ita definit erronem paruum fugiti uum esse.

Etiam particula est consen tientis, sicut Non, est Ne gantia, Prisc. li. 7. interro ganti, legis? etiã uel non respondemus. Plin. Cæci lius in epist. Studes in quam? rñdit, Etiam. Et illud ex euangelio; Intel lexistis hæc omnia? dicũt ei, Etiam. Iurisc. de uerb. obligat. l. 1. & respõderit quidni, etiam nam utrũ que aduerbium consen tientis est.

Etiamnũ, pro adhuc, apud Plinium & Cornelium Celsum frequenter legi mus. Oui. 13. Metamor. Etiamnum libera cœlo brachia, i. adhuc. Itẽ lib. 14. Spectantẽ vultus etiã num cæde madẽtes pro adhuc. Vtrobique. Vlp. tit. arborum furtim cæsa rum. l. Item etiamnum reponi potest.

Euestigio, pro continuo si ue statim. Priscia. lib. 18. Romani, inquit, euesti gio dixerunt, uel quod stans aliquis in eodem uestigio facit: vnde sta tim quoque dicitur, uel quantum tempus

est in uno uestigio faciẽdo, quod est breuissimũ. Scæuola lib. 3. de neg. ge. l. diuortio facto. Non, inquit, euestigio in officio deliq̃t. Acc. quid euestigio esset, nõ intelligens, in principio gestionis exponit.

Exacta, dñr illa quæ sunt perfecta, & ad quæ ultima, ut aiunt, manus imposita est: aliàs exacta sunt quæ iam præterierunt. Virg. 1. Georg. Exactum ad mensem pluuia uentisq́. carebit. Idem in tertio: Exactis grauidæ cum mensib. errant. Pau. li. 44. tit. de act. & obli. l. 1. Exactissima, inquit, diligentia, in priori uideli cet significatione.

Exaggerare, est accumulare: nam agger aggeris, est terra accumulata. Cæsar in cõmentario Hispaniensi: Mortes mortibus exaggerabant. & ꝑ translationẽ Cic. Nihil est ad exaggerandum orationẽ accommodatius. Vlp. ti. de itinere actuq; priuatõ. l. unde. Aut deprimat aut exaggeret iter.

Exautorare, est militẽ sacramento militiæ soluere: quemadmodum ediuerso autorare, est militem sacramento sibi obligare. Plin. Cęcil. in epist. Cęsar excussis probationib. cẽturionẽ exautorauit. Seneca in 4. epistolarũ: Exautoratus ac liber qui uiuit vita priuata. Vlp. tit. de iis qui notantur infamia. l. qđ ait. Sed & si cũ, inquit, exautorauit. i. insignia militaria detraxerit. Quod si per insignia militaria Iulianus intelligit horum insignia, falsum est interpretamentum: nam põt quis exautorari, & non amittere insignia honorum: emeriti nãq; exautorantur citra honorum amissionem. Est. n. ut diximus, exautorari, à militia dimitti. Itaq; cõmodius exposuit Arrianus in titulo de liberali causa. l. qui de libertate. Exautoratus, inquit. i. a militia remotus. In quo significatu accipiendum est in titulo de re militari.

Exconsul dicitur qui ꝑfunctus est consulatu, sicut ex quæstor qui perfunctus

ctus est q̃stura, usitatius tñ ille dicitur consularis, hic uerò quęstorius. Iust. in ꝓœmio Codicis: Thomam, inquit, quęstorem sacri palatii & exconsulem, non ꝙ consulatum dimisit, ut exponit Acc. sed ꝙ est persunctus consulatu, ut diximus.

Exemptilis, e, dicitur illud quod pōt eximi siue detrahi ab alia re. Colume. lib.9. de re rustica: Ideirco sunt exeptiles, ut cũ res exigit, à paxillis deductæ liberum exitũ ꝓbeāt. Vlp. de au. & arg. leg. l. argumenta. Lapides siquidem exemptiles sunt.

Expungere, idem est quod suprà diximus, dispungere, hoc est calamo transuerso rõnem cancellare. Plautus in Cistel. Nunc quod reliquum restat, uolo persoluere, ut expũgatur nomẽ, ne quid debeã. Persius: Pupillum ve utinam, quem proximus hęres impello, expungã. Hermog. tit. de diuer. & tẽp. l. in omnibus. Rationes, inquit, resp. subscriptæ & expunctæ.

Extricare, est quod intricatum est expedire atque resoluere siue enodare. Vlp. li. 9. ad l. Aqu. l. si seruus seruũ. Si cum margaritas inquit, maritus de disset an usum, extricatas, easque inuito, uel inscio uiro ꝑforasset. Margaritæ namque non pñt intricari in lineam uel in uestem, nisi perforentur. igitur extricatas dixit pro solutas, & non perforatas neque in lineam redactas.

F

FAlx messoria, est qua frumentum metit. Falx putatoria qua uites aliæq. arbores putantur. Falx fœnaria, qua fœnum secatur, quæ dumaria quoque dicitur, qua etiam spinæ uepresque cædũtur. Vlp. de fun. inst. l. instrumẽta. Falces, inquit, messoriæ, putatoriæ.

Familia, tum pro pecunia accipitur rebusq. hęreditatis, ut id l. 12. tab. cuius uerba ponũtur in tit. de uer. sig. Agnatus, inquit, proximus familiã habeto. i. hæreditatem. hinc titulus apud Iurisc. de fa

milia herciscunda, i. diuidenda hæreditate. Alias familiæ appellatione famuli & serui proprie cōtinentur: unde & familia dicta est. Vlp. lib. 43. de ui & ui. l. 1. Familiæ, inquit, appellatione serui continentur. Item Vlpia. lib. 1. de ædil. ed. l. ædiles. Familiæ, inquit, appellatione omnes qui in seruitio sunt, continētur, & liberi. Hinc patres familias & familiarum dicti, & dicitur familias in genitiuo casu, quod apud antiquiores nomina primæ declinationis in a terminata, as faciebant genitiuum: ut Næuius: Rubens atque purpureus filii terras, & Liuius Andronicus: Escas habemus mentionem, pro terræ atque escæ: neque habet accentum in ultima, quo nunc uulgus loquitur, sed in tertia à fine familiâs hoc est, in secunda syllaba.

Ferruminare, est per eandē materiā conglutinare, quēadmodū ferrū ferro adglutinat, nō interueniēte alia materia. Plautus ī milite: Labra labellis ferruminauit. i. ꝑmendo adglutinauit. Pomp. li. 41. de acq. rerū dnio. l. quicquid: Quicquid, inquit, alieno argento ferruminaueris. Cassius quoq; apud Paulū: Ferruminatio, inqt, ꝑ eādē materiā facit cōfusionē lege replūbo, as, & quo differat à ferrumino, as.

Figlina, æ, est officina figuli. i. illius q facit uasa fictilia. Plin. li. 7. Figlinas, inqt, primus īuenit Chorœb. Atheniēsis. Idē lib. 35. In crudis fictilibus urunt, donec figlinū ꝑcoquatur. i. opus figuli in figlina factum. Iurisc. de auro & arg. leg. l. fundi. Cum in fundo, inquit, figlinas haberet, & in titulo de seruitutib. rust. prædiorum sæpe.

Fiscus, siue fiscina, siue fiscella, textū ē ex sparto. Est præterea fiscus, textum in, qđ, oliuæ tritæ immittunt, ut torculari expressæ exudent oleū cum amurca. Colum. li. 12. Intrita oliua nouo fiscoincluditur. Pli. li. 15. Fiscinas olearia spon

gia tergendas. Vlp. in ti. locati. l. sed addes. Fiscos inquit, quib. ad præmenda olea utimur. Fiscus ex sparto quoq; est saccus in quo numerosio res pecuniæ adseruant, Iuuenalis. Incrementa domus ærata multus in arca Fiscus. Cicero in Verrem: Fiscos complures cum pecunia. Sed quia principis pecuniæ uectigales ita magnę sūt ut nequeant loculis aut crumenis minoribus capi, consueuerunt deferri in sparteis fiscis. Inde fiscus pro pecunia publica plerunque accipitur. Iuuenalis: Quicquid conspicuum pulchrum que ex æquore toto est, Res fisci est ubicunque natat. Vnde apud Iurisconsultos titulus ęst, de iure fisci. & de fiscalibus debitoribus & exactoribus sępe legimus.

Flauius, cognominatus est Iustinianus Imperator, non quod Flauios deuicit, ut Accursius interpretatur, neque quod capillos habuerit flauos, quod nusquam legitur, sed quod fuerit ex gente Flauia, ex qua fuerūt Vespasianus, Titus, & Domitianus. De quo Iuuenalis: Dum iam semianimē laceraret Flauius orbem Vltimus.

Fomenta, sunt medicamē ta, dicta à fouendo, hoc est, calefaciendo & recreando. Ouid. Fomentisque iuuas uulnera nostra tuis. Inde est fomentare, & fomentatio, ut apud consult os iuris. de lega. 3. l. si cui. Nec ea quidem quæ fomentationis causa parata sunt.

Forma sutoris, est lignum illud quo calcei informantur. Horatius secundo Serm. Si scalpra & formas non sutor nauticela. Vlpi. in tit. ad legē Aquiliam. l. sed & si. Si forma, inquit, calcej ceruicem percussit. Item Vlpi. ti. locati. l. item quæritur. Si forma calcei tam fortiter ceruicē percusserit.

Fugitiuus seruus, quo distet ab errone, diximus in uerbo erro, onis. Definit aūt ab Offilio i tit. de ędilitio edicto, i huc mo

modū: Fugitiuus est, qui extra domini domū, fugæ causa quo se à domino celaret, mansit. Fugitiuarius autem est, ad quē se fugitiuus receperat: locus quoq; fugitiuarius dicit̄, ut apud Varronem lib. 3. de re rust. de cochleis: Fugitiuarius, inquit, parandus est illis locus Papinia. lib. xxi. de p̄scriptis verbis. l. si apud. Si apud te, inq̄t ego & fugitiuarius deposuimus.

Fulcimentum, sustentaculū dictum à fulciendo, hoc est sustentando siue sustinendo Macrob. 7. Satur. Desertū iam fulcimētis suis labitur in ruinam. Apuleius in primo de asino: Pede altero fulcimētū quo sustinebat repello. Vlp. de fundo instruc. l. quæsitū. Proinde, inq̄t, fulcimēta si qua habeat.

Fultura quoq;, idem est q̄ fulcimentum, dictū vtrūque à fulciendo. i. sustinēdo. Vnde Hora. per translationem dixit in 2. Sermo. Ingens accedat stomacho fultura ruenti. Et Plin. Cæcilius in Epist. Corporis fulturis animus sustinetur. Vlp. in titu. si seruitus uēdicetur. l. sicuti autem. Sicuti, inquit, refectio parietis ad uicinū pertinet, ita & fultura ędificiorum uicini.

Fullo, onis, est q̄ uestes polit emaculatq; nō quod vulgò persuasum est, pānarius, id est lanicii artifex. Martialis: Nō tam sę peteret lintea fullo tibi.

Fullonicā Nicias Megarēsis primus omnium inuenit, vt scribit Plin. 7. Plautus in asinaria: Non didicisti fullonicā, non mirādū est. Vlp. li. 47. de furtis. l. itaq; fullo. Fullo, inquit, uel sarcinator q̄ polienda uel sarcienda uestimenta accipit. In alia quoq; lege cuius initiū est, sed si diuersoria uel fullonica appellant̄.

Fundus, est quicquid in solo possidetur, puta prædiū urbanū, prædiū rusticū. Seruius in illud Virg. 2. Geor. Diues opū uariarū ac latis ocio fundis, Fundus, inquit, dicit̄ ex eo quod omnium rerū sit fundamentum. Vlp. tit. de uer. sign. l. locus, inquit, est non fundus, sed

portio fundi. Fūdus aūt aliquid integrum est, & infrà lege, quæstio. & ite rum lege, fundi. Fundus pro uasis potorii funda mento, ad cuius similitu dinē, inq̃t Festus, fundus dicitē ager qui planus sit, Martialis li. 8. Hi duo lō gæuo censentur Nesto re fundi. Paulus lib. 41. de acquiren. rerū domi. l. Sed si. Cuiusmodi pocu li fundus ille sit: Scypho, inquit, fundus aut ansa.

G

GArum salsugo erat ex certis quibusdam pisci bus, puta scombro, hale ce, lacerto, & huiusmodi utebantur autem eo pro salsamento siue cōditu ra aliorū ciborū. Gari me minerunt poetę multis in locis. Plinius, Apicius, Galenus, cæteri. Vlp. 33. de penu leg. l. qui penū. Garum, inquit; amurca, mel. Accursius falsamen ti genus esse dicit, ipsa ueritate coactus, sed qđ sit non dicit.

Genius, est Deus vniuscuius que hominis præses, cui nos angeli boni nomē in didimus. Symmachus in oratione cōtra Christia nā religionē; cui respon dit D. Ambro. Vt animę, inquit, nascentib. ita po pulis fatales genij diui duntur. De genio princi pis Persius poeta: Diis igitē genioq. ducis centū paria ob res Egregię ge stas induceo. Vlp. lib. 12. de iureiur. l. si duo. Si q̃s, inq̃t, iurauerit ī re pecu niaria ꝑ geniū principis.

Germanicus, Drusi Nero nis filius ex iuniore An tonia, M. Antonii Tri umuiri filia à Tiber. Cæ sare patruo adoptatus fuit, qđ ab Augusto non alia rōne fuerit adopta tus, quā si ab eo Germa nicus adoptaretē. ex Trā quillo. Et Iust. Imp. lib. Inst. 1. sic inquit: Diuus Augustus non antea Ti berium adoptauit, q̃ is Germanicum adoptaue rit, ut protinus adoptio ne facta incipiat Germa nicus Augusti nepos es se. Accur. tanq̃ de ꝑsonis ignotis & obscuris lo quens quēdā noīe Tibe riū quēdā noīe Germani cū appellat, qui quasi nō

sit

sit Tiberius q successit Augusto in principatu, & Germanicus ille qui p̄terquam ingenii monumenta quę adhuc extāt, p̄ præterq̄ q̄ Gaium Caligulā genuit, & q̄ quæsturā per quinquenniū administrauit, & q̄ bis consul fuit, quiq; ne mortuo Augusto cū ab exercitu Cæsar salutaretur, Imperium recusauit, atque de Germania trium phauit, unde illi cognomentum: quiq; ad oriētem profectus, Armenię regem superauit, Cappadociā in p̄uincię formā redegit, atq; Antiochiæ obiit, agens ætatis annū quartum & trigesimū.

Gymnasium, locus est ubi nudi exercentur, maximè in palestra, quoniā gymnos nudus interpretat. Manilius lib. 4. Gymnasiū præfert vultu, fortesque palęstras, & per translationē pro schola & literarum exercitio. Iuuenalis: trāsi Gymnasia atq; audi facinus maioris Abollæ. de excusatio. l. sed & Medicos, inquit, immunes esse à gymnasiis.

Glans, cōplura signāt, sed significatus deducūtur ab arboris glande, cuius tredecim genera ponit Pli. Iurisc. tamen latius diffinit glādis appellationē in titu, qui est de glande legenda l. 1. Glandis, inquit nomine omnes fructus continentur. Item de uerb. sign. l. qui uenenum. Item l. sylua.

Glarea, terra est lapillis p̄mixta, qualis est q̄ post effossum terræ tergū ex scrobib. eruitur. Virgil. 2. Georg. Nam ieiuna q̄dem cliuosi glarea iuris. Columella lib. 2. Cū parte dimidia lapides minutos uel glaream reperierint. Paul. li. 30. de aq̄ pluuia arcē. l. supra iter glarea iniecta. Itē de uia publica. l. 1. In uiam terrenam glareā immitere.

Glaucinū, unguenti genus est siue ex herba glaucio sic dictū, qd̄ ualet ad oculorum scabritias, siue glaucinū. i. uiride, quale est qd̄ chirurgi tēpestatis nostrę Vnguētū Apostolorū. uocant. Pōpon. tit. de au. & ar. le. in l. in argen

argento. Vnguentis aūt legatis, nō tm̄ ea legata uidētur quib. ungimur uoluptatis causa, sed & ualetudinis, qualia sunt conagena, glaucina, crina rhodina, murhia nardū purū. Conageni unguēti à Cōgena Syria vn̄ aduehebat̄, cognominati, meminit Gale. in 3. dec. Crina, unguēta sunt quæ fiunt ex lilio rubenti. Pli. lib. 21. ubi de lilii gn̄ib. Est, inquit, rubēs liliū quod Græci crinon appellāt. Rhodina dicta à Rhodo qđ est rosa. Per Nardō purū, pisticum. i. nō adulteratū, intelligit.

Grammatophylacium, locus est ubi publicè literarū monuméta seruātur, à grammatis, hoc est literis, & phylazo seruo, dicitur etiā archion, siue archiuū. Vlp. lib. xlviij. dig. ti. de pœnis. l. moris. Quo loco, inqt, in publico instrumento deponunt, archiuo fortè uel grammatophilacio.

Grassari uidetur uerbū ab impetu gradiēdi, & qui ex insidiis uiatores adoriuntur, grassatores dicimus. Iurisconsultus de susp. tutori. l. quia grassandi, inquit, in re familiari facultatē præstat. & ibidē l. tutor. Si fortè, inquit, grassatus sit in tutela. ī l. quoq; cuius initiū est, apud Labeonē. Deinde, inquit, mulæ à grassatorib. fuerint ablatæ.

Gutturosus, is dicit̄ q̇ guttē habet tumidū, quale genus hominū in locis mōtanis uidemus, de quib. Iuuenalis: Quis tumidū guttur miratur in alpibus? Vlp. tit. de ædi. edicto. l. qui clauū. Si qs, inqt, natura gutturosus sit

H

Hamus, cùm sit quo pisces capiūtur, & hami præterea sint ex quib. lorica texitur, necesse est apud Vlp. in ti. de fundo instru. l. instrumenta. per hamos nos ītelligamus annulos quosdā ferreos ad multos usus domesticos, puta è quibus equi, muli, & asini deligētur. Canales, inquit, & harpagones, & hamos instrumento contineri cōstat.

Harpagones, unci sūt ad rapien

piēdū apti,ab harpago qđ ē rapio dicti.hos Pli. scribit ab Anacharsis Scytha primū inuentos. Liuius li. 30. asseres ferreo unco præfixi, harpagones vocant milites. Item Veg.li.2. de re militari. Habet legio ferreo harpagones; quos lapos uocant.Lege hamus suprà.

Hercisco,is,est diuidere:nā herciū est diuisio. Cic. 1. de orato. Qui q̄b.uerbis herciū fieri oporteat,nescit.Idē Herciscūdę familiæ causam agere nō possit.Apul.lib. 9. de asino: Neq; herciscūdę familię sed de cōi diuidūdo formula[?] tractabō.lib.x.dig. tit.est de famil. herciſc.

Hermaphroditus, Veneris & Mercurii filius fuit, vnde & nomē illi, qm̄ Hermes est Mercurius, & Aphrodite Venus,hic cū in Salmacidis fonte nataret,à Nympha deprehēsus,ab eadéq; implicitus utriusq; naturā reportauit:qua de re fabula est ꝓlōga apud Oui. 4.Met. nūc aūt hermaphroditi uocantur quos antiquiores androgynos,i.semiuiros & semifœminas appellant.Plin.lib.7. & Gellius lib. 8. sunt autores. Vlp.tit. de lib. & posth. l. sed est. Hermophroditus inq̄t,& maximè si in eo uirilia præualebunt.

Hydromeli,à Græcis dicit̄, q̄ sit apud Latinos aqua mulsa.Hispāi uocāt adoxa,cōstat nāq; ex aq̄ & melle, vñ & nomē;nā hydor est aqua, & meli mel.Plin.li.14. Fit uinū, inquit,ex aqua & melle tm̄, hoc uocatur hydromeli.Idem lib.1.Hydromeli quoque ex imbri puto cū melle tēperabitur.Vlp.lib.33.dig.in ti. de triti.&ui.lega.l.si qs. Neq; ceruisia,inq̄t. cōtinebit̄, neq; hydromeli.

Hierophylax,acis, ĩterpretatur sacrorū custos, qđ hieros est sacer, & phylazo custodio. Latinè tū æditui, tum æditimi appellātur. Scæuola in tit. de annuis le.l.annua. Sacerdoti,ĩq̄t,& hierophylaci & libertis. ꝓ quo mēdose legit̄ gerophylaco.

Hierapolis, nomē est com pluriū ciuitatū:alia nāq; est in Asia ꝓpriè dicta, alia

alia in Creta, alia ĩ Theutrania alia ĩ Syria: vñ Hierapolitani sunt appellati, de quibus Iurisconf. in tit. de aqua cot. l. i. ubi legitur apud Hierapolitanos fieri aquis calidis irrigationẽ. Item de pœnis. l. crimen. Hierapolitanis, inquit, scripserũt.

Hypocaustũ, fornax est in balneo subdita caldariis calfaciẽdis: dictum ab hypo, quod est sub, & cauo calefacio. Est praeterea hypocaustũ, fornax ad calefaciẽdum cubiculũ siue cœnaculũ, uulgus appellat stufas. Papinius in primo Syluarum: Tenuem uolunt hypocausta uaporem. Plin. Caecil. in episto. Cohęret hypocaustũ & si dies nubilus immisso uapore solis uicẽ supplet. Ambro. lib. 9. hexameron: De hyeme forsitan quereris, quia nulla tibi hypocausta anhelãtibus ignibus uaporãtur. Vlp. de leg. lib. 3. l. ligni appellatione. Siue diaetarũ, siue hypocaustorũ, siue ad calcẽ. Idem in ti. mandati. l. si quis mihi. Sphaeristeriũ, inquit, hypocausta, & quaedã ualetudini apta. Accursius nunc aegrotorum dicit esse stationẽ, nunc subterraneũ locũ.

Hypotheca, interpretatur suppositio, & significat etiã pignus quod pro aliqua re supponitur. Vnde & apud Iurisconsultos titulus est de distractione pignorum uel hypothecarum. l. cùm tabernam, Nõ certificationẽ, inqt, sed suppositionẽ à me accipere, hoc est, uocabulo usitatiori, hypothecam. Itẽ lib. xx. de pigno. & hypothe. l. res. Inter pignus, inquit, & hypothecam tantum nominis sonus differt. Hinc hypothecarius dictus, penes quem remanet hypotheca siue pignus, ut in tit. de separationibus. l. j. Hypothecarius, inquit, creditor.

Horreum, est repositoriũ non solũ frugum, frumẽti, & uini, sed caeterarũ quoque rerum, quae ad seruari consueuerunt. De horreo frumẽti. Virgil. primo Georg. Illius immensae ruperunt hor-

rea messes. De horreo uini Horatius in Odis. Iurisconsul. in titu. de fundo instru. l. tabernā. Legauerat, inquit, horreū uinarium cum uino, & uasis & instrumento. De horreo aliarum rerū in tit. de emptione & uēdi. Clauibus, inquit, traditis, ita mercium in horreis cōdiarum possessio tradita uidetur, si claues apud horrea traditæ sunt. Item in tit. locati. Dominus, inquit, horreorum effractis & compilatis horreis non tenet. Hinc horrearius, qui prępositus est horrei custodiæ, ut lib. xix. digestorum, in titulo, locati & conducti. l. cū in plures. Rerum, inquit, custodiam quā horrearius habet. Item l. Cælius. Cum horreario, inquit, agendum. Et merces horreaticę dicūtur, quæ in horreis adseruantur, ut in tit. de cōditis in publi. hor. l. nulli. Codice. Nulli, inqt, posthac horreaticas species cōtingēdi copia datur.

I

Ianthinus, na, nū, color est uiolaceus, quoniā ion Gręcè, uiola interpretatur Latinè. Plin. lib. 22. Appellata, inquit, ia, & ab iis ianthina uestis. Persius: Hic aliquis cui circa humeros & ianthina lęna est Martia. Coccina famosę donas & ianthina mœchę. Vlpia. de lega. 3. l. si cui. Buccinū, inquit, & ianthinū continetur. Et ferè quoties in libris digestorū, & in literis sacris legitur hyacinthinus color, intelligēdus est uiolaceus, id est coloris uiolę.

Ilienses, dicti sunt populi ab urbe Ilio, clarissima omniū quæ fuerunt in Asia, uel ex eo quod inde profecta est tota Romanorum nobilitas. De quibus Callistratus lib. 27. digestorū, titulo de excusationibus. l. nō tantum. Iliensibus, inquit, propter inclytam ciuitatis nobilitatem, & propter coniunctionē originis Romanæ.

Impostores, dicutur deceptores,

ptores,& qui fallunt prę stigiis quibusdam: dicti ab imponendo, quod est decipere. Iuu. Facile est barbato imponere regi. & Mart. Callidus imposuit nuper mihi caupo Rauennæ. Vlp. li. 21. de ædi. edi. l. ob quæ uitia. Non gulosos, inquit, nec impostores. Accu. impostores interpretatur qui imponunt aliquid alicui. Inde dicta impostura, pro deceptione Ambr. in epist. ad Corinth. 1. Omnis impostura tenebras petit, & falsa pro ueris ostendit Vlp. lib. 47. de crim. stellio. l. stellionatus. Item si quis imposturam fecerit.

Inauris, quod à Græcis dicitur enotion, ornamentum est ex aurib. fęminarum dependens. Plau. in Menech. Inaures da mihi faciendas pondo duum nummum. Vlp. de au. & arg. leg. l. argumento. Veluti inaures, armillæ, uiriolæ. Item l. pediculis. Inaures in quibus duæ margaritæ.

Inciles fossæ, siue incilia, sunt quæ à Græcis dicuntur dyoriges, & sunt per quas aquę pluuiales deducuntur ex salis. Apu. lib. 9. de asino: Viam lacunosis incilibus uoraginosam. Cato de re rust. Per hyemem aquam de agro depellere oportet, fossas inciles puras habere. Festus Pomp. Fossæ quæ in uiis fiunt ad deducendum aquam siue deriuationes de riuo cõi factæ, inciles dicuntur, Vlp. li. 40. dig. tit. de riuis. l. i. Incile est locus depressus ad latus fluminis, ex eo dictus quod īcidatur. Inciditur enim uel lapis, uel terra, unde primũ aqua ex flumine agi possit. Idem Vlp. in eodem lib. tit. ne quid in flumine publico. l. 1. Si incile, inquit, ducat, & alio loco fiat. Meminit quoque incilis in tit. de aqua cotid. l 1.

Incrustare, est crustam parieti, uel alicui alteri rei inducere, siue ex calce, gypso, argilla, siue ex lapide, aut alia materia. Hora. 1. Serm. Syncerum cupimus uas incrustare. Varro apud Marc. Pauimenta, inquit, & parietes incrustatis. Proc. lib. 8. dig.

de seruitutib. urb. præd. l.quidã Parietẽ, inquit, cõem incrustare licet. Et paulò post: Quod obseruari in incrustatione oportet. Item de ver.sig.l. impensæ. Paulus ait, incrustationes, loricationes, & picturæ.

Indictio, est denunciatio, qa indicere est denũtiare. Hor. in 1. Serm. Vẽtri indico bellum. Idem in epist. Indictis comes ire Latinis. Vlp. lib. 38. dig. ti. de op. liber. l. libertus. Cui post indictionem, inquit, operarum. Atque aliubi: Si indictione tẽporariæ indictæ sunt.

Induciæ, sunt dictæ quod in diem certũ ab utrisq́. hostib. dantur. Plin. li. 7. Inducias, inquit, Lycaon primus inuenit. Paul. li. 49. dig. ti. de capt. l. postliminiũ. Induciæ, inquit, sunt, cũ in breue & ĩ præsenti tp̄e conuenit, ne inuicem se lacesserent hostes, Accursius satis inepte inter inducias & treugam differentiam facit, cum treuga non sit magis latinum, q̃ guerra, q̃ omagium, q̃ feudum, q̃ tenuta, q̃ mille alia, quibus isti nulla necessitate coacti utuntur.

Inducere præter alios sensus quos habet plures, significat ẽt expungere & cancellare, hoc est, transuerso calamo quod scriptũ erat delere. Vlp. ĩ tit. de iis quę delentur. l. cancellauerat aũt quis testm̃ uel induxerat. Item: Si noĩa oĩa induxerat ut ꝓponitur. Item: Quæ in testõ legi pñt, ea incõsulto deleta uel inducta nihilominus ualẽt, cõsulto nõ ualent. hinc inductio pro abolitione & litura.

Inficiatio, est negatio, ab inficior inficiaris, quod est ire inficias, siue negare. Cic. de partitionibus. Rõnem, inquit, habet criminis, inficiationemq́ue facti. Ner. lib. 46. dig. tit. iudicatum solui, l. ex iudicatum. Ad inficiationem inquit, cõpelli eum qui sine iudicio partem dare paratus est.

Institor, ut inquit Iurisc. li. 14. digest. in tit. de instit. actio. l. institor. est qui tabernæ locove ad emendum uendendumve præpoui

ponitur. Atque ibidem: institor, inquit, appellatus est ex eo quod negotio gerendo instet. Iuue. Institor hybernæ tegetis niueiq. cadurci. Accipitũr et pro eo qui circunfert per urbem merces uænales: ut in eod. tit. & apud Ouid. in 1. de arte: Institor ad dñam ueniet discinctus emacem.

Insula præter illam notam signonem, signat etiã domum in urbe ab aliis domibus seiunctam. Corn. Tacit. Germani suam qſque domum spatio circundat, nullis cohærentibus ædificiis, more insularũ. Festus quoque Põp. Insulæ, inquit, dictæ proprie quæ non iunguntur cõibus parietib. cum uicinis, circuituq; publico aut priuato cingunt̃ à similitudine, uidelicet earum terrarum quę flumnib. aut mari imminent. In hoc significatu crebrò reperitur insula apud Iurisconsultos. Vnde insularius, dominus sine custos huiusmodi insulæ.

Interpolare, est in aliã formam mutare, & quodã modo mãgonizare. Plautus in Amph. Illic homo me interpolabit, meũq. os finget denuo. Amb. ad Horat. Nostrorum peccatorum, in pęnis ultricib. interpolari. Vlp. 21. dig. tit. de ædil. edict. l. præcipiunt. Interpollant, inquit, ueteratores, & ꝓ nouitiis uẽdũt. i. in habitũ nouitiorum mutant.

Inrertritura, siue intertrimentum, est (ut inquit Varro de lingua Latina) dictum ab eo quod duo inter se trita & diminuta sunt, ut in nũmis aureis quod ex usu & attrectatione consumitur, & in uestibus aliisq. rebus quę usu deterũtur. Liuius li. 34. In auro, inquit, nihil intertrimenti fuit. Item lib. 32. Intertrimentum argenti suppleuerunt. Scæu. lib. 33. de pig. act. l. pignori. Quęro intertrituram q̃ ex operis facta est. Atq; ibidẽ iterũ utrobiq. pro detrimento.

Irenarcha, interpretat̃ pacificator, siue pacis cõciliator: nam irene interpretatur pax, & archos est princeps. Erant autem irenar

irenarchæ uiri boni, & prudentes, quales signat Virg. in 1. Aen. Ac ueluti magno in populo cum sæpe coorta est Seditio. sæuitq. animis ignobile uulgus, &c. Sub hoc habitu fuit Domitiani Cæsaris statua equo posita, de qua Pap. in princ. Syluarum: Dextra uetat pugnas. Talem quoq; Persius poeta significat, cũ dicit: Fert animus calidæ fecisse silentia rixæ Maiestate manus. In C. Iust. ti. est de irenarchis, quos Acc. interpretatur iram arcentes, quasi irenarcha nomen esse Latinum. Mart. li. 48. in ti. de custo. & exh. reo. l. D. Hadrianus, irenarcharum sæpe meminit.

Isauri, populi sunt Ciliciæ contermini, qui in mari quondam piraticã exercuerunt, quos Pub. Seruilius profligauit, qui cognomen Isaurici ex ea uictoria retulit. Iam uerò Isauri & Cilices pro piratis accipiuntur, ut Iuuenalis: Piratæ Cilicum, eust. in Cod. tit. de feriis l. prouinciarũ. Latronũ, iq̃t, & maximè Isaurorũ.

Isostates, potest interpretari æqualitas recognitor: nam Isos interpretatur æqualis in Cod. Iusti. de ponderationibus & auri illatione. l. quoties. Quoties, inquit, de qualitate solidorũ orta fuerit dubitatio, placet quem sermo Græcus appellat isostaten pro sua fide & industria, ut neque fallat neque fallatur contentionem dirimere Acc. interpretatur ab igos, victoria, & state militia, neque enim igos est uictoria, sed nice, neque sta te militia, sed stratia: sed neque uictoria, & militia faciunt ad rem.

Iugum pro pari duorum animalium plerunque accipitur, ut apud Plin. lib. 10. de aquilis. Vbi aquilarum, inquit, non sit iugum. Varro de lingua latina: Iugum, inquit, & iumentum à iunctu. Virg. 5. Aeneid. Nec sic undantia lora Cõcusſere iugis. Vlp. li. 21. dig. de ædil. edi. l. ædiles aiũt sępè iugum in hac significatione ponit.

L

LAbrum uas est patulum grandioris aquę capax, qualibus in Bætica mea utuntur ex argilla fictis ad lauatrinam,&vsus co quinarios. Virg.8. Aen. Sicut aquæ tremulum la bris ubi lumē alienis. Ci cero in epis. labrum si in balneo nō est, fac ut sit. Vlp.li.19.tit. de emp. & uen.l.limes.Labra,inqt, salientes fistulæ. Acc. ex ponit labra, quia per la brum imaginis aqua fa lit,non minus ineptè, q̄ id quod aliubi Digitum interpretatus est.i.q̄tum fluit per digitum statuę.

Lacertus,piscis est, q̄ a Græ cis colias dicitur, dictus a lacertus quòd ad simi litudinem lacertorum picturas habet. Commē dabantur autem lacerti Sexitani ex Hispania ur be Sexi,Martia. Et Sexita ni ponat cauda lacerti. Ex lacertis aūt fieri soli ta esse salsamenta, osten dit Corn. Celsus dicens: Piscium q ex media ma teria sunt quibus maxi mè utimur,tn̄ grauissimi sunt, ex quib. salsamēta quoq; fieri pn̄t, qualis est lacertos Sexitanorū salsamentorū meminit Strab.Vlp.in ti. de penu leg.l. qui penum. Lacer tos, inquit, cum muria sua contineri.Labeo ait, Est autē Muria salsugo exudās ex piscib. salitis, qua utebantur antiquio res ad ciborū cōdituras.

Lacunar, siue laquear, siue lacus,est tecti elegantior fabrica.Cic.5.Thusc. q̄st. Fulgentem gladium è la cunari seta equina appē sum.Hor.in 2.Carm.Nō ebur neq; areūm mea reni det ī domo lacunar.Vlp. tit.de fund.instr.l.q̄situ̇. Scalæ,inqt, q̄ lacunarib. admouētur, instrī sunt.

Lapis, p milliario, hoc est, mille passib.aliqn̄ accipi tur,qm̄ antiquiores soli ti erāt milia quæq; pas suū lapidib.signare:id qđ uidemus ī uia q̄ ducit Sal manticā ex Emerita Au gusta. argētēā vulgus ap pellat. Martia. Rura ne musque sacrū dilectaq. iugera musis Signat vi cina quartus ab urbe la pis. Idē alibi: Ad lapid

Torquatus habet prætoria quartum. Martia.tit. de excus.l.pp litem. Ne ultra centesimum,inqt, lapidem tutelam gerat.

Laser, eris, quod a Græcis Silphiū appellaī, succus est herbæ,quam in Cyrenaica regione inuentam Laserpitiū uocant, à medicis & pharmacopolis tempestatis nostrę appellatur Assa,Pli.lib. 19. Laserpitium quod Græci silphion uocant,in Cyrenaica prouincia repertū, cuius succū uocāt laser. Pau.in ti.de penu leg. l. non omne.Sed quod quidam, inquit negauerunt piper ligusticum,careū, laser,& cætera eiusmodi in penu non esse, improbatum est.

Latus clauus, quemadmodum diximus in uerbo clauus,nodus erat ex purpura, siue ex auro uesti intertextus, & qui poterant uti eiusmodi uestibus,tum Laticlauii, tum Angusticlauii dicebanī. Erat autem uestis senatoria,ut exponit Acron, in illud Horatii 1.Serm. Quo tibi Tulli, Sumere depositum clauū fieriq. tribunum.Plin.lib.8.Tunicam lati claui in modum gausapi texti. Oui. 4.de trist.Induiturq. humeros cum lato purpura clauo. Iurisc.in quadam lege cuius initium est, Imperator. Vt ecce, inquit, si uxor uiri lato claui,peteti,pro lati clauio.

Lautica, dñr quæcunq; ad lautitiam atq; elegantiā cultus & mensæ ptinēt. tit.de au.& ar.le.l. argō. Mundo,inquit,muliebri continētur lautica,acus, reticula & huiusmodi.

Laxamentum,siue laxitas, dicitur quies siue cessatio à labore. Val. de fortitudine. Ad confirmandos,inquit, animos salubre laxamentum daret. Cic.in 1. off. Adhibenda est,inquit,cura laxitatis. Nerat.lib.50.tit.de uaca. & excu.mu.l.tps.Cū laxamēto quodam itineris.

Lectica, est uehiculum in quo quispiā fertur ab hominibus: p si a quatuor vehitur tetraphorū,dr si a sex,hexaphorum: si ab octo,octaphorum. Martialis: Laxior hexapho

ro tua sit lectica licebit. Et Iuuenalis. Densissima centum Quadrantes lectica petit. eadem & Sella dicitur. unde idē poeta subdit de eadem lectica: Ostendens uacuam & clausam pro coniuge sellam. Pau. lib. 8. de seruit. rustic. præd. l. q. sella. Qui sella, inquit, aut lectica uehitur, ire, nō agere dicitur. Acc. sella. i. equo, lectica. i. curru interpretatur, quod utrunque ex eo qđ diximus falsū est.

Lecticarius, seruus est qui lecticā humero fert. Sue. in Othone: Muliebri sella in castra contendit, ac deficientib. lecticariis cū descendisset. Seru. Sulp. in quadam ad Cic. epist. Coactus, inquit, sum in eadem illa lectica lecticariisque meis in urbem eum referre, ut in tit. de leg. 1. l. si ex toto. Si ita, inquit, legatum sit lecticarios octo. Item Vlp. de leg. 3. l. item. Legato continentur mancipia, puta lecticarii qui solā matrē familias portabant.

Liberi, orum, non solū dn̄r filii, sed etiam nepotes pronepotes, & deinceps & q̄q̄ non declinetur nisi in numero multitudinis, de uno tn̄ liberos dicimus. Ex A. Gellio li. 2. Vlp. in tit. de poll. l. inter liberos, nepotem quoq; contineri diuus Pius rescripsit. Item Calistratus tit. de uerb. sig. l. liberorū appellatione, &c.

Libertinus à liberto non eo differt, quod vulgus putat, & cū dixi vulgus, non excludo Accur. qui & ipse unus est ex imperita multitudine, nā cū idem sit libertus quod libertinus, sola rōne differunt, qm̄ libertus nomē est ad aliquid superq. refertur ad eum cuius est libertus, hoc est ad patronū: ut libertus Cæsaris, libertus Ciceronis, & de operis libertorum, sub audi quas debēt suis patronis liberti. Libertinus uerò nomen est absolutum, tantumq́ dicit conditionem, hoc est, tertiū illud genus hominum, qui nec sunt serui neq; liberi. Hinc est quod Iustinia. in 1. lib. Instit. titulum fecit de ingenuis &

libertinis, quia ibi non agitur nisi de condōne nullo habitu respū ad patronos. Hanc differentiā primus omniū animaduertit annotauitq́. Laur. Valla uir harum rerum diligens indagator, atq; acerrimus inuentor.

Libitinarius, dicitur funeris curator, quē suprà diximus desinatorē appellari: nam polinctor est q cadauer effert, cōburitq́. aut sepelit. dicti sunt aūt libitinarii à libitina. i. funere, dicta libitina à Venere libitina, q̄ Romę habui templum, iuxta qđ uēdebātur q̄b. erat opus ad funus, puta unguenta, lychni, papyri, cerei, funalia. Sed cur ea iuxta Veneris templū, quæ iocorū uoluptarumq́. dea est, uendebantur. Plutarchus in problematis causam narrat, ut uidelicet cum homines libidinib. dant operā, meminerint se aliqñ morituros. Vlp. lib. 14. tit. de institoria actione. l. quicunque. Si libitinarius, inquit, ser uū pollinctorē habuerit, isque mortuum sepelierit. Acc. desipit nescio q̄ somnia referens.

Librarius, est qui libros scribit, nam scriptor non tā dicitur q libros scribit, q̄ librorū cōpositor. Mar. de libris suis: Non meus est error, nocuit librarius illis. Cic. 3. de Orat. Neque librariorum notis, sed uerborum & sententiarum modo. Callist. de iur. imm. l. quibusdam, & sæpe aliàs.

Licitor, aris, est in actione precium pro re uenali offerre. Plin. lib. 7. Aristidis pictoris unam tabulam centum talētis Rex Attalus licitatus est. Inde licitator, qui eiusmodi preciū offert. Cic. in Epist. ad Mariū: Qm̄ pretium tuum noui, in licitatorem potius ponam. q̄ illud minoris uęneat. Licitatio quoq;, ut Pau. li. 39. dig. tit. de publi. & uectig. l. licitatio. Licitatio, inquit, uectigalium, quæ calore licitātis, &c. Et paulò post: Licitatores, inquit, uectigalium.

Lictores, dicuntur qui ante Prætorem, aut consules ferebāt insignia magistratuum,

tuum,hoc est, uirgarum fasces & secures dicti à ligādo,ut scribit Gellius lib.11.qđ videlicet iussu Cōsulū aut Præt. uinciebāt sontes:aut queadmodū Festus ait, ꝙ uirgarū fasces ligatos pferebant, quib.imperāte magistratu, delinquentib. plagas ingerebant. De manu missis uindicta. l. manu missio. Manumissio, inquit,per lictores.

Ligna, orum, in numero multitudinis ꝓpriè dnr, quæ comburendi causa comparata sunt,ut apud Mart.Ad uillam moneo rustice ligna feras. Et apud Horat. In sylnam ne ligna feras.In singulari quoq; in eadem significatione reperitur.Vlp. in tit.de leg.3.l.ligni appellatione. Materia, inquit est illa,quæ ad ędificandū fulciendūq. ædificiū est necessaria. Lignū uerò quicquid cōburendi causa comparatū est.

Ligusticū herba est in montib.Liguriæ nascens.à iunioribus medicis leuisticō appellatum. Est aute Liguria regio Italiæ, inter Varrū & Macrā amnes, ad Apēnini dextram, in qua est Genua. De Ligustico Pli. Columel. Apitius,proinde omnes medici meminerunt,leuisticū corrupto uocab. appellant.Paul.libro 33.in tit.de penu leg.l.nō omne.piper., inquit, ligūsti cum careum, & laser.

Liminarcha, potest interp̄tari liminis, hoc est limitis præfectus, & est ille qui gerit curam tuendorum prouinciæ limitū, præficiturque militibus limitaneis.Arcadius lib. 50.tit.de munerib. l.munerum ciuilium &c.

Limitanei milites dnr qui sub liminarcha ꝓuinciæ terminos tuentur. Capitolinus Reparato, inqt, de limitaneis Daciæ exercitu.Iustinia.quoq; de offic. Prætoris Aphricæ .l.qs Deo.Pro limitaneis inquit ordinādis, qa necessarium nobis esse uidetur,ut extra comitatēses limites limitanei constituanť,q possint & castra & ciuitates,& limites defendere.Et paulò post: Si cōmotio aliq fuerit, poss

sint

ſint limitanei ſine comi tatenſib. & militib. &c.

Linea margaritarũ, eſt ſe ries margaritarum per tuſarũ, q̃ ſint filo inſertę Scæuola lib.35.ad l. Fal cidiam .l.lineã. Lineam inquit, margaritarũ. Itẽ Vlp.lib.47.tit. de furtis, l. ſi quis uxori. Si linea margaritarũ ſurrepta ſit.

Lytos, interpretaſ ſolutus, à lyo quod eſt ſoluo. Iu ſtinianus in procemio di geſt. Quia ſolitum erat, quarti anni ſtudioſos; Græco, & conſueto quo dã uocabulo lytas appel lari, hoc eſt ſolutos pro quo mẽdoſè legitur hir cos, ex Pandectis Floren tinis adnotãte Politiano nã pro eo quod in recen tioribus libris habetur hircos & coloritas, legi oportet lytas & proly tas: quid autem ſint, le ge prolytæ.

Logiſta, dicitur is qui red dẽdi, rationibus præeſt: nam logos inter cæteras ſignãtiones ĩterpretatur cõputatio: & logiſtice eſt ipſa ars cõputatoria, quã vulgus algoriſmum uocaſ. Iuſtinianus in ti tulo de modo mulctarũ. l. curator. Curator, inq̃t, reip. qui Gręco vocabulo logiſta nuncupatur, mul ctandi ius non habet.

Logographus, poteſt inter pretari rationũ ſcriptor, quo uocabulo utiſ Iuſti. lib.x.in tit.de tabulariis, ſcribis & logographis.

Loricatio, eſt tectorium pa rieti in modum loricæ ſuperindum, idem ferè quod incruſtatio. Vitr. lib.6. Duplicem, inquit, præbeat contignationi loricationem. Plin.lib.8. Ichneumone cũ aſpide pugnaturo: Mergit, inq̃t ſe limo ſæpius ſiccatque ſole, mox ubi pluribus eodem modo ſe coriis loricauit, in dimicatio nem pergit. Paulus de uerb.ſignificatio.l.impẽ ſæ. Incruſtationes, inq̃t, loricationes & picturæ.

Ludicrus, a, um, nõ ludicer, is, q̃d Priſc. putauit, diciſ quod ad ludũ pertinet. Virg.12. Aenei. Neq; .n. leuia aut ludicra petunſ. Horat.2.epiſ. Valeat res ludrica ſi me Palma nega ta macrũ. De accuſatio nib.l. qui iudicio. Qui ar tem

tem, inquit, ludicram fecerit. hoc est scenicam siue theatralem aut circē sem, ubi ludi fiunt.

Lugdunensis colonia, q̄ Lugdunū cognominat̄, ciuitas est nobilissima Heduorū in Gallia Lugdunēsi ab ipsa cognominata, Meminit illius Iurisc. li. 50. dig. in tit. de cēsib.

Ludus literarius, pro schola accipitur vbi literę docent: magister quoq; ludi, is dicit̄ qui literas docet. Martia. Quid tibi nobiscū est ludi scelerate magister? & per translationē. Terēt. in Ecyra: In eodē mihi oēs vidētur ludo doctæ ad malitiā, & ei ludo si ullus est ludus, magistrā hanc esse satis certo scio. Vlp. lib. 41. ti. de uariis & extra. cog. l. 1. ludi literarii magistri.

Luscus, is dicitur q̄ altero oculo caret, q̄ Gręce monophthalmus appellat̄ hoc est vnoculus. Hiero. de uiris illust. Acacius, inquit, quē q̄a luscus erat, monophthalmū appellāt. Martia. Thaida Quintus amat, quā Thaida? Thaida luscā. Vnū oculū Thais non habet, ille duos. Modest. in titulo de uerb. sign. l. inter stuprū. Vitiū inquit, est perpetuū impedimētū, veluti si luscus sit. Inde fit uerbū eluscare, de quo in suo loco diximus. Neque est, ut Accursius, & si qui sunt alii q̄ id dicāt, qui lumine adhibito nihil videt, se vt diximus q̄ est orbatus altero oculo.

Lustramētum, ti, est purgatio facta p̄ ueneficiū aut sacrificiū, aut incantationem, dictū ab eo quod est lustro, as, Vir. 6. Aen. Lustrauitque viros, dixitque nouissima uerba. Ouid. 10. Meta. Magico lustrabere ritu. Marcell. li. 48. ad leg. Corn. de ueneficiis & siccariis. l. eiusdem. Si quis, inquit, lustramenti causa dederit cantharidas.

M

Magister, nomen dignitatis est, & magistratus siue magisteriū, ipsa magistri dignitas. Vnde magister equitum, qui à Dictatore pręficiebatur eq̄tib. & magister populi, qui

qui pecuniæ diuidundæ per populū præpositus est: & magister militum, qui militibus præest: & magister scrinii, id est, q. libros principis adser uat: & magister pecoris, qui pastoribus reliquis præfectus est.

Malleatus, dicitur liber quĩ iam est ligatus, punica tusque. Sed quia libri malleabitur antequā cō suerentur, id quod ui demur nostro tpe fieri, malleari dicebantur, pro eo quod sequitur. Vlp. tit. de legatis 3. l. librorū. Libri, inquit, nondū mal leati & perornati conti nebuntur.

Malobathrū, arbor est odo rata ex Syria, quæ nomi ne speciali folium appel latur, vnde fiunt vnguen ta quæ dicuntur foliata. Horat. in 2. Carm. Niten tes malobathro Syrio ca pillos. De folio maloba thri meminerunt sæpe Galenus & Apitius. Mar tianus lib. 39. ti. de publi canis. l. interdum. Malo bathrum, aroma Indicū. non malabastrum.

Mandragora, herba est no ta, cuius duo sunt gene ra: alterum nigrum, quæ fœmina existimatur, al terū candidū, qui est ma sculus. Habet uim sopori ferā, atq; prouocandi so mni gratia dari cōsueuit quia frigida est: ac ppè uenenū. Colume. in hor to: Quāuis semihominis uesano gramine fęta Mā dragoræ pariat flores, mestamq; cicutā. Marcel. lib. 48. dig. ad l. Corn. de ueneficiis. l. eiusdē, man dragoram inter uenena ponit. Ex quo fit, ut mi randum sit quid per mā dragotam interpres sa crarum literarum intel lexit in Genesi, cap. 30. Et Cant. 7.

Mango, onis, est nō modo seruorū uēditor: sed alia rū etiam rerū, quæ ut ca rius uendantur: solent à uenditoribus adornari. Vnde est mangonizare agros & equos, pro eo quod est colere. Et Pli nius lib. 37. politores gē marum, mangones ap pellat. Martia. Millia p puero centū me mango poposcit. Seneca ĩ Epist. Mangones, quicquid est quod

quod displiceat, aliquo lenocinio abscondunt. Aphricanus de uerb.sig. l.mercis appellatione, quo distet à uenalicia rio monstrat.

Mappa, mensę stragulũ est, quẽadmodũ & mantile, siue toral. Frãtq; duo genera, alterũ rasum, alterũ uillosum, hoc est in tapetis similitudinẽ cõtextũ, qđ & gausape dicitur. Martial. in disticho cuius index est, Mappa uillosa Nobilibus uillosa tegãt tibi lintea citrũ, De mãtili quoque uilloso Virgilius in primo Aen. dixit: Tonsisq. ferũt mãtilia uillis. qđ Seruius pro minutis exponit. Ouid. quoq; in quarto Fast. Duxerat ad dextram uillis mantile soluti Florentinus li. 33. de supellecti li legata lege supellectili. Toralia, inquit, & mappa uillosa. Pro quo mendose legitur & oralia in panaliosa, nihil uerba.

Materia, proprie dicitur circa quã uersatur faber tignarius siue lignarius. In cõmuniori tñ signatu dicitur de subiecta cuiusq; artis materia. Pau. li. 18. tit. de periculo & cõmo. l. quod si. Neque materia empta si furto perisset.

Mediastinus, quẽadmodũ Prisc. in 5. carmine scribit, à medio uidetur cõponi, qa medias partes balnei tenet, hoc est, qui in medio lauantum stat. Horat. in 1. epist. Tu mediastinus tacita prece rura petebas. Acron in media vrbe viuens interpretatur, Porphyrion in media urbe siue balneo exponit. Vlp. lib. 47. titulo de iniuriis. l. item apud. Multum interest quaiis seruus sit, bonæ frugi, an mediastinus.

Mereo, meres, merui, est militare, siue stipendiũ in militia facere. Luca. in 6. Castrorũ in plebe merebat. Iuuenalis: Castrorũq. æra merentẽ. Suet. in Iulio: Meruit & sub Seruilio Isaurico. lib. 49. digestorum, titulo de re militari, pro eo quod in libris antiquis legitur merere, in recentioribus scriptum est, militare.

Metalla, dicũtur uenęvnde eruitur argentum, æs, & cæ

& cætera quæ vulgus in doctum appellat metalla, dicta sunt autē metalla à metello, quod est scrutor siue inquiro: aut dicuntur metalla, quòd alia uena post aliam inueniatur, quod uidetur Plin. lib. 34. significare, ubi scribit ꝙ ubicunque vna uena est inuenta, nō procul alia inueniatur. Hinc metallarii & metallici dicuntur, qui sunt dānati ad metalla, hoc est effodiendam terram ex metallis. Aliqñ simpliciter accipiunť pro effossorib. metallorū, ut in lib. dig. tit. de pœnis. & li. 11. Cod. ti. de metallariis.

Metator, siue metatus, siue mensor, dicitur qui iussu atque autoritate principis milites in domib. incolarum collocat, siue in castris qua parte debeat quisque tentoria figere, ostēdit. Vnde dictum est castrametari. Lucanus in primo: Hesperios ueniā metator in agros. In Codice Iustiniano, titu. de metatis l. j. Si quis, inqt, mēsorū nostrorū manu qua deputať singulisqui busq; domus & postib. hospitaturi nomē adscribunt, delere non dubitauerint, ad instar falsi criminis cōstituti teneanť.

Metaxa, est congeries illa pensorum ex lino aut lana, quam Hispani paucis literis immutatis uocāt madexa, ut in li. 11. Cod. Iust. ti. de muril. l. lotas ī posterum serica & metaxæ. Vitruuius lib. 6. De paludib. inquit, tenues colligantur metaxæ.

Metrocomia, interpretatur uilla matrix, dicta à meter, quod est mater, non quod Accur. hallucinať, à metrus, quod est mensura, & come uilla accipiendo uillam, ut nunc uulgus loquitur. Iust. li. 11. Cod. in tit. non licere habitatoribus metrocomiæ loca sua ad extraneam conferre.

Metropolis, interpretatur ciuitas matrix: neque dicitur à metros quod est mensura, ut imperiti existimant, sed quod de metromia diximus, à meter quod est mater: vñ alia complura deriuanť, quæ in suo genere significāt præ

precipuum & excellens, ut ortygometra, tetri gometra, echinometra, accentu in penultima, pro duce cothurnicum, cicadarum, & echinorū. Modest.lib.xvii. dig. de excusatio. l. si duas. Decet antem maxime nu mero uti metropoles gentium.

Miliariū, uas erat ad coquē dū milium accommoda tū, quemadmodum pul tarium ad coquendum pultem. Cato de re rust. Inter orbem & miliariū unum digitum interesse oportet. Palladius libro quto de re rustica: Vas, inquit, æneum miliario simile. Pompo. libro 33. ti. de au. & ar. leg. l. & si. Certe si cacabos argen teos habeat, uel milita riū. ꝓ quo t, litera expū cta, lege tu miliariū.

Miniculator, is dicitur qui literas maiusculas, hoc est initiales siue capita les ex minio libris ex atramento iam scriptis adhibet. Vlp. lib. 38. tit. de operis liber. l. inrisiu randi. Si fortè, inquit, librarius uel minicula tor, sic enim in libris an tiquioribus legitur, & magis cohæret ei quod suprà dixerat librarius, & ei quod sequitur, uel calculator.

Molior, moliris, est moles ad ędificium aliquod coaptare. Virgilius pri mo Aeneid. Molirique arcē & manibus subuol uere saxa. Vlpia. lib. 39. l. i. de noui operis nun. Qui fortè in publico uel in priuato quid moli tur. Inde molitio, onis, pro ipso apparatu ædi ficandi: ut infra eodem ti. l. stipulatio. Molitio, inquit, non impeditur. Demoliri uerò & demo litio opponitur ei quod est moliri, & molitio, ꝓ eo quod est diruere & dirutio, ut in eo. ti. sępe.

Mola mãuaria, siue manua lis, siue trusatilis dicitur quæ ad frumēti molitu ram manu circūagitur, quæ, ut ait Vir. in More. Rotat assiduis gyris, & cōcitat orbē. Mola quo que iumētaria, & ex Euā gelio, mola asinaria est, quã iumenta uersant. la bo. Prisc. lib. 33. dig. de fun.

fun.inst.l. dolia. Molas, inquit, manuarias supellectilis, iumentarias aũt instrumẽti esse Offilius, ait, Molas uerò aquarias, hoc est aqua uersatiles, ante Iustiniani tẽpora fuisse nõdũ legi. Is enim in ti. de aquæd. l. decernimus, molæ aquariæ meminit, quã sermonis Latini ignari molẽdinũ appellãt. Nã qđ legitur asina molẽdinaria in ti.de fun. inst. l. cũ de lanionis, non à molendino, sed à molendo deductum est.

Meniana, vt ait Festus Põp. ædificia erãt à Menio ciue Romano sic appellata, non à mœnibus sic dictũ, ut putauit somniculosus Accursius. Is enim primus ultra columnas extendit tigna, quo ampliarẽtur superiora. Hic est ille Menius qui post bona patris absumpta, locum sibi seruauit, unde ludos spectaret, de quo Horatius in primo epist. Menius ut rebus maternis atque paternis Fortiter absumptis, urbanus cœpit haberi, &c. Locus autẽ ille fuit Menianum, quod ultra ædificia protendebatur, in uiam publicam propendens. Vitruuius libro quinto: Meniana, inqt, superioribus coassationibus collocentur. Suetonius in Caligula: Cum apparatu circi perspiciẽtem, pauci ex proximis Menianis postulassent. Valerius de mortibus nõ uulgaribus: C. Licinius, Macer uir prætorius, Calui pater, dũ sententiæ dicerentur, in Menianum cõscendit. Iabolenus de uerborum significatione. l. malũ nauis. Qualia, inquit, Meniana & subgrundaria essent. Vlpianus in titulo ne quid in loco publico. l. prætor ait. Cùm quidã, inquit, uelum in Meniano immissum haberet.

Meritoriũ, siue meritoria taberna, est stabulũ siue caupona inquam uiatores diuertũt: dictum meritorium, à mercede quã soluunt. Iuuenalis: Nam quæ meritoria somnos admittunt. Valerius de duobus Arcadibus: Quorum

rum alter, inquit, ad hospitem se contulit alter in tabernam meritoriã diuertit. Vlp. in tit. de iniuriis. l. lex Cornelia ad meritoria, inquit, uel stabula non pertinebit. Accursius nescio quas nugas somniat, neq; id mirum, cum uigilans quid esset meritoriũ nescierit.

Modus, & modulus plerunque pro mensura accipitur, ut Horat. in 2. Serm. Hoc erat in notis modus agri non ita magnus. Frõtinus de aquęduct. Aquarum inquit, moduli aũt ad digitorum, aut ad unciarum mensuram instituendi sunt, in li. dig. 11. tit. est, si mensor falsum modum dixerit, & ibidẽ sæpe. Pau. li. 39. tit. de damno infe. l. damni. Eum, inquit, qui modulorum aut riui faciendi causa.

Mulsum, potio est q̃ ex uino & melle concinnaẽ. Hor. 1. Serm. Leui pręcordia mulso. Prolueris melius. Mart. in disticho cuius lemma est, Mulsum: Attica nectareum turbatis mella falernum. Vlp. lib. 33. tit. de trit. & uino leg. l. si quis. Si mulsum, inquit, sit factũ, uini appellatione non continebitur. Vlp. li. 6. tit. de rei uend. l. idem. Si ex melle meo & uino tuo mulsũ factum sit.

Mundus muliebris, ut inq̃t Varro, dictus est à mundicia. Idem & ornatus, quasi ab ore natus, à Gręcis cosmos dicit. Vñ multi fuerunt autores quos Galenus citat, qui cosmetica, i. de ornatu scripserunt. Vlp. ti. de au. & arg. leg. l. argũ. Mũdus, inq̃t, muliebris est quo mulier mũdior fit, & subdit q̃ numeranẽ in mundo muliebri, de quo etiam ẽst tit.

Munimentum differt à monumẽtum siue munimẽto, q monumentum est sepulcrum quod erigiẽ in defuncti memoriam, siue illud sit inane; siue cadauer complectaẽ. Munimentum uerò est in ædificio illud quod ab inferendo damno defendit, dictum à muniendo Marcellus lib. 11. titulo de religiosis & sumptib. funerum. l. funeris sumptus. Munimẽtũ sepul

chii id esse D. Hadr. scri psit quod muniēdi eius loci causa factum sit.

Murileguli, dn̄r qui muri ces, hoc est conchylia colligunt ex quib. purpuraceus color inducitur, nā purpurarum gn̄a cōplura sunt, buccinum, iāthinum, murex. de qb. in ti. de leg. 3. l. si cui lana. Igit̄ murileguli sunt purpurarū cōquisitores, de q̄b. Iusti. li. 11. Codicis, tit. de moneta, & murileg.

Muria salsamētum siue salsugo exudans ex piscib. salitis, qua antiquiores utebantur ad ciborum conditúras. Aliqñ muria ex sale tantum, & aqua macerata constabat, quę muria dura cognominabatur, qūo aūt fiat. Plin. & Columella ostendunt. Vlp. in tit. de penu leg. l. qui penum. Laceratos inquit, cum muria sua contineri, Labeo ait.

Murrha & vasa murrina dicebantur quæ ex murrha lapide precioso tornabātur. Lucanus: Non auro murrhaq. bibunt. Martialis: Si calidum potas ardenti murrha falerno Conuenit. De murrha lapide Pli. li. 37. plura. Sed huius lapidis uas unum tm̄ nostro seculo mōstratur Venetiis in ęrario diui Marci: Agatham ipsi uocant. De uasis murrhinis Martialis: Surentina bibis, nec murrhina sume, nec aurum. Et Iuue. Grandia tollātur crystalla, maxima rursus Murrhina. Floren. in tit. de supellectili le. l. supellectili. De murrhinis, inquit, & crystallinis, dubitari potest, atq; ibidem: Murrhina & crystallina ex eadem materia esse. Item Pomp. ti. de au. & ar. le. l. & si non. Murrhina, inquit, uasa in gēmis nō esse. Cassius scribit.

N

Natales, in numero multitudinis sunt ipsa nascendi conditio siue illa sit obscura, siue clara. Pli. lib. 18. Ruffus infima natalium nobilitate. Cor. Tacitus: Euscus ingens ætate, claris natalibus. Iuue. Palmā inter dominas virtus natalib. ęquat. Apud Iurisc. lib. 44. dig. tit.

tit. est de nata. rest. quasi natales de natalibus claris tantum dicantur.

Negocium facere, siue negocium exhibere, quod apud Iurisc. frequentes legitur, signat molestiā alicui facere, & sic est illud: In eum qui calumniæ causa negocium faceret, & illud. Qui pecuniam acceperit, ut faceret negotium uel non faceret, pro eo quod est molestiam.

Nomen pro debitore, maximè in re fœneratoria apud Iurisc. sæpissimè inuenitur. Seneca de uita beata: Nunquam magis nomina facio q̄ cum dono. Alphius fœnerator apud Colum. Optima, inquit, nomina non ad pellando fieri mala. Horat. Cautus nominib. certos expendere numos. Iuue. Qui venit ad dubiū grandi cum codice nomen. Hinc apud Iurisc. pecuniæ in nominibus dr̄ quæ datæ sunt fœnori. In hac quoque significatione accipitur nomē ab Vlp. li. 47. dig. in ti. de fur. l. si quis uxori Si qs, inquit, seruo meo persuaserit, ut nomen suū ex instrumento tolleret.

Nō, particula negatiua turbat sensum adiecta, in ti. de off. proc. Legatus, inquit, mandata sibi iurisdictione iudicis dādi ius non habet. Cæterum in Pandectis non, particula non habetur. Notauit primus hunc errorē Angelus Polit. in quadam obseruatione eius centuriæ, quam tunicā nobis uidere contingit.

Nosocomion interpretatē infirmorum siue ægrotantiū uilla: nā nosos interpretatur morbus, & come uilla. Hie. ad Oceanum de epita. Fabiolæ: Primò omnium nosocomion. i. languentum uilla instituit. Iust. in Cod. tit. de sacrosanc. ecc. Nosocomia, inquit, uel brephotrophia. Item coll. 1. de non alienando nosocomion uel brephotrophium. Nosocomos uero appellatur qui præsidet nosocomio, ut coll. 2. de nō alienandis, &c.

Notarius, non est qui vulgò putatur, hoc est tabel

lio. sed qui excipiēs uerba distantis per notas & cōpendia scribit. Talis describitur à Martiale in disticho cuius index est. Notarius: Currāt uerba licet, manus est uelocior illis. Nondum lingua suū, dextra peregit opus. Pau. lib. 29. dig. tit. de militari testa. l. Luc. Titius miles notario suo testm̄ scribendum notis dictauit, & antequam literis perscriberetur, uita defunctus est. Ergo per notas intelligendum est. per literarum compendia, hoc est breuiaturas.

O

OBsidianus lapis ab obsidio quodam inuentus dicitur, de quo Plin. lib. 36. in gñe uitri & obsidiana numerantur ad similitudinem lapidis, quem in Aethiopia īuenit Obsidius, nigerrimis coloris, aliqñ & translucidi, crassiore uisu atque in speculis reddēte ꝓ imagine umbras. Idem li. 37. Inueniuntur & gemmæ eodē noīe ac colore, nō solum in Aethiopia & India sed etiā in Samo & in litorib. Hispaniensis oceani. Meminit eiusdem Suet. in Aug. Pōp. lib. 34. dig. ti. de au. & ar. le. l. etsi. Gemmæ, inquit, sunt perlucidę materię, uelut smaragdi: Lapilli contrariæ superiorib. naturæ, ut obsidiani, non abasiani, ut in codicib. recentiorib. legitur.

Obsonatores, dicuntur qui obsonia emunt, hoc est cibos recentes ex macello, foro boario, foro olitorio, aut eiusmodi locis. Sen. lib. 6. epist. Adiice obsonatores, quib. dominici palati notitia subtilis est. Mar. in disticho, cuius lemma est, Obsonator: Dic quotus es, quanti cupias cœnare, nec unum addideris uerbum, cœna parata tibi est. Marc. tit. de leg. 3. l. legatis seruis. Cubicularios, inquit, & obsonatores. Acc. ut est in excogitandis ineptiis diligentissimus, obsonatores duplicitet exponit, aut qui dño. præstant silentium dū dormit, quasi à somno dictus, aut qui canūt dum

dum cœnat dominus, quasi à sono uocis.

Odyssea, opus est Homeri poetæ, in quo Vlyssis errores prosequitur, quoniam Vlysses à Græcis dicitur Odysseus, citatur a Marcello in tit. de leg. 3. l. legatis. Sic deniq. in Odyssea Homerus ait, & subdit carmen Græcum.

Oenomeli Græcis dicitur, quod fit latinis mulsum ab œnos quod est uinũ, & meli mel, quoniam ex uino & melle cõstat, quemadmodum in uerbo mulsum diximus apud Galenum, cæterosque medicos crebra fit mẽtio œnomeli. Vlp. in ti. de trit. & uino leg. l. si quis uinũ. Oenomeli planè. i. uinũ dulcissimum continebitur. pro quo mendosè legitur cœnomeli.

Olitor, est qui uulgò appellatur hortulanus, dictus ab olerib. hoc est, herbis hortensibus. Inde olitanus, a, um, ad ortum siue horti curatorem pertinẽs. Pli. li. 19. Vrceola olitoria ex his factitari ꝓdiderũt. Vlp. de uer. si. l. Vrbana. Horti uinearii forte uel olitorii, nec dicitur ab oliuis, sed ab olerib.

Opera, æ, est labor diurnus quẽadmodũ à Paulo & Vlp. diffinitur. li. 38. dig. ti. de operis lib. differt aũt ab opere, quoniam in uno opere plures operæ cõsumi possunt, & una opera plura opera fieri pñt.

Opistographa, dñt quæ in tergo chartæ scripta sũt, ab opisthen, quod interptatur retro, & grapho scribo. Eiusmodi est i scriptura de qua dixit Iuuen. Scriptus & in tergo nec dũ finitus Orestes. Et Mar. Scribit in auersa Picens epigrãmata charta. Plin. in epist. Reliqt, ait, cõmẽtarios. n. pistographos, & minutissimis lris scriptos. Cõsultos. i. ti. de bo. poss. l. chartæ appellatiõe, Proĩde, ait, si i opistographo qs testatus sit, hinc peti bonorum possessionem: ubi Accu. dupliciter peccat, tum in opistographo .i. ubi opes scribuntur, exponens: tum in epistographo. i. in epistola.

Orichalcũ, interpretatur æs mõtanum, nam oros est mons, & chalcos æs: nã quod

quod uulgo aurichalcũ dicitur, nulla rõne defendi põt. Tũ ex illo prĩcipio omnium consensu recepto, non solere fieri compositionem ex Græco & Latino, tum autoritate & rõne. Rõ aũt illa nimirum est, ꝙ in carmine semper prima breuis reperitur. Virg. 12. Aen. Alboque orichalco Circundat loricam. Et Hor. in Poetria: Tibia non ut orichalco iuncta tubæq. Aemula. Aurichalcũ uerò nõ posse dici Sextus Festus Pomp. est autor. Aurichalcum, inquit, q̃ dã putauerunt compositum ab ere & auro. Sanè uerò orichalchum dicitur, quod in montosis locis inuenitur: mons etenim Græcè oros appellatur. Vlp. ti. de leg. 3. l. si quis electrũ, inquit, uel aurichalcum cõtineri. In tit. quoque de act. emp. & uend. Quemadmodũ, inquit, si qs uas aurichalcũ, sed orichalcũ legis.

Orcinius, ab orco dicitur. Est autem Orcus inferorum atque mortis deus. Virg. 2. Aen. Multos Danaûm dimittimus orco. Idem in 6. Vestibulum ante ipsum primisq́ue ĩ faucibus orci. Hinc orcinius libertus, q̃ fit ipsius testatoris defuncti & in orci familiam adscripti. De pheretro ĩ quo mortui efferuntur dixit Martialis: Orciniana quæ feruntur in spõda. Vlp. li. 10. ti. de fideic. li. l. ergo. Qui directam, inquit, libertatem acceperunt, orcinii erũt liberti, Orcinii quoque liberti meminit Iusti. li. 2. Instit.

Orphanotrophium, penultima longa, locus est ubi orphani aluntur, quem admodũ brephotrophiũ, ubi infantes, ut suo loco diximus. In codice Iust. titulus est de orphanotrophiis, quorum etiam meminit frequenter tit. de sacros. eccl. Orphanotrophus, is dr̃ qui orphanotrophii curã gerit.

P

PAegma, atis, ludus interpretatur, à pezo, quod est ludo. Erat autẽ pægma machina in sublime tendens, in qua puerorũ can

cantantium erant nidi, Seneca lib. 13. epist. his uerbis pęgma describit: His, inquit, annumeres machinatores, qui pægmata per se surgentia ex cogitant, & tabulata tacite in sublime crescentia, & alias ex inopinato uarietates, aut de hiscentib. quæ cohærebant sua sponte coeuntib. aut iis q̃ eminebant paulatim in se residentibus. Iosephus quoq; in triũpho Vespasianorũ nonnihil de pægmatis scribit. Iuuena. Et pægma, & pueros inde ad uelaria raptos. Mart. Et crescunt media pægmata celsa uia. Clau. Mobile ponderibus descendat pægma reductis. Vlp. ĩ ti. de fundo instr. l. quæsitũ. In emptionẽ, ĩqt, domus specularia & pęgmata cędere.

Paganus, à pago dicit, quẽ admodũ à uico uicinus: habet tñ aliqñ remotiorem signatum, atq; pro eo accipitur, qui non est militiæ sacramento addictus, ut nemo sit qui non aut paganus aut miles dicatur. Iuuę. Citius falsum producere testẽ Contra paganum possis q̃ uera loquentem. Contra fortunam armati .i. contra militem. Modest. in tit. locati & cond. l. si ignorans, inquit, militi, quasi pagano locauerit. Item multis aliis in locis digestorum, sed nunquã in alia significatione. Si qñ tñ à iunioribus paganus pro infideli accipitur, id per translationẽ fit, quasi non sit initiatus ad sacra religionis Xp̄i, atque illius militiæ adiuratus.

Pancratium, ut scribit Vitruuius, locus erat ĩ quo athletæ exercebantur. Plin. li. 34. Puerum autoli cum pancratio uictorem. Prop. lib. 3. Et patiẽ duro uulnera pancratio. Vlp. lib. 9. titulo ad l. Aq. l. qua actione. Si quis in colluctatione, inquit, uel in pancratio. Vñ pancratiastes pro athleta q̃ se in pancratio exercet.

Pãdecta, potest interpretari comprehensoriũ, hoc est, omnia continens, à pan, quod est, omne, & dechomę comprehẽdo. Gell. lib. 19. Sunt, inquit,

qui Pandectas .i. omniũ receptacula inscripserũt. Idem lib. 12. Quas Græco uocabulo Pandectas .i. promiscua, & omninio da continentes libros. Hinc Iust. lib. 50. dig. Pãdectas Græco tit. prętitulauit, non quemadmodum quidam existimãt, pandectas fuisse libros Iurisc. ex quib. conflatũ est ius ciuile, quod Iust. Imp. ĩ 50. libros redegit.

Pannicularia bona, quemadmodem Vlp. in tit. de bonis damnatorum defi nit, sunt ea quæ in custodiam receptus, secum attulit, non omnia quidẽ, sed uestem qua is fuerit indutus, & nummos in ueterales, & annulos parui precii.

Pantomimus, dicitur is qui mimos repræsentat, atque in ea arte tm̃ pollet, ut omnia possit imitari, a pan, quod est omne, & mimeomæ, quod est imitor. Sen. in 4. epist. Si clamor & plausus & pantomimica instrumenta perstrepuerint. Iul. Firm. li. 3 mathe. Si luna, inquit, à Mercurio defluens ad Venerem peruenerit, organorios aut pantomimos facit. Iabol. lib. 38. dig. tit. de op. lib. si libertus. Si libertus, inquit, artem pãtomimi exerceat & suprà eod. tit. l. patronus. Si quis, inquit, pantomimum uel archimimum libertum habeat.

Papyrus, frutex est in paludibus Aegypti locis, aut quo Nilus non fluit brachiali crassitudine, decẽ cubitorum altitudine: ex cortice uerò stragulas Aegypti faciunt, atq; ex eodem chartas, & est alioqui materia combustibilis. Vlp. in tit. de leg. 3 l. ligni appellatione. Harundines, inquit, & papyros comburunt.

Paranymphi & paranymphæ dñr Græcè, qui Latinis sunt pronubi & pronubæ, hoc est, nuptiis præsidentes. Augu. 4. de Ciuitate. Non ne omnes famulos atq; ẽt ipsos paranymphos ante mittit foras, quàm blandiri cõiunx coniugi incipiat? Hieronymus in Sermo. assumpsit Mariam, inquit, angelus Gabriel ac si coe

si cœlestis paranymphus intactam custodiuit. dictus aũt paranymphus à para quod est iuxta, & nymphe, sponsa: quasi assidens sponsæ. Cõmentator Decretorum paranymphas somniat esse ancillas: dictas sic, ut ille putat, à parãdo lymphas

Parapherna, bona sunt quæcunq; preter dotẽ danẽ sponsæ. Vñ paraphernica instra dixit Sidon. Apollinaris puellæ tradita: & dñr parapherna à para, quod est præter, & pherne dos: nõ ut vulgus loqtur, parapherna. Vlp. lib. 23. dig. tit. de iu. do. l. si ego. Si res dentur, ea quæ Græci parapherna uocant, quæque Galli pedulium appellant;

Parephippius, est qui equo insidet, siue equorũ sessor, à para Græca præpositione, & ephippiũ. Iust. lib. 12. Cod. tit. de cursu publ. l. parephippiũ. Parephippiũ, inquit, cũ uideri, qui usurpato uõ uel duob. ueredis, quos solos euectio cõcinebat. Est aũt ephippiũ stragulũ qđ equo imponitur, Horat. Optãt ephippia bos piger, optat arare caballus. Martial. in disticho. cuius lẽma est, ephippiũ. Stragula succincti uenator sume ueredi, Nã solet à nudo surgere ficus equo.

Parochus, interp̃ at dator siue pbitor. hoc est, tributarius. Vñ scribit A. Gellius. Vetidium uelut parochũ uictũ sibi ægrè q̃ fisse, & erat parochorũ magistratib. præbẽda cõducere. Horat. 1. Ser. Parochi qui prebent ligna, saleriq; idẽ (illeg.) Vertere pallor. Tum parochi faciẽ. Inde est parochia, parochorum cõio. Aug. 14. de ciuit. Fuit quidã nomine Restitutus in parochia Calamen. eccl. nõ, ut illiterati dicunt, parochia per duplex r.

Parœcos, est incola siue habitator in loco, & parœcia incolatur, siue habitatio, à para qđ est iuxta & œcoo habito. Pompo. de uerb. sign. l. pupillus. Incola, inquit, est qui in aliq̃ regionem domiciliũ suum contulit, quẽ Græci parœcon uocant.

Paro

Paropsis,dis,genus est lãcis grandioris, de qua in Euang. Qui intingit mecum manum in paropside,pro qua alius Euãgelista catinum posuit. Senec.ĩ 5.de beneficijs: Sic paropsidem argenteã & auream dicimus.Iuue. q̃ multa magnáq; paropside cęnat.Martia.Cui portat gaudens ancilla paropside rubra Halecem. Põponius de auro & argentõ leg.l.& si ueluti paropsidas, tabulas, trullas.

Passum,est uinum illud qđ ex uuis passis conficitur. Hispani bastardo appellant.Seru.in illud Vir. 2. Georg. Et passo psythia utilior. Passum,iqt,ideò dicit, qđ ab igne patitur decoquẽdo: sed illud qđ decoquit, nõ passũ, sed defrutũ aut sapa dr. Iuue.Passum & municipes Iouis aduexisse lagenas. Vlp.de trit.& uino leg. l.si quis,Passum,inqt, nisi cõtraria mens sit intelligitur:Proc.in eo.tit.l.q uinum. Cui dulcia legata essent,oĩa hæc esse legata,mulsũ,passũ, defrutũ, & similes potiones.

Pastinare, est agrũ fodere, dictũ uerbum à pastino, qđ est ferramenti genus bifurci quó plantæ pangunt.autor Colum. li. 4. de re rust.Sed cõsuetudo quicquid emoti soli uineis præparatur, repastinatũ uocat.Matth.12.Vineam pastinauit homo, & sepem circũdedit. Vlpianus lib. 41. quod ui aut clam.l.semper.Is cui fundum pastinãdum locaueras.Paul.de uerborũ signific.l.impensæ.sicuti arbusti pastinatione ultra quàm necesse fuerat.

Pater,præter notã signõnẽ quam habet in prõptu, signat ẽt senatorẽ: nã senatores patres cõscripti appellãtur,illi ꝑ ætatẽ hi propter curam. hoc adnotaui ne quis decipiatur Accursii uerbis, in illud Iustiniani lib. x. Institutionum,tit.quib. modis ius pat. põt sol. Quem sibi principes patrem elegit .i. Senatorẽ.

Peculatus,furtum est rerũ publicarum,cœptum dici à pecore eo tempore quo Romani nihil prætet quàm pecudes possi

de

debant. Salluſt. in Iug. Peculatus ærarii factus eſt. hinc apud Iuriſconſ. in lib. dig. ti. eſt ad leg. Iul. peculatus.

Peculium, uerbum quoque frequens in iure ciuili, ut ait Seruius in illud Virg. nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi. Eſt ſimpliciter patrimoniũ: ita .n. maiores noſtri di cebãt à pecorib. in quib. eorum conſtabat uniuerſa ſubſtantia, ſed poſtea illud tantum appellari cœptũ eſt peculiũ, qđ ſeruus in poteſtate dñi, & filiusfamiliàs in ptãte patris cõſtitutus poſſidet.

Pecunia præterea dicta eſt à pecude, qm̃, ut inquit Varro, à paſtorib. horũ uocabulorũ fuit origo. Plin. libr. 33. pecuniam accepiſſe nomen ſcribit à nota pecudis nummo impreſſa: ſed iam pecuniæ appellatione omne illud cõtinetur, quod pecunia mẽſurari poteſt. Paul. de uerb. ſign. l. pecuniæ. Pecuniæ, inquit appellatione rẽ ſignari Proculus ait, hoc eſt patrimonium. infrà eodem titulo. Vlp. Pecuniæ, inquit, non ſolùm numeratam pecuniam complectitur, uerum omnem omnino potentiam, hoc eſt omnia corporea.

Pecus, pecudis, eſt omne animal quod caret ratione atq; effigie humana, nam & de piſcib. Horat. in 1. Carm. dixit: Omne cum Proteus pecus egit altos Viſere montes. Caius in lib. 9. dig. tit. ad l. Aq. l. lege Aqui. Seruius, inquit, noſtris exæquant quadrupedes quæ pecudũ numero ſunt; & gregatim habentur, ueluti oues, capræ, boues, equi, muli, aſini: ſues etiã, ſed canis ĩter pecudes nõ eſt.

Pedamentum, dicitur uitis fulcimentum. Varro in primo de re ruſtica. Quibus ſtat rectè uinea dicũtur pedamenta: quę trãſ uerſa iunguntur, iuga. Vlpian. lib. 47. de tigno iniuncto: Vinei, inquit, neceſſaria, perticæ, pedamenta.

Pedules, calceatui aptæ faſciæ erant, quibus antiquiores utebantur. Plin. lib. 8. Mures ait, abroſiſſe

Carboni imperatori fascias quibus in calceatu utebatur. Tales fascias Vlp. crurules & pedules uocat. in tit. de auro & arg. leg. l. argumento. Fasciæ, inquit, crules pedulesq; & pilea uestis loco sunt, qa partem corporis uestiunt: vbi crinales pro crurules legitur.

Periurare, quoties in libris dig. legitur, est uitiū scriptoris, quoniā in Pandectis Florentinis, semper pro eo legitur peierare.

Pellex, concubina est illius qui habet uxorē: eoq; distat à pallata, quç est cōcubina cœlibis: dicta est aūt pellex à pelliciendo, quod uidelicet attrahat allicíatq; alterius uirū. Cui mulierū generi pœna est à Numa Pompilio constituta hac lege: Pellex aram Iunonis nec tāgito: si tanget, Iunoni crinib. demissis agnum fœminam cædito. Paulus de uerb. sign. l. masurius Caius, īquit, Flaccus scribit pellicem uocari, quæ cum eo cui uxor sit, corpus misceat, aut quæ uxoris loco sine nuptiis in domo sit.

Penaria cella, & penariū, ut inquit Varro, locus est ubi penus reponitur atq; adseruantur. Cic. 5. in Verrem act. Cato sapiens Siciliam cellam penariā reip. dicebat. Vlp. tit. de penu leg. l. qui penū. Quæ horrei penarii uel cellæ penariæ instituēdæ gratia habentur.

Penu penoris, siue penus, us, est, ut ait Cic. in 11. de na. Deo. omne illud quo vescuntur homines. Atque ut Phauorinus apud Gell. ostendit, penus est quod longæ vsionis gratia contrahitur atq; reconditur: ex eo dictum ꝙ nō in promptu sit, sed intus reconditur, & habeatur penus. Apud Iurisc. tit. de penu leg. hoc est, iis de rebus quæ adseruantur in penario ad lōgum tempus: nam quæ ad breue, in promptuaria sunt cella, inde appellata ꝙ in promptu sit, quemadmodum penus in recessu interiori.

Penes, præpositio, ut inqt Festus, differt ab eo qđ est apud, qđ apud personam

nam tm̃ cũ loco sign̄at: ut si dicas, pecunia est apud me, possis id recto dicere etiã si tua non sit. Penes uerò nõ tm̃ perso nã & locũ designat, sed ẽt dominiũ: ut si dicas, pecunia est penes me, significat quod est tui iuris ac potestatis. Vlp. in tit. de uer. sig. l. penes te. Penes te, inquit, amplius est, q̃ apud te est: nã apud te est, quod qualitercũq; à te teneat, penes te ẽ qđ quodãmõ à te possideť.

Peniculus, pictoris est istrm̃ quò inducit in picturã colores: dicitur & penicillus, utrunq; per dimi nutionẽ ab eo quod est penis, hoc est, cauda in clinatũ: nam in modum paruæ caudæ ꝓminẽt se tę ex quib. fit peniculus. Plin. lib. 35. Arrepto peni culo lineã ex colore duxit. Martianus in tit. de fundo instructo. l. picto ris. Peniculi, inquit, est cautheria & conchæ.

Perduelles, ab antiquiorib. dicebanť, q̃ postea dicti sunt hostes: nam hostes dicebantur quos nũc uo camus peregrinos. Cic. in 1. off. Equidẽ illud aní maduerto, qđ q ꝓprio nomine perduellis esset is hostis uocaretur, lenitate uerbi tristitiam mi tigante. Caius in tit. de uerb. sig. l. Quos nos, inquit, hostes appellamus ueteres ꝑduelles appel labãt. hinc perduellio, onis; ꝓ ipsa in remp. aut in principe hostilitate eorum qui hostes patrię iudicati sunt. Suet. in Iulio. Subornauit q. Caio Rabirio perduellionis diem diceret: Perduellio nis crimine primus om nium damnatus est Horatius, ob sororẽ interfecta, sed absolutus. Vlp. in ti. ad leg. Iul. l. is qui. Qui perduellioni, inqt, reus est, hostili animo aduersus remp. uel prin cipem animatus est.

Pergula, est mensa in qua opifices opera sua uẽdẽ da exponunt. Hinc Plin. scribit Apellem tabulas quas pingebat transeunti populo iudicandas in pergula consueuisse pro ponere, Vlp. lib. 9. dig. titulo de iis qui deiece rũt. l. si uerò. Cũ pictor,

inquit, in ꝑgula clypeũ uel tabulam expositã habuisset, eaq; excidisset.

Pharmacō interpretaī uenenum, quod tam Græcè quàm Latinè medium indifferens est ad bonũ & ad malũ. Caius de uer. sig. l. qui uenenum dicit.

Philyta siue philura, arbor est quæ à Latinis tilia dicitur. appellantur quoq; philuræ tuniculæ quędã intra philurę arboris corticem: atq; inde librariorum quoque chartæ ad scribēdum philuræ dn̄r, siue illæ sint ex tilia siue ex quacũq; alia materia. Martianus de philologię nuptiis lib. 2. Rari uero libri in philyre cortice sobnotati. Herod. quoq; lib. 1. mentionem libelli facit è tenuissima philurà. Plin. lib. 13. Pręparanẽ inquit, ex papyro, chartæ diuisæ acu in prætenues, sed quamlatissimas philuras. Vlp. tit. de leg. 3. l. librorum appellatione. Siue in phylura, inquit, aut in uitellitia ut non nulli conficiunt.

Philippi, orum; colonia est Thraciæ, siue Macedoniæ, de qua Luca. in primo Pharſ. Vidi iam Phœbe Philippos. Extat epistola Pauli apoſt. ad Philippenses. Philippensis coloniæ meminit Iuriſ. in tit. de censibus.

Pistrinum dicitur locus siue machina in qua frumentum molitur dictũ à pinsendo, hoc est molēdo. & pistores qui molũt. & pistrinarii q̄ pistrini curam gerũt. Paul. de uerb. sig. Pistrinũ & horreum insulæ dotali adiectum. in titulo quoq; de impēsis. l. i. & sæpe aliàs.

Pityocampe, uermis est siue eruca in nucibus pineis: nam pitys est pinus & campane eruca. Plin. lib. 23. Pinorum, inquit, erucas, quas pityocãpas uocant. Item lib. 29. Eadem in pityocampis in pinea nascētib. eadē bupresti similiter præparatur. Marc. lib. 48. ad legē Cor. de ueneficiis & sic. l. eiusdem. ubi ꝓ bupresti & pityocampis bubostrum & pityocarpas mēdose legitur.

Plagæ, sunt retia rariores maculas hñtia. Virgil. 4. Aeneid.

Aeneid. Retia rara-plagæ, lato uenabula ferro. Vlpianus in titulo de fundo instruct. l. quæsitum. Aucupes, inquit, & plagæ huiusmodi instrumento continebuntur. Accursius plagas palos esse putauit, quibus retia fulciuntur.

Plagiarius, non tam eum significat, qui surripit seruos alienos quod putauit Accursius, quàm eum qui liberum hominem in seruitutē trahit, quique hominem emit, quem scit esse liberum, & qui liberum esse sciēs uendit, aut eo utitur quasi seruo. Plagium uero est ipsa pœna quæ plagiario infligitur. Martialis. Impones plagiario pudorem. Plagiariorum quoque meminit Paulus apostolus in prima ad Timotheū epist. Apud Iurisconsultos titulus est de plagiariis ad legem Flauiam.

Polio, onis, dicitur qui arma polit, Iulius Fir. lib. ii. Marc. inquit, & Mercurius in decimo ab horoscopo loco poliones faciūt. Callistratus lib. 50. de iure immunita. l. quibusdam.

Polyposus, is dicitur qui polypo morbo laborat. est autem polypus, ut inquit Celsus lib. septimo, carūcula modò subrubra, quæ nariū ossi inhæret, strangulatq; hominem, maxime Euro aut Austro flante. Paulus quoq; Aegineta: Polypus, inquit, tumor est præter naturam, in naribus cōsistens, à similitudine marini polypi nominatus, qđ eius carni similis sit. Galen. li. 3. decameridon multa de origine, & cura illius scribit. Vlpia. libro uigesimoprimo digestorū, titulo de ædili. edicto. l. Qui clauum habet, morbosus est, & polyposus.

Polinctores dicuntur funeris paratores. nam polincere est funus parare. Plautus in Penulo: Propterea apud uos dico confidentius, quia mihi polinctor dixit, qui eum polinxerat. Idē in asinaria: Ecquis currit polinctorem accersere? mortuus

nius & Demenctus. Vlp. de institoria actione. l. quicūq;. Si libitinarius, inquit, seruum pollinctorem habuerit, isq; mortuum spoliauerit, dandam in eum quasi institoriā actionē. Itaq; non nihil interest, cū Libitinarii uideant qui funus curant, pollinctores qui efferunt.

Popina, locus est ubi edulia esculentaq; parantur hominibus non satis honestis. Vnde Lucil. Infamemq; inhonestam, turpemque odisse popinā. Nonius: Quos nunc dicimus tabernarios à popinis, uel luxuriosos q se popinis dedūt. de leg. 3. l. cætera. Ad tabernas, inquit, uel popinas extenditur.

Postliminium, ut inquit Festus, à post & limen componi uidetur: nam postliminio, inquit, receptus est is, qui cum extra limina, hoc est, terminos prouinciæ captus fuerat, rursus ad propria reuertitur. Cic. tamen in lib. Top. ex autoritate Seruii Sulp. in postliminio nihil esse putat nisi post, liminium uero nihil significare, sed tantū nominis esse productionem, ut cimus in legitimus, & finitimus, & tullium in meditullium. & subdit: Postliminio redeunt hęc, homo, nauis, mulus, clitellarius equ', equa quę fręna recipere solet. Vnde in libris di gest. ti. est de captiuis. & post liminio reuersis.

Præses, is dicitur q̄ prouinciā armis tuetur, ne desciscat atq; rebellet, à dominio illius cui est subiecta. Sed quemadmodum Vlp. in tit. de officio pręsidis ait, ad illū pertinet potissimū, ut pacata & quieta sit prouincia quā regit. sic euāgelista Pilatum Iudææ præsidē appellat, sub quo Christus passus est.

Pręmatura, dicunt poma quæ nondū uenerūt ad maturitatē. Lucan. lib. vii. Ad præmaturas segetū ieiuna rapinas: Agmina cōpulimus. & sic per translationem mors pręmatura dicitur, quæ uenit ante tempus. Gell. li.

10.

19. Cùm significamus coactius qd factũ & festinantius, tunc rectius prę maturè id factũ esse dicimus. Papin. li. 45. dig. tit. de stipulationib. l. liber homo qui bona fide. Decem, inquit, hodie dari spondes? dixi posse uel ab eodem die pecuniam peti, nec uideri præmaturius agi non finito stipulationis die. præmaturius exponẽdũ est. i. festinantius, ut apud Gell.

Prætorium, non solum est domus ubi Prætor habitat, uel vbi ius reddit, sed etiam regum, principum, & summorum magistratuum. Vnde nauis prætoria, & cohors prætoria, & porta prætoria. i. ad regẽ uel princip ẽ pertinẽs. Significat quoque prætoriũ, uillã in agro magnifice extructam, in qua significatione accipitur apud Iuuenal. Criminibus debent hortos prætoria, mẽsas. Mart. Ad lapidẽ Torquatus habet prætoria, quartum. Sueto. in Calig. In extructionibus, inquit, prætoriorum atque uillarũ oĩ post habitatiõe nihil tã efficere cõcupiscebat, q̃ qđ effici posse negabatur. Nerat. lib. 8. tit. de ser. ru. præd. l. ru. præd. Vel cloacã, inquit hr̃e licere per uicini domũ, uel prætoriũ, uel ꝓ tectũ hr̃e licere. Vlp. de uer. sig. l. urbana. Sed & si fore stabula sunt uel alia meritoria in uillis & in uicinis, uel si prętoria uoluptati tm̃ deseruientia quia vrbanũ prędium nõ locus facit, sed materia. En qũo utrobique prætorium pro ædificio in agro ponitur.

Pridie, cũ accusatiuo & cũ genitiuo construitur: nã ut ait Prisci. t palia & localia aduerbia in p̃positiones transferuntur, ut pridie calendas, & pridie calẽdarũ, Vlp. li. 24. tit. sol. mat. l. fructus. Si mulier, ĩquit, pridie uindemias dotem dederit. Idem tit. de testamentis l. qua ætate. Si testamentum, inquit, pridie calẽ darum fecerit.

Primipilus ĩ bello dicebaƒ, q̃ quatuor cẽturiis, hoc est, qui quadringentis

militibus præerat. Mart. Grata pudens meriti tulerit cum præmia pili, Mod. lib. 27. tit. de excus. l. non solum. Qui primi pilum, inquit, expleuit, & ibidem: Qui ad Caligatas militias & reliquas militauerunt, & in eodem titu. atque eodem autore. l. sed & primi mipilarij, inquit, ex constitutionib. imperialib. uacationem hñt. Appellatur & idem primipilaris. ut de leg. 3. l. pater filiũ. Iulius, inquit, Agrippa primipilatis. Iust. 11. Codicis, de primipilo, & dignitate, & commodis primipilatus nonnihil differuit.

Principia, in castris dicebantur. in quibus principes castra metabantur: nam ut inquit Varro de ling. Latina, milites hastati dicti sunt qui primi hastis pugnabãt, pilani qui pilis: principes qui principio gladiis. Inde principalis porta castrorũ dr̃, ut inquit Festus, ꝙ in eo loco est, ĩ quo principes ordines tendunt. i. centonia figunt, & principalia in castris inde dicta, ut apud Trogum lib. 11. Si principalia castrorũ cerneres senatum te alicuius reip priscæ uidere diceres. Sunt itaque principia in acie, ubi consistũt milites cognominati prĩcipes. Liuius li. 8. ab V.C. Principia Latinorũ proturbant clamore sublato, Valer. de disci. militari: Ad principia, inquit, per omne militiæ tẽpus adesse. Teren. in Eun. Tu hosce istrue, hic ego ero post principia. Mart. lib. 49. de re militari. l. offm̃. Officiũ, inquit, tribunorũ est principiis frequẽter interesse. Accu. principiis exponit, cùm milites assumuntur, uel cum rixa aliqua nascit̃. Sed nihil mirũ est, reconditos sensus ignorasse, q cõsueuit ĩ manifestis cęcutire.

Priuilegiarius, is appellat̃ qui priuilegium aliquod est concessum, qui ab indoctis priuilegiatus dicitur: pari errore illi quod pro beneficiario, uocant beneficiatum, nam beneficiarius & priuilegiarius ea figura dñr, qua donatarius

tarius, legatarius, testamentarius, depositarius. Vnde milites beneficiarii dicti, qui uacabant officio. Festus, Vegetius, & Cæsar belli Gallici ultimo commentario. Vlp. lib. 42. de priu. cred. l. si ventri. Quorum pecunia ad creditores priuilegiarios peruenit. Et statim bis ponit creditores priuilegiarios. Idem li. 2. de pact. l. rescriptū. An priuilegiariis, inquit, absentib. hæc pactio noceat. Idem Vlp. lib. 14. tit. qđ cum eo qui in aliena potestate, l. sed an hic. Rectè inquit, dicetur occupantis meliorem esse conditionem, nisi quis priuilegiarius ueniat. Sed neq; priuilegium dicitur qđ priuet legem, ut isti putant, sed quod sit lex priuata, hoc est ꝓpria alicui in illius fauorē concessa.

Procurator Cæsaris, erat q res Imperatoris procurabit. Refert Cor. Tacitus, ꝙ Clau. Cæsar ꝓcuratoribus suis omne ius tradidit, paremque uis in reb. peragendis esse noluit, ac si ipse statuisset, atq; ut simpliciter loquamur Vlp. lib. 3. dig. autore, ꝓcurator est. q aliena negocia mādato dñi administrat, sed de officio procuratoris Cæsaris, tit. est in 1. dig. li. vbi Vlp. ait, quæ acta & gesta sunt à procuratore Cæsaris, sic ab eo comprobari, ac si à Cæsare gesta essent.

Promercalia, dñr quę ut diuendantur pluris, fuerūt empta. Gell. li. 4. Ex iis, inquit, quæ promercalia & vsualia. Colum. li. 1. Aut animalib. aut rebus aliis promercalib. occupet. Idem lib. 12. de off. uillici: Pecuniam dñi neque in pecore, neque in aliis reb. promercalibus occupet. Pau. li. 25. dig. tit. de impensis, l. quod si. Qđ si res, inquit, in quib. impēsæ factę sunt, fuerint promercales, tales impensæ non uoluptuarię, sed utiles sunt.

Prolytæ, Iust. autore in ꝓę. dig. illi dicebantur scholares, q quītū iam annū iuri ciuili operam dederunt, quemadmodū appellabant lytæ, qui quatuor annos eidē studio

incubuere, nam quod legitur coloritæ, pro eo quod debuit esse proly tæ, mendum est manifestarium, ex Florentinis illis Pand. deprehēsum. Sed cùr illi dicantur ly tæ. i. soluti, hi uerò pro lytæ. i. præsoluti, nondū mihi liquet, nisi forte hi sunt quos nunc uocāt licentiatos: illi, quos bacularios.

Promptuarium, cella est in qua reponunt edulia q̄ ad usus cotidianos comparata sunt: eoq. differt à penario, ut in suo loco dictū est, cùm sit penus, ut Phauorinus ait, quod longe usionis gratia conquiritur. Apul. in 1. de asino. Ex prōptuario oleum vnctui, & lintea tersui. Hie. interpres in Psalmo, Prōptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud. Paul. tit. de penu leg. l. nā quod. Si cui quę in promptuario sunt, legata sunt. Dicit quoque cella promptuaria, & promus dispensator. Omnia a promendo dicta.

Promulsidarium, poculum est mulsō bibēdo aptū. Mulsum aūt, ut diximus potus est ex mellis & uini commixtione concinnatus. Pomp. in ti. de auro & arg. leg. l. & si. Seu tellas, inquit, & promulsidaria contineri, repositoria quoq; cōtinebunt.

Proreta, dicitur is qui nauis p̄re p̄fectus est, & est Græcū, nā proreus dicit. Plau. in Rudē. Si tu isti naui proreta es, ego gubernator ero. Pau. li. 39. de pub. & uect. l. cotem. Proreta, inqt, nauta ve.

Proscæniū, inquit Seruius in illud Virg. 2. Geor. Veteres ineunt proscænia ludi, est pulpitum ante scænam in quo ludicra exercentur. Vlp. li. 50. de pollic. Probè, inquit, faciet Statius Ruffinus, si opus proscænii p̄ficiat. Iust. li. 11. Cod. ti. de spectaculis. l. si qua. Vel in theatri, inqt, p̄scæniis. Vtrobiq. Acc. nihil aliud quàm locum esse dicit.

Proscindere terrā, est illam uertere cùm primū arat. Nā ad vernactum faciendum terra primum proscindit: deinde offringitur,

tur,siue iteratur postea tertiatur.Virg.1.Georg. Et qui proscisso quæ sü scitat æquore terga.Varro in 1.de re rust.Terrã, inquit,cũ primum arãt, proscindere appellant : quod iterũ, offringere dicunt.Pau.tit. de verb. sign.l.sylua. Noualis,inquit, est terra proscissa, non præcisa, quod delirat Accur.

Prothyrum, autore Vitruuio, est vestibulum ante domorum ianuas à pro,quod est ante, & thyra ianua, aliqñ etiã pro antepagmento .i.ianuarũ ornatu ponitur. IdẽVitruui. aliubi:Nos, inquit, prothyra appellamus, quæ Græcè dñr diathyra. Vlp.ti.de fundo inst.l.quæsitum. Prothyrum domus, si uelamen est, instrõ domus continetur. Acc. ægroti somnia narrans, prothyron,à thyros, quod est magister, deducit. Sed qũo magister instrõ domus contineatur, ipse uiderit. Multo adhuc somniculosius in illud Pomponii,de uer. sig. l. statuæ. Prothyrũ quod in ædib.interdũ fieri solet: Prothyrum,inquit, quia procul trahit, qua si Latina dictio esset. Illud profectò simplicius qđ ingenue fatet se nescire quid prothyrũ sit.

Protocolon, interpretatur primum membrum, ut sit prima illa scriptio, quam in commentarii modũ tabelliones scriptitãt : q̃ sigñantius cõmẽtationes,aut prototypa, aut archetypa dici possent. Cod.ti.de tabe. coll.4.Vt protocolla,inqt,dimittãt in chartas.

Proxeneta, nõ ut uulgo legitur,ꝓseneta,latinè interpretatur mediator.i. qui cõciliat ĩter se emẽtes & vẽdentes,maximè hospites, vñ nomen deductũ est : nã xenos, hospes interpretatur.Sen.ĩ epist. Nolo proxenetæ nomẽ tuũ iactẽt.Et Martial.Vatiniorũ proxeneta sartorum,li.50. di. de proxenetis.l. si proxeneta.& ibidem sæpe.

Publicanorum, ordo, quẽadmodũ Cic. in multis locis scribit, Romæ fuit homi

hominum honestissimo rum, hi uectigalia publi ca conducebant, & inde dicti In sacris literis pu blicanus nomen prope modum est infamiæ, ꝓꝑ ea ꝙ ꝗ portoria exigũt, odio sunt oĩb. vñ Salua tori nostro uitio dabaẽ, ꝙ cũ publicanis & pecca torib. mãducabas. Apud Iurisc. lit. est de publica nis & uectigalibus.

Pulmentarium, dicitur à pulmento. Pulmentum uerò, ut ait Varro, dictũ est, quod id edebant cũ pulte: est autem cibus so l·dior utrunque, siue il lud sit ex aquatilib. siue ex terrestrib. Hor. 2. Ser. Pulmẽtaria quære sudã do. Cato de re rustica: Pulmẽtariũ familię oleę caducæ quamplurimũm condito. Pau. ti. de fund. instr. l. cum delanionis: Sine his. s. patinis & caca bis, pulmentarium cõ qui non potest.

Pustulatum argentũ, dicit, quod est purum & absq; omni spurcitia, dictũ pu stulatum, quasi purũ pu rumq;. Pustula quoque ipsa argenti puri massa dicit. Martia. Et nimiũ fe lix pustula uincit ebur. Idem Nulla uenit à me argenti tibi libra pustulã ti. Suet. in Ner. Nummũ asperũm, argentum pu stulatum, aurũ obrizum exegit. Alphenus lib. 19. tit. locati & conducti. l. in naue Saupheli. Cũm argentũ, inquit, pustula tum fabro daretur. Acc. ballucinans uariis modis legit quasi is qui nihil cer ti ac definiti tradit.

Q

QValli, sunt canistri uin demię apta, siue ad cõ portandas vuas, siue ad colandum mustũ, ut vult Seru. inde dictã. Ait nan que in illud Vir. 2. Geor. Tu spissos uimine qual los Colaque prælorũ fa mosis diripe tectis. Quã li sunt per quos uinum defluit; qui & ipsi a colã do sunt dicti. Columella in horto: Ipse ferens oli tor deductos pondere qualos. Et Cato de re rũ stica. Ad uindemiam, in quit, parentur qualla & sarcinator. Vlp. de fun. in stru. l. instrumenta. Qual li,

li, inquit, uindemiatorii exceptoriique, in quibus uuę comportantur.

Quini, quinæ, quina, quem admodum de binis & denis est dictum, nomen est diuiduum siue distributiuũ ad singulos tm. Aphr. li. 21. tit. de euictionib. l. si duos, inquit, seruos quinis a te emam, & eorum alter euincatur, &c. Acc. quinis pro bis quinq. exponit, falso nimirum interpretamento, aliud nã que est emere duos seruos quinis aureis, aliud bis quinque, id est decem aureis, nam illud significat quod quenque illorum emi quinque aureis diuisim, hoc uerò quod ambos emi decem aureis cõiunctim. Cui uerò sensui magis accõmodari debeãt uerba legis, Iurisco. uiderint, nos sermone Latino puritatẽ inquirimus.

R

Refigere, est id quod fixũ est labefactare atq; conuellere, nã sũt uerba q̃dã quæ composita cũ reuertunt signationem in contrarium, Virg. 6. Aen. Fixit leges pretio, atq; refixit. Horat. 1. Epist. Qui templis Parthorũ signa refixit. Venul. lib. 43. qđ ui aut clam. l. si uitem. Si fixeris, inquit, & ego refixero. Pau. tit. de uer. obl. l. inter. Tabulæ ait, refixæ sunt. Venuleius tit. ad l. Iuliam peculatus. l. qui tabulam. Qui tabulam, inquit, æream refixerit. Tabulam ærẽã Venuleius intelligit, in qua aliqua lex erat scripta, ut sic promulgaret̃. Quod uerò hmõi tabulę essent æreæ, ostendit Ouid. in 1. Meta. cũm dicit: Nec uerba minantia fixo Aere ligabantur.

Repetundarum, uel de repetundis, accusatur quis uel damnatur, qui in administratione magistratus pecúnias accepit, vñ accipere non debuit. Neque habet alios casus q̃ genitiuum, & ablatiuũ numeri pluralis. Sall. in Catil. substantiuum sub intellectum expressis, dicens: Catilina pecuniarũ repetundarũ reus. Titulus est in lib. dig. 48. ad l.

Iul.repetūdarū, de qua Mart.his uerbis scribit: Lex Iulia repet.pertinet ad eas pecunias quas q̄s in magistratu potestatis ve curatione, legatione ve acceperit.

Replumbari dicitur argentum, qm̄ elaborati argēti partes non pn̄t consolidari, nisi interuenien te plūbo: nam queadmodum suprà diximus ferruminatione fieri ꝑ eandē materiā, ita nūc dicimus plumbatione fieri ꝑ aliā materiā, hoc est ꝑ plūbum. Sene. in 4. nat. quæst. Argentum, inq̄t, replūbatur, signorum argumenta soluuntur. Vlpia. de au. & ar. leg. l. cū aurū. An replumbari debeā cū sic appendūtur. Replūbari igitur est plūbum auferre.

Resipiscere, est ex temporario furore in pristinū sensum redire. Liu. lib. 24. Si quis resipiscat & antiq̄ sanitatē recipiat. De uulgari & pupil. l. ex facto. Desinere, inq̄t, ualere testm̄ cū resipuisset.

Rheda, uehiculi genus est. Quintilianus libro primo, uocabulum gallicū esse putat: Plurima, inquit, Gallicè ualuerunt, vt rheda, petoritū: quorū alrero Cic. altero Horat. utitur. lab. lib. 19. ti. locati & conducti. l. cū in plures. Pro sola, inquit, rheda portorium daturus fuerit.

Riuales, dn̄r qui eūdem riuum cōem hn̄t. Gell. li. 13. Negotium quoque alicuius quod ei fortè de aquę ductu cum riualibus est. Pomp. lib. 43. tit. de aqua cotid. l. hoc iure. Dum ne fundum, inq̄t, domino, aut aquarium riualibus deterius faciat. Per translationem riuales dicuntur, qui communem habent amicam. Iuuenalis, Non unus tibi riualis ditabitur hæres.

Rogatio, rogationis, pro eo quod est lex, ꝓpea sic appellata, ꝙ cum ꝓmulgatur, populus rogatur, uelit ne, & iubeat eam legē sanciri. Festus: Rogatio, inquit, est cū populus consulit de vno pluribusve hominibus, quod non ad omnes perti

pertineat,& de vna plu ribus ve, rebus de quib. omnib.sanciatur. Nam qđ in omnes homines resq; populus sciuit, lex appellatur.

Rubrica,genus est terrę rubræ,quę ad picturam solet accomodari,habetq. accẽtum in pen. Horat. Ser.lib.2. Prælia rubrica picta aut carbone. Persius:Non secus ac si oculo rubricã dirigat uno. Quæ uerò in iure ciuili & pontificio dicuntur rubricæ, & tituli siue indices rubri, uel ex rubro pñt rectius appellari.

Ruder,ruderis, siue rudus ruderis,est purgamentũ domus, siue putei, siue cuiuscũq; rei quæ ex sordib. purgari debeat. Colum.in horto:Rudere tũ pingui solido uel stercore aselli. Suet. in Vesp. Ipse restitutionẽ Capitolii aggressus ruderib. purgãdis manus primus admouit. Vlpia. titu. de damno infecto.l.prętor ait.Neque dominus ueli trudera egerere, & in eodem tit.sæpe.

S

SAccarius,dicitur baiulus qui sacco defert transfertq. merces, aut aliqd à loco in locum. Et saccaria negociatio est dicta quæ circa saccos uersatur, Apul. 1. de asino: Operculas quas adhuc uegetus saccariã faciens merebam. Vlp.in quadã lege.Si qd, ait, ex sacco saccarii excidisset. Et est saccus idẽ ferè atq; ex eadẽ materia,q̃ sagũ sagi.

Saccus sacci,& sacculus sacculi,pro nũmorũ loculis accipiũtur plerũq;.Plin. lib.2 Aurum & æs & argẽtũ liquat in sacculis. Mart. Excussi loculosq. & sacculũ.Vlp.lib.47.in tit.de furtis.l. vulgaris. Si qs,inqt, q uiginti nũmorũ saccũ deposuisset alium saccũ in quo sciit triginta nũmos esse acceperit. Et paulò post:Si qs,ait,surripuerit,furto duos sacculos,unũ decẽ, alterũ uiginti nummorũ.Idẽ in tit.de statulib. l.statuliberos.Decem inquit, iussus erat dare, uiginti dedit,siue nũmerauit, si

uit siue ĩ sacculis dedit.
Saccularius dicitur, qui sacis.i.locus quibusdam ꝑstigias quasdam exercet ut aliud fiat, aliud uideatur fieri. Vlp. ĩ titulo de extraordinariis criminibus. l. saccularii. Saccularii, inqt, q ueritas in sacculis artes exercẽtes, partẽ subducunt, partẽ subtrahũt. Idẽ in tit. de effractorib. & expilatorib. l. i. sacculariũ pro fure qui in saccuni res furto ablatas iniicit, accipere uidetur. Simili, inquit, modo sacculari & diætarii, eruũt puniendi.
Sacrum, ut Macr. libro Saturnalium 1. autoritate Trebatii desinit, est omne illud quod deorum habetur idq; ꝓbat multis Virgilii carminibus. Iustin. lib. 2. Inst. Sacræ, inquit, res sunt, quæ rite per pontifices Deo dedicatæ sunt Mart. quoque lib. 1. dig. tit. de rerum diuisione. l. in tantum. Sacræ, inquit, res sunt hæ, quæ publicè consecratę sunt, nõ priuatim.
Sagarius, est uenditor sagorum, de quo Iuuen. dixit, An saga uendendi nubat caupone relicto. Est autem sagum textũ ex lana caprina, aut hir ca ex ouibus, idem ferè quod saccus. Vnde sagarius, a, um, ad saga pertinens. Vlp. lib. 14. tit. de tribut. act. i. procuratoris. Duas, inqt; negociationes, putá sagariam & linthcariam.
Sagmen, inis herba notissima est, non tamen sub hoc nomine sed sub alio quo appellatur gramẽ siue uerbena, Græce agrostis, q̃ verò Hispanè dicit̃ vulgò uerbena, ea Latinè est uerbena perica, & Græcè pistereõ. Liuius j. ab urbe condita: Sagmina, inquit, te rex posco. rex ait, puram tollito. fecialis ex arce graminis herbã purã attulit: & sequitur: Verbena caput pillosq; tãgẽs. Idẽ quoq; scribit. Plin. lib. 22. Non aliunde, inquit sagmina in remediis publicis fuere, & ĩ sacratis legationibus, q̃ uerbenæ, certe utroq; nomine idem significat, hoc est gramẽ ex arce cũ sua terra reuulsũ.

Mat

Martia. lib. 1. de rerum diuisio. l. sanctum est. Sunt, inquit, sagmina quædam herbæ, quas legati populo R. ferre solebant, ne quis eos uiolaret: sicut legati Græcorum ferunt ea quę uocantur ceratia. i. siliquas.

Salgama, inquit Merula, appellant quęcunq; conditanea ad uictum nrm ex sale, in uasis adseruantur. Col. lib. 13. de re ru. Locū & uasa idonea salgamis præparati iubet. Idem in horto: Tpe nō alio uili quoq; salgama merce. Cōdiebantur aūt ex sale pręter oleas aspa ragi, capparis, & tristes inulæ, ferulęq. minaces. In li. 12. Codicis, titulus est de salgamo hospitibus non præstando. Ne quis, inquit, comitū, uel tribunorum salgami nomine, culcitram, lignū, oleum, à suis extorqueat hospitibus. Accur. à sale & gamos cōpositū esse dicit, quod culcitram interpretatur, quoniā, ut ait propter nuptias culcitra est. Pulchra expositio, atq; tali digna interprete, qui putet culcitrā ob eā tm̄ causam paratā, & qui nulla cogente necessitate cōpositionē ex Latino & Græco faciat. Est igitur sensus legis, ꝙ cū parochi soliti sint p̄stare hospitib. salgamā, appellatiōe salgami nō debet ab illis exigi culcitra, ligna, oleum. At qui ligna & salsolita esse præberi, testatur Hor. in 1. Serm. cùm dicit. Et parochi qui præbent ligna salemq; Sed à sale appellatū esse salgamum, non est dubium. Sed appellatione salgami siue salis quid intelligi debeat, Imperator expressit.

Saliens, tis, dicitur fistulæ pars illa vnde aqua salit, quæ Græcè appellatur Crunos. Vitr. lib. 8. Athenis, inquit, usq; ad portium Pyreum ducti sunt salientes, è quibus bibit nemo. Frōtinus de aquæ ductib. Binos; inquit, salietes diuersarum aquarum accipere. Vlp. li. 19. dig. l. miles. Labra, inqt, salientes, fistulæ quoq; quæ salientib. iungunt.

Salictum, locus est ubi sali

ces consitæ sunt: pro eo quod esse debuit, salicetũ, ea forma qua à quercu fit quercetum, à lauro lauretum. Aliqñ etiã pro ipsis salicib. accipit. Verg. in Buc. Hybleis apibus florem depasta salicti. Et ĩ 2. Georg. Glauca canētia fronde salicta: Iuriscõsultus arborũ furtim cæsarum. l. uitē. Arborũ, inquit, appellatiõe uitem contineri pleriq; existimauerunt, hederæ quoq;, arundines & salictum. Pro loco uero salicũ. Col. li. 1. In prata & arua salictaq; & arundineta. Vlpia. ti. de fundo instru. l. quæsitum. Arundineta, inquit, & salicta antequam cæsa sint.

Saligneus, a, um, quod est materia salicis arboris notæ. Cato de re rust. Si lapis non erit, particis salígneis. Quid. 8. Met. Lecto non indignanda saligno. Vlp. Arborum furtim cæsarum. l. vitem. Sed & si quis saligneas uirgas instituendi salicti causa defixerit.

Saltuarius, inquit Valla, est castos saltus. Saltus verò dicitur vbi pascuntur armenta, fereq; uersantur. Iurisconsultus tamē de legatis tertio. l. cùm quęritur pro agri custode accepit. Neq; topiariũ, inquit ornandi, saluarium tuendi fundi magis quã colendi causa paratũ uideri. Itē de fundo instr. l. instrumenta. Si uiridaria, inquit, sint, topiarii. Si fundus saltus pastiones q; habeat, greges pecorũ, pastores, saltuarii.

Salustiani horti, fuerũt Romę quorum Plin. lib. 7. meminit. In cõditorio, inquit, Salustianorum hortorum adseruabant. Aphric. de leg. 1. l. idem Iulianus. Si Salustianos, inquit hortos, qui sunt Augusti.

Sapa, quod Græcè tũ hepsema, tum syreum dicitur est cùm mustum ad tertiã partē decoqtur. Plin. lib. 14. Syreum quod alii hepsema, nostri sapã appellant. Idem lib. 23. Vino cognata res sapa est musto decocto, donec tertia pars supsit. Marc. Sapa, inquit, quod nũc mellaciũ dicimus, mustum

ſtũ ad mediã partẽ deco ctũ eſt. Vlp. de fun. inſtr. l. quæſitum. Vas, inquit, æneũ in quo ſapa deco qret, & defru ũ fieret & ea q̃ ad bibẽdũ lauãdũq; familiã parantur, inſtrumenti eſſe. Sapa, inquit Accurſius, quiddã qđ fit ad põtãdum, dicta quaſi parum ſaporis habens.

Sarcinatores, & Sarcinatrices, dicuntur autore Nonio, qui pannos, ſiue ex pannis ueſtes conſuunt. Plaut. in Aul. Petunt fullões, ſarcinatores petũt. Lucil. ſarcinatorem eſſe ſummũ, ſuere centonẽ optime. Vlp. lib. 47. tit. de furtis, l. itaque fullo. Itaq; uel ſarcinator, q polienda uel ſarcienda ueſtimenta accipit. in alia quoque lege. Et ancillarum, inquit, maxime ſi q̃ ſarcinatrix erit,

Sarcophagus, lapis eſt qui peculiariter hoc habet, ut carnẽ ex cadauerib. exedat, dictus à ſarx ſarcos, qđ eſt caro, & phaco comedo. Plin. lib. 36. Sarcophagus lapis eſt, q fiſci uena ſcinditur, corpora defunctorum condita ĩ eo abſumunt. Celſus lib. 4. Lapis qui carnẽ exedit, quẽ ſarcophagon Græci uocant. Vñ & pro ſepulchro qđ ex eo lapide fieri cõſueuit plerunq; ponitur, ſed & ꝑ ſepulchro ex alia quauis materia. Iuuenalis: Sarcophego contentus erit. Modeſtinus de alimẽtis & cibariis legatis. l. libertis. ad ſarcophagũ ĩqt, meũ, memoriã quotãnis celebrẽt. Marcellus tit. de religioſis. l. funeris. Si qua, inquit, ueſtiaria ſunt, uel ſarcophagi.

Sarculus, li, uel ſarculã, li, inſtrumentum eſt quo ſata ſartiuntur .i. herbis internaſcentib. purgantur. Iuuen. Ne marræ ac ſarcula deſint. Aliquando ſimpliciter ꝑ inſtrumẽto foſſorio accipitur ut apud Hora. in primo Carmin. Gaudentem patrio findere ſarculo Agros. Vlp. de fun. inſtr. l. inſtrã. Ligones, inquit, ſarculi, falces putatorię bidentes. Accurſ. multipliciter exponit.

Sardonyx, ychis, lapillus eſt unus ex iis q in ꝑcio habe

habetur, referens colorē Sardii & Onychis, ex quibus uidetur compositū esse nomen. Onyx aūt lapis est quę vulgus Cornœlam appellat. De Sardonyche Plin. li. 37. multa scribit Ylp. lib. 48. tit. de bon. dam. l. diuus. Si dānatus, inqt, ī digito habuerit aut sardonycha, aliā gēmam magni pcii.

Sarmatæ, siue Sauromatæ, nam utroq; modo appellantur, populi sunt septentrionales, alteri in Asia, alteri in Europa: nā duplex est Sarmatia. Luca. in 3. Et iuncto Sarmata velox Pānonio. & ibidem: Affinis Sarmata moscho. De aur. & arg. leg. l. argumen. Sunt, inquit, nationes quędam quæ pellibus utuntur, ueluti Sarmatarum.

Satius, pro eligibilius atq; melius, aduerbium est comparandi ab eo quod est satis. Iuuena. Hoc satius q̄ si dicas sub iu dice uidi. Quod non uidisti Vlp. de fideic. lib. l. si debitor. Satius est eum qui agnouit legatū onerari.

Satricum, urbs fuit antiquissima Italiæ, de qua Liuius li. 28. Satrici matris maturæ de cœlo tactam ædem. Florus d e bello latino: Satricū atq; Corniculū quis credat? tūc prouinciæ fuerunt. Scæuola tit. de legat. 3. l. patronus: Fūdū inquit, Satricanū ī regiōe Nisana.

Scęna, ut inquit Seruius, in illud Virg. 1. Aeneid. Tū syluis scęna coruscis. De super. pōt inūbratio interptari: apud antiquos enim theatralis scæna parietē nō habebat, sed de frōdib. arborū vmbracula quærebat, postea tabulata cœperunt componere in modū parietis. Vlp. de iis qui notantur infamia. l. quod prætor. Qui in scænā, inqt, prodierit, infamis est. Et subdit: Scęna autem est, ut Labeo definit, quę ludiorū faciendorū causa quolibet loco ubi quis consistat moueatur, spectaculum sui prębitura. Inde ludi scænici dicti, qui in scęna repsentabātur. Sed definitio Labeonis de scæna uersatili intelligēda est, de q̄ Virg.

in 3. Georg. Vel scæna ut uersis discedat fronti bus. De scæna uersatili Plinius & Valerius. Inde dicti ludi scænici, qui in scęna repręsentabantur, quorum fit mentio à iu risconsultis frequenter.

Scæua, dicitur qui manu sinistra perinde ac dex tra utitur: nam scæuos Græcè, sinister interpre tatur: hinc Romanorum cognomina. Hinc Scæua miles ille Cæsarianus, qui bello ciuili fortiter dimicans, pro munitio ne cæsus est, & Scæuola rum nobilissima fami lia. Vlp. de ędil. edicto. l. qui clauum. *Scæuā*, in quit, nō esse morbosum.

Scandularius, est faber li gnarius qui scandulas facit. Sunt autem scan dulæ ex ligno assulatim defecto. Plinius libro 16. Scandulæ è robore aptis simæ. Vitruuius libro 2. Scandulis robusteis aut stramantis. Vegetius lib. 2. de re militari: Tēpore hyemis de regulis uel scandulis porticus tegi tur. Inde scandulare, qđ scandulis constat. Apu leius tertio Meta. Iā uę cors animi tectum scan dulare conscendit. Scā dulariorum meminit Iu risconsultus de iure im muni. l. quibusdam.

Scapha, nauigij genus est minusculum, ueluti mo noxylon, hoc est ex uno solidoq; ligno excauatū ad quod allusit Virg. in 1. Geor. cum dixit, Cauat arbore intres. Et est ferè quæ deputata est maio ris nauis ministerio, & quæ pro tempore nunc ex naui deducitur, nunc in nauem subducitur. Dicta est autem scapha à scapro, quod est cauo siue fodio. Labeo titulo de fundo instru. l. si na uem, Scapha, inquit, na uis, non est instrumen tum nauis.

Scaphium, uas est in quod uentris sordes excipiun tur Martialis. Qui mēto ra frangis. In scaphium mœchæ Sardanapalæ tuæ. Iuuenalis: Et ride scaphium positis cum sumitur armis. Vlpia. in titu. de auro & argento lega. l. Quintus Mutius. Argento autem legato

non

non puto uentris causa habita scaphia cõtineri, quia argenti numero nõ habentur. Accursius scaphiũ genus cinguli esse dicit & uentri causa exponit, quia corrigia est pro uẽtre sustentando, quasi nõ ex auro etiam scaphia fieri consueuerint, dicente Martial. Vẽtris onus misero, nec te pudet excipis auro.

Scortum, est meretrix à uiris plurimũ attrectata, & cuius nimio coitu genitalia ad corii duritiem obcalluerunt indurueruntq; .. Festus Pomp. Scorta, inquit, meretrices, quia ut pelliculæ subigantur: omnia nãque ex pellibus facta, scortea appellant. Iulianus lib. 42. tit. pro emptore. l. si quis scorto, inquit, daturo pecuniã seruos emerit.

Scrupulus, siue scrupulũ, lapillus est in forma diminutionis à scrupo, quod est lapis asper. Aliquando tamen accipitur ꝑ 24. parte unciæ, à Græcis id pondus grãma dicitur. Priscia. de ponderib. Semioboli duplum est obolus, quem põdere duplo Gramma uocant. Scrupulum nostri dixere priores. Iustinia. lib. 11. Cod. tit. de metallariis. Octonos, inquit, scrupulos in balucа. hoc est tertiã unciæ partem: quoniã, ut diximus, uncia quatuor & uiginti scrupulos cõtinet.

Scrupulosus, a, um, accipitur pro scrupulis, hoc est asperis lapillis plenus. Vnde res difficiles scrupulosæ dicuntur, & scrupulositas, illa difficultas, atq; examinis scrupulosa subtilitas. Vlpia. lib. xxviii. ti. de iniusto testamento. l. posthumus. Licet iuris scrupulositate nimiaque subtilitate testamẽtũ ruptũ uideatur.

Sebastani, siue Sebastiani, populi sunt Sebastæ urbis incolæ, quo nomine duas urbes legimus, alteram Capadociæ, & alteram Samariæ in Palæstina Iudæa, quæ in honorem Augusti Cęsaris, qui græcè sebastos, Sebasta est cognominata. De utra tamen illarum in ti.

de ann.leg.l. liberto. Iurisconsultus intellexerit non liquet. neque multum refert cùm dicit patriæ suæ ciuitati Sebastianorum.

Secūdum præpositio, multas habet significationes inter quas & illam, ꝙ aliquādo accipitur pro eo quod est pro Gell. Sin uerò secūdum te iudicatum erit, id est, pro te id est, ut vulgò loquūtur, in fauorem tuum. Idem lib. 13. Illi unde petitur crederet, & secūdum eum iudicaretur. Aliquando ponitur pro iuxta. Luca. in 8. Secūdū Aemathiam lis tanta datur. & Virg. 3. Georg. Et plena secundū flumina. Vlp. tit. de præscrip. uer. l. duo. Duo, inquit secūdū Tiberim cùm ambularent. Papinianus lib. 43. tit. de uia publica. l. ædiles. Eas, inquit, quæ secūdum ciuitatem sunt uias.

Sedularium pro lectica siue sella uidetur accipere Iurisconsultus in titulo de supellectili legata. l. instrumenti. cum dicit Rhedæ & sedularia: nam sellam à sede dici, d, mutata in l, omnes grammatici testātur, sellam autem accipi manifestum est. lege utroque.

Selinis, nomē est duarum ciuitatum, altera namq; est Ciliciæ, de qua Luca. lib. 8. Quo portu mittitque rates recipitque Selinis. Altera Siciliæ de qua Vir. 3. Geor. Palmosa Selinis. de hac Iurisc. in tit. de censibus. In Sicilia, inquit, Selinis & Traianopolis.

Sella pro lectica siue pro parte lecticæ in qua sedet qui lectica uehitur, nam Iuuena. de eadem re sellam & lecticam dixit: Centum, inquit, quadrantes lectica petit. & paulò post. Ostendens uacuam, & nudam pro coniuge sellam. Paulus de seruitutibus rusticorum prædiorum. l. qui sella. utrunq; coniunxit. Qui sella, inquit, aut lectica uehit̃, ire, nō agere dicitur. quod q̃ ineptè ab Accursio exponatur, in Lex. Iur. H: h uerbo

uerbo lectica diximus.

Semis, semissis, pro solidi hoc est assis dimidio, ut si qs ex semisse relictus sit hęres, intelligendum est dimidium hæreditatis illi debere cedere. Labeo ti. de uulgari substitutione. l. si pater. Vt vnus, inqt, semis apud te maneat, & ibidem. l. & si. Per bonorum possessionem semis ei sit ablatus.

Semisses usuræ, quæ dicantur, & quæ trientariæ, primus omnium ostendit Hermolaus Barbarus, uir omnium meo iudicio nostri seculi eruditissimus: is. n. in secũda ęditione castigationum Plinianarum lib. 14. in illud, usura multiplicata semissibus: ex autoritate Columellæ, atque ipsa rõne & ęquitate q̃ omni autoritate præstantior est, manifestè demõstrat usuras semisses eas esse, quæ ex centenis nũmis redduntur quotannis, habita rõne non ad centum, sed ad duodecim uncias, quæ assem cõstituunt. Trientarias uerò usuras quæ ex centenis reddũt quaternos nummos. Quadrãtarias quę ternos. De semissibus usuris dixit Plin. Vsura multiplicata semissibus quæ ciuilis ac modica est. Quod si ex tantum quotannis quinquaginta redderentur, esset profectò ĩ ciuilis & iniqua: tanto mitiores quæ triẽtes & quadrantes appellantur. De trĩetaria usura Capitolinus in Alexandro scripsit, exercuisse illum trientarium fœnus ut æquissimum, & leuissimum ad usum reipublicæ. de hac quoque scribit Pau. in tit. ad l. falcidiam l. si hæres. Si rei publicę, inquit, ĩ annos singulos legatum sit, cũ de lege falcidia quærat. Marcellus putat tm̃ videri legatum, quantũ sufficiat sorti ad vsuras triẽtes eius summæ quæ legata est colligendas. Est sensus legis, si reip. legati essent in annos singulos quater mille nummi ex centum millibus nũmorum, quib. æstimatur hæreditas, quaterni mil

leni

leni colligerentur quotannis usurę trientis nomine. Quod si ut isti legum interpretes putāt, usura triēs esset nō quatuor de centum, sed triginta tria, sequeret̄ hoc incommodum, ꝙ si hæreditas centum millium nummorum foret, & ex ea in annos singulos uigintiquinque legarent̄, quis tam stipidus, tamq́. nullo sensu talem hæreditatē adire uellet, quæ quarto demum anno sit absumēda, & obligatio nihilominus legati tota maneat? Hoc legū interpretes non considerātes omnia miscent atque perturbant, neque tamē enatant, aut aliquid certi enunciant. Acc. in primis, qui exemplo quod ponit exponendo legē, omnino fatetur se ignorare quid sit usura triēs. Sic etiam intelligendū est, quod Scæu. li. 22. tit. de usuris. l. qui semisses, scribit: Qui semisses, inquit, usuras promisit per singulos annos & minores præstitit, hæres creditoris semisses petit, &c. Sed ut liquidò ante oculos ponamus, quid per suras semisses intelligendum sis, libuit ad uerbū transferre quod scribit Columella li. 4. de re rusti. Vinitor, inquit, licet sit emptus sex uel potius octo millibus sestertiis, tū ipsum solū octo iugerum totidem millibus nummorum partū, uineasque cùm sua dote. i cum pedamentis & viminib. binis millib. in singula iugera positas. duco. Fit tum in assem consummatum preciū: sestertiorum 29. milliū. Huc accedunt semisses usurarum sestertia tria millia, & quadringenti octoginta nummi biennii temporis, quo uelut infantia uinearum cessat à fructu, fit in assem summa sortis & usurarum triginta duorum miliū quadringentorum octoginta nūmū. Quod quasi nomen si ut fęnerator cum debitore, ita rusticus cum uineis fecerit, eius summę ut in perpetuum prædi

ctam usuram semissiũ dñs constituat, percipere debet in annos singulos 1950. sestertios nummos. Ex his Columellæ uerbis euidētissime colligitur ex usuris semissibus nō quinquagenos de cētenis, sed senos duntaxat in annum redire creditoribus, sicuti quaternos ex triētibus, & ternos ex quadrantibus.

Septa, oppidũ est Aphricę Mauritaniæ, ex aduerso Mellariæ positum, quæ nũc Tarifa, illud Cepta uulgò dicitur. In codice tit. de officio prætoris Aphricę. l. in nomine domini. Iubemus, inquit, in traiectu qui est circa Hispaniã, q Septa dicit.

Septum, quod est à sepiendo dictũ, cõplura significat: nã septa dicuntur quæ sunt munita siue lapidibus siue formaceis parietibus, hoc est terra pauita, siue ex lignis, siue etiam ex ueprıbus & spinis. Hinc dicta Romæ septa in cãpo Martio. Hinc septa à Iurisconsulto appellantur quæ sunt opposita ad fossas inciles, ne aqua fluminis euagetur. Vlpia. lib. 40. tit. de riuis. l. i. Septa sunt, inquit, quæ ad incile opponuntur aquę deriuandæ compellēdæve ex flumine causa, siue lignea siue lapidea sint.

Seria, uas est fictile uino aliisve rebus adseruãdis aptum. Persius. O si sub rastris crepet argenti mihi seria dextro Hercule. Inde per diminutionē idē autor deduxit seriolã. Vlpia. in titu. de uerb. signific. l. Vinaria dolia, inquit, & serias tamdiu in ea causa esse, quãdiu uinum continuerent.

Sericum, quēadmodũ diximus in uerbo bombycinus, lanæ genus est, qđ apud Seras Indos ex arboribus depectitur, non illud quod uulgo creditur. Hora. in Epodo: Inter sericos iacere puluillos amant. Vlp. tit. de auro & argēto leg. l. uestis. Vestimentorum, inquit, sunt omnia lanea, linea, uel serica, uel bõbycina.

Seseũcia, est uncia cum dimidia. Pli. in calce li. 36. Fastigiũ, inquit, seruari in

In pedes denos sescunciamq; . Inde sescũciale quod sescunciam continet Pli.libro 13.Crassitudine,inquit, sescunciali. Vlpia. in tit. de legatis præstandis.l.filiũ.Vt partis,inquit, dimidię quartam,id est,dimidium totius assis sescunciã retineat quarta nanq; pars tres uncias continet.igitur dimidiũ quartę sescũcia est.i. uncia & semis.

Sestertius nummus duos asses cũ semisse ualebat; vñ dictus sestertius quasi semisse dempto de trib. Assis aũt non semper in eodẽ ualore perstitit:nã as Seruio Tullo rege Romanorũ põdere duodecim unciarũ ꝑcussus est primũ sub nota pecudis quod unus as pecude ꝑmutabatur, vñ & pecunia dicta.Postea uero 1. bel.Pun. sextantario põdere percussus est as: deinde 2.bello Pun. unciales asses facti, atq; deinceps paulatim principes Imperatoresq́. assiũ põdus ualoremq́ue imminuere,in tm̃ ut Saluatoris nostri ætate asses uix semunciales essent. Vnde Matthæi c. 10. Nõne inquit,duo passeres asse uæneunt? quod & Marcus alijs uerbis idem significantibus dicit: Nõne quinque passeres uæneunt dipondio? quod uidelicet dipõdius duos ualebat asses. Si igitur de sestertij ualore quispiã quæreret,non possemus simpliciter respondere,cum alijs ualor uarijs temporibus fit uariatus:semper tamẽ ualuit duos asses cum semisse, Acc.in Cod. Iusti.tit.de donat.l.uerba superflua ingenue fatetur se nesci re quid sit sestertium.

Sycomorus,ficus est Aegypti peculiaris. Latinè interpretatur ficus fatua, habet enim ficos nostris non absimiles, insulsas tamen. Eius arboris meminit Iurisc.ti. de extra ord.crim.l.saccularij. Si quis,inquit, arborem sycomorum exciderit: nam & hæc res uindicatur extraordinem non leui pœna,idcirco quod hæ arbores colligant aggeres Niloticos.

igillum, est parua statua, qm̃ signum pro statua plerunque accipit. Ouidius in 1. de arte: Siue ornatus non ut fuit ante sigillis. Aphr. de leg. j. l. cætera. Vel singula sigilla adæquata legari posse. Item Vlp. tit. de fundo instructo. l. quæsitũ. Sigilla, inquit, & statuæ affixæ non continẽtur. Acc. annulos nescio quos ferreos ĩterpretat.

Signator, ut autor est Pedianus, erat q testõ aut aliis instrumentis & contractibus nomen suum subscribebat. Sallust. in Catilina: Ex illis testes signatoresque falsos cõmodare. Iuue. Signator falso qui se laurum atq; beatum. Vlp. tit. quemadmodum testamenta aperiantur. l. cum ab initio. Cogat, inquit, signatores cõuenire, & signa sua recognoscere.

Signinus, a, um, à Signia urbe Campaniæ. Vnde pira signina Iuuenali, & uina signina Martiali, & structura siue opus signinum, quod vt scribit Pli. lib. 35. conficitur fractis testis contusis calce addita. Columella lib. 1. uelut signinum opus pilis condensatur operisquoque signini intrita qũo fiat, Vitr. lib. 8. exponit. Vlp. in tit. de riuis. l. 1. Si quis, inquit, terrenum riuum signinũ facere uelit, ubi ꝓ signino signatum mẽdose legitur in cod. antiq. Qui uero nõ intelligebant quid signinum aut signatum esset in ciliceum commutarunt in archetypis tñ Pãdectis Florentinorum signinum habetur.

Siliginarius, est custos siliginis. i. horrei in quo siligo adseruatur. Est autẽ siligo frumenti quoddam genus cãdidissimi. aliqñ siligio pro farina purgatissima atq; ipsis tritici deliciis accipitur. Plin. lib. 18. Silinem dixerim proprie tritici delicias. Celsus lib. 2. Et tritico, inquit, firmissima siligo. Vlp. in tit. de furtis. l. si quis uxori. Si siliginatio, inquit, quis dixerit, ut q nomine eius siliginem petisset. Item Iulianus titulo de nego-

tiis

tiis gestis l.ex facto.

Synthesis, inter alias signi ficationes designat etiã genus quoddam uestis duplicis, quæ fit in alio nomine Abolla. Martia. Synthesib. dum gaudet eques dominusque se natus. Idem alibi: Sic mi cat ĩnumeris arcula syn thesib. Scæu. tit. de auro & ar. leg. l. Titio. Ex syn thesi, inqt, tunicas duas & palliola.

Si quis, generis tm̃ est ma sculini, quia fœmininũ propriam habet termi nationem ea est: si qua. Iurisc. tñ de uerb. signif. l. uerbum siquis, inquit, tam masculos quàm fę minas complectitur.

Sisto, sistis, uerbum est ali quando absolutum, pro eo quod est sto, stas, ut apud Virg. 1. Georg. Si stunt amnes, terræq. de hiscunt. aliqñ actiuum, signatq. statuo statuis. Idem 4. Aenei. Et sistere flumina uidi. & illud ex euangelio: Vt sisterent cum dño. in hac significatio ne accipitur apud Iuris consultos iudicio sisti, & iudicatum solui. sisti pro statui & repræsen tari ponitur.

Situla, urna cũ aquę ex pu teo hauriendæ accom modata. Plau. in amphy trione: Si situlam iam cepero, illi puteo animã omnem traxero. Hier. quoq; Esaiæ 40. Ecce gentes quasi stilla situlę reputatæ sunt. in tit. lo cati. in l. qui fundum. Rota quoq; per quam aqua traheret, nihilomi nus ædificii est quam situla.

Situs, us, pro squallore si ue incultura cuiusque rei, dictus à desinendo, quia ea quę deseruntur ex negligentia reddunt inculta. Virg. 1. Geor. Et segnem patiere situ du rescere campum. Idem in 6. Aen. Per loca senta situ, quod Seruius pro lanugine & squallore exponit, quę fit in locis sole carentibus. Vlp. lib. 7. de bon. poss. s̃m tab. l. i. Vetustate, inqt, uel situ putrefactum.

Smyrna à Græcis appella tur, quã nos myrrham odoratã dicimus. Lucr. li. 2. Cõtẽtus odor Smyr

næ mellisque sapores, apud Gal. quoque inter pres semper smyrnam uerbum Græcum pro smyrnam reliqt Apud Martianum tit. de pub. l. interdum. sinura pro smyrna mendose legit.

Sodales, dnr qui sunt con uiuiorum participes, fuit & Romæ collegiū sodalium, de quo Cic. in Catone maiore: Pri mum, inquit, semper habui sodales: sodalita tes autem me Quæstore constitutæ sunt sacris Idæis Magnæ matris ac ceptis, epulabar igitur cum sodalibus omnino modice, hmōi autem so dalitates a Græcis phra tria dnr, de quib. Arist. in Pol iticis. Erantq. ple runque inhonestæ. Gel. lib. 19. Adolescentem, inquit, Taurus a sodali bus conuictuq. hominū scænicorum abducere uolens. Caius lib. 48. de collegiis illicitis. Soda les, inquit, sunt, q eius dem collegii sunt, quā & Græci phratriam uo cant, & hæc uidetur ex Solonis lege translata esse. nā illicita est eadē.

Solidus, a, um, dicitur qd integrum est: neque ha bet inane quicquā, aut parte aliqua fraudatū non est. Horat. 1. Carm. Aut partem solido de mere de die. Vlp. de fi deic. li. l. ergo. De solido, inqt, sic accipere debe mus de sorte & d usuris.

Sphæristerium, locus est ubi pila luditur: nam sphæra pila interpreta tur, & sphęristes qui pi la ludit. Suet. in Vespa siano: Fauces inquit, cę teraq. membra sibimet ad numerū in phæriste rio defricaret. Pli. in epi sto. Apodyterio super positum est sphęristeriū Lamp. in Seuero scribit eum dedisse operā sphę risterio. Vlp. li. 17. in ti. mandati. l. si quis mihi. Hypocausta, sphęriste rion, & quædam ipsius ualetudini apta sua im pēsa faceret. Acc. uelut œstro quodam percus sus diuinat sphæriste rion esse locum amœ num herbis.

Spica nardi, q̄ spica quo que cilissa uocatus, Grę.

cè dr̄ ſtachys nardi de q̄ īter cætera Iuriſ.memi nit in tit.de publicanis. l.interdū.Nardi ſtachis inquit.i.ſpica nardi.

Spurco, ſpurcas, p̄ter eā ſi gn̄onē quā hēt in prō ptu,ſignāt ēt uinū aqua diluere:qm̄ ut ait Feſtus Pomp.ſpurcū uinū dice batur,qđ erat aqua mi xtū.Vlp.ad l.Aq.l.ſi ſer uus.Qui uinū,īqt,\ſpur cauit,uel acetum fecit. Sed & aquę dn̄r ſpurca ri , cùm corrumpuntur aliqua re quę illas uitiet iniecta. Paulus de extra ord.crim.l.1.Si aquas, inquit,ſpurcauerit.

Spurius dictus eſt,qui Grę cè dicitur nothus,ſic ap pellatus, uel quaſi ſine patre, uel ab eo qđ eſt Græcè ſporō, qđ ſignāt pudēda,nā ſporos eſt ſe men.In 1.Inſti.lib.in ti. de nuptiis, mēdū ē ma nifeſtū,ſpadō,ꝑ eo qđ eſſe debuit ſporō.Solēt, inquit,filii ſpurii appel lari à Græca uoce ſpa don,tu lege ſporon.

Stabularius,is dr̄ qui mer cede in tabernam meri toriā uiatores excipit,q caupones quoque dn̄r. Apu.ī 1.de aſino.Precio manſionis ſtabulario ꝑ ſoluto uiā capeſſimus. Idē in eodē,ſtabulū ꝑ ip ſo loco diuerſorii. Iani tor,inquit,ponè ſtabuli oſtiū humi cubitās.Vlp. tit.de iniuriis. Ad meri toria,inquit,uel ſtabula nō ꝑtinebit.Vlp.li.3.ti. đ iis q notātur īfamia l. Athletas.puta,īq̄t,ſi cau po fuit,uel ſtabularius.

Statio, onis, aliqn̄ accipitr̄ ꝑ vigilia,ut apud Ouid. 1.Met.Atq; oēs in ſtatio ne manebāt.Mod.tit.de re mil.l. deſertorē. Qui ſtationis,inquit,munus reliquit.Hinc milites ſta tionarii dicti qui ſunt uigiliis deputati. Vlpia nus tit.de officio præfe cti urbis.l. omnia omni no. Milites, inquit, ſta tionarios habere ad tuē dam popularium quia rem. Aliquando ſtatio accipitur pro portu in quem ſe recipiunt na ues, aut ex tempeſta te, aut negociandi gra tia. Virgilius tertio Ae neidos:Nunc tantum ſi nus & ſtatio male fida cari

carinis. Idem in quarto Geor. Deprēsis olim statio tutissima nautis. Vlpia. titulo de fluminib. l. ait prætor. Stationem, inquit, dicimus à stādo, is igitē locus demonstratē ubi naues stare possunt.

Stellionatus crimen, latissimè patet, de quo apud Iuriscōsultos titulus est, atq; ut semel dicā circa quodgenus criminis lex stellionatus uersetē. Vlp. breui ostēdit, dicens, ꝙ ubicunq; crimen nomine caret, illic stellionatū obiicimus, dictus est stellionatus à stellione animali venefico, atque hominū generi inuidente, quippe qui cū intelligat exuuias multis morbis esse remedio, cū primū illas deponit, illico deuorat. Plin. lib. 30. de stellione: Nullū, inquit, animal fraudulētius inuidere homini tradunt: inde stellionū nomē in maledictū trāslatū, à Græcis dicitē Ascalabotes: Aristoteli Colotes, vulgò ꝑsuasum est esse Tarātulā bestiolā in Apulia notā.

Stypteria Græcè, Latinè interpretatur alumē, quo uerbo utitur sæpe Galenus uel potius Galeni interpres: dictaq; est stypteria a stypto, qđ est astringo, quo niā alumen uim habet astringendi. Vlp. titulo de reb. eorum qui sub tutela. l. sed si. Si lapidicinas, inquit, uel quæ alia metalla pupillus habuerit stypteriæ uel cuiuslibet alteri' materię.

Stipulator, stipularis, uerbū frequens est apud Iurisperitos, significatq. promittenti assentire: & fere ad aliquid sunt promitto, & spōdeo, ei quod est stipulor, ut si dixero, promitto tibi cētū aureos, tu respōdebis stipulor à te centum aureos. Hinc nascitur contractus stipulationum sponsionumq;. Seru. Sulpitius in lib. quē scripsit de dotib. citarurq à Ge. lib. 4. Noct. Att. Qui uxorem, inquit, ducturus erat, ab eo vnde ducenda erat, stipulabatur eā in matrimonium ductū ire, qui daturus erat, itē spondebat ducturū: tum quæ ꝓmissa erat, spōsa appel

appellabatur: qui spopõderat ducturum, spõsus. Col. lib. 11. Fœnoris, inquit, tui Silaine qđ stipulãti spoponderã tibi. Dictũq. est stipulari, ut ait Var. de ling. Lat. à stipe, hoc est pecunia, qm̃ qui pecuniã obligat, stipulari dicitur. hinc stipulatus, us. Papin. in tit. soluto matrimonio. l. post dotem. Non erit impediendus pater, quo minus ex stipulatu agat.

Stola, uestis erat ad talos demissa, matronarũ insigne. Ouid. secundo de tristib. Quas stolas contingint, & stola sumpta decet. Vlp. de auro & argento leg. l. uestis. Muliebria, inquit, sunt, ueluti stolæ, pallia, tunicæ.

Stragulus, a, um, est quod sterni solet aut lecto, aut strato, aut equo, aut iumento, ut melius iaceas siue sedeas. Hinc uestis stragula, ephippiũ stragulũ, & stragulũ substãtiue. Var. de ling. Lat. Quicqd lecto sternebãt, à sternendo stragulũ, appellabant. Apul. li. 4. de asino: Vestẽ stragulã sub iectam iactare cõsuerat. Plin. lib. 7. Frænos & stragula equorũ pelethroniũ inuenisse ferunt. Vlp. ti. de uer. sign. l. instratum. Instratum, inquit, omne uestimentum contineri quod iniiciatur, Labeo ait, neque enim dubiũ est, quin stragula uestis sit omne palliũ. In uictu ergo uestem accipiemus non stragulã, instratum omnem stragulã uestẽ.

Stramẽta, dicuntur calami frumentacei spicis demissis, dicta à stando, siue à sternendo. Varro j. de re rusti. Cùm comprehendit, inquit, fascẽ spicarũ desecat, & stramenta stantia in segete relinquit: & paulò post: Alii stramentum à stando dictum putant, quasi stamẽ, alii à stratu, qđ sub sternat pecori. Calami igitur qui lecto insternunt stramẽta appellant. Vlp. lib. 19. tit. de actionib. emp. l. fundi. Fundo, inquit, uẽdito uel legato sterquilinium, & stramẽta emptoris & legatarii sunt.

Strobylus, dicit tum arbor

rens nuces pineas, tũ ipsæ nuces pineæ. Plin. lib. 16. de pini generib. Easdem, inquit, arbores esse ꝑ oram Italiæ, quas strobylos uocant. Gal. libro 2. alimẽtorũ.ća. de pineis nucleis. Vocãt, inquit, ipsos qui nũc Græci, nõ conoa, sed strobylos. Idẽ ĩ 7. decam. Quos oẽs, inquit, Græci nominãt strobylos, antiqtus ab Atticis dicebãtur coni. Vlp. tit. de leg. 3. l. ligni appellatione. De pinu, inquit, ĩtegri strobyli. Idem ti. de uerb. sign. l. carbonum. superiora uerba repetit.

Subdisiunctiua coniunctio à grãmaticis sic definit, q̃ uoce disiũctiua utrunque adesse significat uel discrete, vt Alexander, siue Paris: nam qui prius uocabatur Alexander Priami filius, postea cognominatus est Paris, dormit uel disputat, nã potest neutrum facere. Sed de particula subdisiunctiua, quãquam ad grãmaticũ ꝑtineat disserere, copiosissimè disputauit Proculus Iurisconsultus in titulo de uerb. sign. l. hæc uerba, &c.

Subgrundæ, sunt tegulæ propendentes extra tectum domus ad parietũ defensionem, ne imbribus corrũpantur. Varro lib. 3. de re rusti. Aues subtus subgrũdas, inqt, ab initio uillatico usas tecto. Vitru. li. x. Pinnas, inquit, ex tabulis & suꝑne subgrundas proclinitas. Iabolenus de uerbo. signi. l. malũ nauis. Inter ꝓiectũ, inqt, & immissũ hoc interesse Labeo ait, qđ ꝓiectũ esset id qđ ita ꝓueheretur, ut nusq̃ requiesceret, qualia meniana & subgrundaria essent. i. tecti partes impẽdẽtes ad parietũ munitionẽ. Plinius tñ subgrũdas accipit ꝓ tegulis inferiorib. nam intectorũ structura duo sunt ordines tegularũ, alter suꝑnarũ, alter infernarum. Scribẽs nanq; lib. 25. de duob. Sedi generib. hoc est, maiori & minori: dicit minorem appellari hypostegõ, & subdit causam cur sic appelletur, qm̃ in subgrũdis ferè nascitur

ſcif, hoc eſt in tegulis inferiorib. id quod vulgò uidemus in tectis náſci.

Subſelliū, eſt ſella inferior. Varro de lingua Latina: A ſedendo, inquit, ſella & ſelliquaſtrum, deinde ab his ſubſellium ut ſuſcipere quod non planè ſapit, ſic ſubſellium dictum quod non planè erat ſella. Iuuenalis: Sed cùm fregit ſubſella uerſu. Florentinus de ſupellectili legat. l. ſupellectili. trapezophora, delphica ſubſellia Itē de acquirēdo rerum dñio. l. ideo.

Subſiſto, ꝑ eo quod eſt hæreo ſine dubito: nam qui incedens ſubſiſtit, uidetur de aliqua re deliberare, quid agat, ut de Aenea Virgil 1 Aeneid. dixit: Subſtitit hic arcūque manu celereſque ſagittas Corripuit. Calliſtratus lib. 50. titulo de iure immunitatis. l. ſemper. Subſiſti, inquit, poteſt an prohibendi ſint à præſide. Item Vlp. lib. 3. titulo de procuratoribus. l. ſeruum. Quātum, inquit, ad filium familias uerum eſt, in ſeruo uero ſubſiſtimus. Hic ſerie uerborū coactus Accurſius, non potuit niſi uerè interpretari, exponēs ꝑ eo qđ eſt dubito,

Subſtruere, eſt ædificiū a fundamentis deficiens fulcire. Hinc ſubſtructio dicta parietis fultura. Vitr. lib. 1. Non ſolū in muro, ſed etiam in ſubſtructionib. Colum. li. 1. Pro fultura, inq̄t, & ſubſtructiōe fungetꝰ. Vlp. li. 43. ti. de riuis. l. i. Verbo, iq̄t, reficiēdi, tegere, ſubſtruere, ſarcire cōtinenꝰ.

Succinum, gemma eſt ex gummi arboris gleſſariæ congelata, quā diximus à Græcis appellari electrū. Iuuen. In cuius manib. ceu pinguia ſuccina tritas Cernis ephemeridas. Mar. Incluſit tenuē ſuccina gēma ferā. Plin. de ſuccino deq́. medicamētis ex eo multa li. 37.

Suggillo, as, pro eo qđ eſt contundo, is, Vnde ſuggillata dicuntur mebra quæ ſunt contuſa, vnde liuores ſuboriūtur. Plin. libro 30. Liuentia, inq̄t, & ſuggillata pulmones arietū ſanāt. Idē lib. 20.

Suggi

Suggillata & alios liuo res legat. Suggillatũ, ut inquit Festus, dicitur ex Græco, quod ea pars q̃ sub oculis est, abeis dici tur hipopion. Sed aliq̃ñ reperitur suggillo ꝓ eo qđ est derideo, ꝓpea qđ qui ex contusione liuo res cõtraxerunt, deride ri solent. Vlp. lib. 47. tit. de iniuriis. l. item apud Labeonem. Si quis, inq̃t non ad suggillationem dñ iniuriã seruo fecit.

Supellectilis appellatione quæ res contineatur, ex titulo qui est lib. 32. di gest. de supellectili lega ta facile possumus intel ligére. Quãquã enim su pellex uideatur dici de stragulo tm̃, siue lodice, ab eo quod super lectũ imponatᷣ, etiam ad alia domus vtẽsilia eius signi ficatio se extendit, imò & ad alias res quæ sunt aut possunt alicui orna mẽto esse. Persi. Tecum habita, & noris quàm sit tibi curta supellex.

Superficies, in ædificiis di citᷣ dñs q̃ in alieno solo siue area ædificata est. Itaq; fieri põt, ut eiusdẽ dñs duo sint dñi. Alter dñs ꝑficiariæ: alter soli. Vñ pulchre Seneca lib. 13. Epist. translatione sumpta ex modo loquẽ di Iurisc õsultorũ: Philo sophia, inq̃t, nihil aliũ de petit, totũ opus à so lo excitat. Mathematica ut ita dicã, superficiaria est, in alieno ędificat, ac cipit prima quorũ bene ficio ad ulteriora perue nit. Paul. tit de damno inf. l. damni. Et qui in cõducto solo, inquit, su perficiem posuit. Itẽ la bol. tit. de usuc. l. eum q. Cùm ędes, inquit, duab. reb. constent, solo & su perficie. Iulianus quoq; de leg. 1. l. si fundũ. Ap pellatione, inquit, ædifi cii aut superficiem signi ficãt, aut solum. Caius item tit. de superficie. Superficiarias, inquit, ædes appellamus, quæ in conducto solo consti tutæ sunt. Dominus ue rò domus superficiarius dicitur: ut in ti. de dam. infe. & sæpe alias.

T

Tantisper qđ significat per

per tantũ ſpatium, ſiue per tantum tempus, ut inquit Valla, ſemper ferè deſiderat iungi huic particulæ dum, pro donec. Ter. in Heautont. Ego te meum eſſe dici tantiſper uolo, dum qđ te dignum eſt facias. Et paulò poſt: Decreui tantiſper me minus iniuriæ meo gnato facere dum fiam miſer. Liu. li. 1. Tantiſper dum priſca illa tota mente repeto. Gel. lib. 6. loco dũ, æquiualens poſuit quoad: Tantiſper, inquit, quoad fieret permutatio. Vlp. tit de tutelis. l. qui tutorem. Dum magis ætati quàm dementi tantiſper ſit conſulendum.

Tectorium, opus eſt quod calce aut gypſo incruſtatum eſt, & tectorium ſubſtãtiuè pro ipſa calce ſiue gypſo quod ſuꝑ inducitur. Varro lib. 3. de re ruſtica: Cùm villam, inquit, haberes opere tectorio ſpectandam, Gell. li. 12. Villas inexculta & rudes nec tectorio quidem præli tas eſſe dicit. Per translationem quoque de fœmina ceruſata dixit Iuuen. Tãdem aperit uultum & tectoria prima reponit. Vlp. tit. de dãno infecto. l. ex damni. Ob tectoria, inquit, & picturas. Item Proculus ti. de ſer. prædiorum urbanorum, l. quidam. Si pariete demolitus ſit uicinus, non pluris q̃ uulgaria tectoria exiſtimari debent. In alia tñ ſignatione uidetur accipere Pau. in tit. uti poſſidetis l. ſi duo. Si uicinus, inquit, meus in pariete meo tectoria habeat & in pariete ſuo.

Telum, largo quodã modo quicquid nocere poteſt appellatur. Nam apud Virg. atq; alios autores aliqñ pro enſe ẽt accipitur. Iuſti. tñ lib. 4. Inſtitutionum, titulo de publicis iudiciis. Telum, inquit, ut Caius noſter ex interpretatione legum duodecim tabularum ſcriptum reliquit, uulgò quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: ſed & omne

ne significat quod manu cuiusque iacitur: dictũ ab eo quod in longum mittitur, à Græca uoce figuratum, teloten enim à longe significat, quæ uerba Caii iterum ponũtur in titulo de uerborũ significatione. l. si calumnietur.

Temporaria res, dicit̃ quæ ita extruitur ut ad certũ quoddã tempus duret, & non in perpetuum. Plinius lib. octauo: Temporario, inq̃t, euripo ostendit. Idẽ libro trigesimo sexto: Theatri, inquit, tẽporarii, & uix uno mense futuri. Seneca libro nono epistolarum: Hæ sunt, inquit, amicitiæ quas temporarias populus appellat. Paulus titulo quibus ex causis. l. ad cognitionem. Exilio, inquit, temporario. Papininnus tit. de pœnis. l. seruus. Cũ seruus per errorem in opus temporarium fuisset datus, expleto tẽpore domino seruũ esse reddẽdũ respõdi.

Tepidarium, locus erat in balneo tepidior, quem admodum calidarium, calidior. Celsus libro 1. Tunc, inquit, in calidarium transire, ubi tepidario paululum insudauit. Idẽ in eodẽ: Si est balneum ante omnia ĩ tepidario residere. Vitruu. libro 5. Sudationes, inquit, quæ sunt coniungendę tepidario. Paulus in titulo de seruitutibus prędiorum urbanorum. l. fistulam. Si talis, inq̃t, sit usus tepidarii, ut assiduum humorẽ habeat, & id noceat uicino.

Tessera, tũ pro symbolo, hoc est belli signo accipitur. Virg. 7. Aeneid. It bello tessera signum. tũ pro talis, ut uulgò accipiuntur: nã talus aliud est, Martialis: Hæc mihi bisseno numeratur tessera pũcto. tum pro frumẽti quadam mensura, de qua Seruius ĩ illud Vir. 1. Georg. Numeros impressit aceruis, tesseras interpretat̃; quibus frumẽto numerus designatur. Iuuenalis: Sũmula ne pereat, qua uilis tessera uenit Frumenti. Sueton. in August. Ne plebs frumentationum

causa

causa frequentius à negotiis auocaretur, ter in annum quaternorũ mensium tesseras dare destinauit. Hinc Persius per diminutionẽ fecit tesserula. Scabiosum, inquit, tesserula far possidet. Iusti. lib. xi. Cod. tit. de frumento Alexandrino. l. diurnos. Tesseræ, inquit, designent. Paul. de leg. 2. l. mortuo. Si Titio tessera frumentaria legata sit. Vlp. li. 5. de iudiciis. l. sed & si. Si liberis, inquit, suis tesseras frumentarias emi uoluerit.

Theriaca, non tyriaca, ut libri medicorũ corruptè hñt, antidotum est notissimum contra uenena. de cuius compositione duo extant Galeni opera, altèrum ad Cæsarẽ, alterum ad Pamphilũ, dicta theriaca, a ther, qđ est fera, hoc est uipera. Pli. lib. 29. Fiunt, inquit, ex uipera pastilli q̃ theriaci uocantur a Græcis. Hieronymus in Iouinianum, li. 2. Viperæ, inqt, carnes vnde theriaca cõficitur, quantis rebus aptæ sunt, norunt medici. De fund. instr. l. quæsitum Theriacam, inquit, & cætera medicamenta non tyriacam.

Thymelicus, interpretatur histrio, qm̃ thymele, es, est pulpitũ siue scæna. Apul. pro magia. Si choragium, inquit, thymelicum, num argumentarere uti etiam me Gragidii syrmate histrionis? August. lib. 6. de ciuitate Dei: Quæ sunt, inquit, illa sacra, quib. agendis tales elegit sanctitas, quales, nec thymelica in se admittit obscœnitas. Vitr. lib. 5. Ex eo, inquit, scænici & thymelici separatim nominantur. Vlp. lib. 3. tit. de iis qui notãtur infamia. l. athletas. Neque thymelici, inquit, qui certaminibus sacris deseruiunt, ignominiosi habeãtur. Item de consecra. distinc. 5. c. non oportet. Sed utrobique themelici corrupte legitur.

Thlasiæ, siue thlibiæ, quod idẽ est, Lat. dicti qui hñt testiculos attritos, appellati sic a thlao, qđ est fran

frāgo, siue thlibo quod idem significat. Vlp. tit. de uerb. sig. l. spadonum Thlibiæ, īquit, & thlasiæ sed & si quod & aliud genus spadonum est. Item Paulus ad legem Corn. de sic. l. si quoque. Ij, inquit, qui thlibias faciunt ex cōstitutione diui Hadriani, in ea sūt causa, qua ij qui castrāt. Vtrobiq; mendosi sunt codices recentiores. Accursius tota errat uia, nunc dicens esse ferramentum castratorium, nunc uenas quæ incidūtur, nunc id quod uerissimum est, nescire se, q̃d thlasia aut thlibia sit, cū sit nō castratus siue exectus, sed qui ut diximus, attritos habet testiculos de quo dominus ꝑ Mosen scribit in Deuteronomio, capite 23. Non intrabit eunuchus attritis uel amputatis testiculis, & abscisso ueretro ecclesiam domini.

Tyberius Cæsar, Liuii Drusi ex Liuia Drusilla filius, Augusti deinde priuignus, ab illo ea lege est adoptatus, ut ipse Germanicum Drusi Neronis fratris sui filium adoptaret. Ex Suetonio in uita Augusti, Tyberii, & Caij Cæsarum. Iustin. lib. 1. tit. de adoptionib. Augustus, inquit, non ante Tyberium adoptauit, q̃ is Germanicum adoptauerit, ut ꝓtinus adoptione facta īcipiat Germanicus Augusti nepos esse. Accur. Imperator, inquit, uolebat adoptare quendam nomine Germanicum, & Germanicus nolebat consentire. Vnde Augustus calide suasit cuidā noīe Tyberio, ut illum Germanicum adoptaret, quod fecit. Quis talia hystoriarum portenta fingeret, nisi Accursius, aut Accursii admiratores? De Tyberio uerò tanquam de persona ignota & obscura dixit cuidam Tyberio cum successerit Augusto in Imperio. Quòd si historias seculares nunquam legit, nunquam ve audiuit illud ex euangelio Luc. tertio: Anno decimoquinto Tyberio Cęsaris, &c.

Tympanium, margaritarum genus est, ex altera parte sphæricum, atq; ex altera planum. quasi in tympani effigiẽ formatum. Plin.li.9.ubi de margaritis & vnionibus: Quibus, inquit, una tantum facies est, & ab ea rotũditas, auersis planicies, tympania nominãtur. De auro & arg.leg. l.pediculis.Cũ q̃dã, inqt, ornamẽta mamillarum ex cylindra triginta quatuor, & tympaniis & margaritis detraxisset.

Tyrus, colonia Syriæ Phœnices, insula quondam, sed ab Alexandro in cõtinentem translata, unde Luc.in 3. Et Tyros instabilis, preciosaque murice Sydon. Tyriorum coloniæ meminit Iuris cons.in tit.de censib.

Toga prætexta, dicebatur apud Romanos, qua utebantur pueri usq; in annum 18.tunc.n.sumebãt togam uirilem, quæ & libera dicebatur. Sen.in epis. Tenes memoria cũ prætextu posita sumpsisti uirilem togam. Pueri quoque in ea ætate prætextati appellabantur. Iuue. Et p̃textatus adulter. Hinc Festus Pomp. ait: Prętextatis nefas erat obscœno uerbo uti ideoq; prætextatum appellabant sermonem, q̃ nihil obscœnitatis habebat. Vlp.de au.& ar.leg. l.uestis. Puerilia autem sunt ueluti togæ, prętextæ, aliculę, chlamides, & pallia, quæ filiis nostris cõparamus. Præterea uerò appellata est, q̃m pur puri uesti intertexebãt.

Tomentum, est quicquid puluillo aut culcitræ infercitur, siue illud sit lana, siue pluma, siue stramentum, siue carices & iunci cõcisi, quod tomẽtum circense appellatur .i. uulgare, triuiale, & pauperibus cõe, dictum à Circo Romano, ubi eiusmodi tormenta uendebãtur. Mart. Tomẽtũ concisa palus circense uocatur, cõcisam appellat paludem, carices & iuncos, qui ad tomentum concidebantur, q̃d a temo, quod est incido dicitur, non ut indocti putant, ab eò quod tum

 eat.

eat. Sen. de uita beata: Si super circense tomentum per fascias ueteris linthei effluens incubabo. Sue. in Tyberio Druso, inquit, adeo alimenta subducta, ut cogeret è culcitra tomẽtum mãdere. Varro quoq; de lingua Lat. Quod in culcitra tomentum aliudve quid calcabunt, ab inculcando culcitra dicta Vlpia. de le. 3. l. si cui lana. Lanę, inquit appellatione tomentum non continebitur. Expone tu. i. lana quæ culcitræ inculcata est, nam ea poterat in dubitationẽ uenire. Quod uerò Acc. putat genus esse uestis, uel coopertorium de lana factum, quis non iure possit ridere? nam ut in eadem lege habetur, si lanæ appellatio eatenus extenditur, quo ad telã peruenerit, hoc est ut idem Acc. interpretatur ut solum restet texere, nondũ tamen est in tu tela posita. qũo uestis siue coopertorium ex lana factum, debet lanæ appellatione contineri? Quid quod Pau. in eo. ti. expresse dicit: Lana le gata uestem quæ ex ea facta sit deberi non placet.

Topiarius, est operis topiarii artifex. Opus uerò topiarium dicitur, quod in uiridariis topiarii faciunt, exprimentes uarias figuras animalium aliarumq́. rerũ ex myrto, citro, buxo, hædera, aliisq́. arbusculis, fruticib. & herbis, quarũ natura flexibilis est. Plin. li. 15. Satiuarum, inquit myrtorum gña topiarii faciunt. Idem lib. 12. ficum Indicam ad opus topiarium dicit pertinere. Et lib. 21. de chamædaphne. Topiaria, inqt, herba inopiam florum aliqñ supplet. Idẽ li. 22. acathon heibam appellat topiariã, q a topiario operi accõmodari põt. Cic. ad Quintũ fratrẽ: Topiarium laudaui, ita oĩa cõuestiuit hædera. Atq. ibidẽ: Vt deniq; illi paleati topiariã facere uideant. Vlp. tit. de fun. instr. l. instrumenta. Si uiridaria, inquit, sunt topia

topiaria, accedũt instrũ fundi. Et in e.ti.l.q̄sitũ. Hostiarii, inquit, uel topiarii, & diætarii. Aph. ti. de leg. 3. l. cum quærerentur. prædiis legatis, & q̃ eorũ prædiorum causa empta essent, neque topiarium, neq; saltuarium legatum uideri ait: topiariũ. n. ornãdi saltuarium aũt tuẽdi & custodiẽdi fundi, magis q̃ colendi causa paratũ uideri. Accu. cuiusmodi ornatus esset topiarii, nesciuit, cum dicit illius officiũ esse, purgare agrũ spinis & uepribus, & facere fossas. Imò uero eiusmodi serui legato cederentur, cùm necessariò ager purgari debeat spinis, & fossæ atq; elices deducendæ sint, atque ad culturam pertineant.

Toral, mappa est quę toro .i. mẽsæ imponit̃. Varro de ling. Lat. Toral, inq̃t, q̃d añ totũ. Hor. 1. Epis. Ne turpe toral, nec sordida mappa. Flor. de supellectili legata. l. tapetis, Sicut thoralia, inq̃t, q̃ stragulorũ, nõ sũt in eo dẽ ti. l. supellectili, ut diximus in uerbo mappa, oralia pro toralia legit̃.

Traianopolis, ciuitas Siciliæ, à Traiano Cæsare cognominata ut ex uerbis Iurisc. colligimus in tit. de censib. In Sicilia, inquit, Selinis, & Traianopolis. Sed cùm Traianopolis nusquã in Sicilia legatur, atq; ediuerso Traianopolis oppidũ sit Misiæ maioris, atq; alterũ eiusdẽ nominis in Piceno Italię, interpungẽda sunt legis uerba, aut Selinis sit in Sicilia, & Traianopolis altera ex illis duabus.

Traiecticia pecunia, dicit̃ ut Mod. li. 22. tit. de nautico fęnore scribit, quæ trãs mare uehit̃, & ibidẽ sæpe. Aphr. quoq; in tit. de act. & obl. l. traiecticię pecunię. Itẽ Cod. de uet. iur. enu. l. tãtã. Dicta est aũt traiecticia, a traijciẽdo, hoc est trãsmittẽdo, vñ est frequẽter apud historicos, traiicere mõtẽ & traiicere mare, & traiicere flumen, & traiicere exercitum, traijcere merces, traiicere pe-

cunias. Atque utrunque simul traiicere exercitũ, mare, flumen. Quare tra iecticiæ pecuniæ nomi ne ueniet ea quę permu tatur, & transuehitur ul tra montes & maria.

Trapetum, siue trapetus, ut inquit Seru. in illud Virgil. 2. Georgic. Venit hyems, territur sicyonia bacca trapetis, olearia mola est. Mar. Nec tartes siacis cedat tua sylua tra petis dictum à tero teris ut Varro de lingua Lati na tradit, uel vt alii, à tre po quod est uerto, quia molæ oleariæ uertũtur: uel à trepo, quod est pre mo, ad priorẽ etymolo giam allusit Virg. cùm dixit, teritur sicyonia bacca trapetis, ad alterã, uel potius ad utranque. Plin. lib. 15. Mox, inquit, trapetis, fractæ oliuæ merentur. Vlp. tit. locati & conducti. l. sed ædes. Trapeta, ĩquit, instructa funib. Acc. instrm tm es se dicit, sed nõ cuiusmo di, aut ad quod usus. Qđ uerò in tit. de supellecti li leg. l. trapetis. bis scri ptum est trapetum, ex puncta r, litera tapetum est legendum, quod ne mo dubitat in genere stragulorum esse.

Trapezophorũ, theca erat in qua preciosiores mẽ sæ deferebantur: nam trapeza interpretatur mensa, & phoreo uel phoresco, quod est fe ro. Florentinus de supel lect. legata. l. supellectili. Trapezophora, inquit, delphica & subsellia. Ci cero tamen ad Fabium Gellium pro statua siue signo quod ferebat men sam posuit. Trapezo phoron, inquit, si te de lectat, habebit.

Trierarchus, interpretatur nauis princeps, nam trie ris est nauis habens tri plicem ordinem remo rum, quæ trieremis dici tur. Hier. Ezechielis ca pite 30. Egredientur nũ cii a facie mea in trieri bus. Ad senatusconsultũ Trebellianum. l. eius. Fi duciarium, inquit, reli quit hæredẽ trierarchũ. Item de bo. poss. l. 1. Na uarchos, inquit, & trie rarchos classium.

Trietericus, a, um, est illud quod

qđ tertio quoque anno cõtingit, a tria, qđ est tres,& etos annus. Vir. 4. Aen. Referũt trieterica Bacchi Orgia. Oui. 2. de reme. Ibat ut ædonio referens trietericha Baccho. Apuleius pro magia: Crotalũ, inquit, ad trieterica Orgia. Mod. lib. 50. dig. tit. de pollicitationibus. l. septicia. Agonem, inquit, constituo trietericum.

Trini, æ, a, nomen est distributiuum, quale illud bini, & quini, & deni, significatq́. cuilibet competere tria. Iungiturq́. vt alia eiusmodi nomina nominibus pluraliter declinatis. Mart. transierint binę forsan trinæve calendæ. Sillius lib. 15. Punic. Qui sua non trinis deducũt agmina castris. Martia. lib. 50. de legatio. l. sciendum. Præcipitur, inquit, edicto Vespasiani omnibus ciuitatibus, ne plures quàm trinos legatos mittant. Accur. in erroribus pertinax est, nã qui binos exposuit pro quatuor, quinos pro decẽ, denos ꝑ uiginti, hoc in loco trinos pro sex exponit, cùm exponendũ fuerit trinos. i. quælibet ciuitas tres. Sed quæro iam, non ab illo, sed ab illius amatoribus, an recte dictum sit, ꝙ omnes ciuitates non amplius mittere debeant, q̃ sex legatos? signaret nãq; ꝙ omnes ciuitates simul sũptę nõ amplius essent missuræ quã sex legatos qđ est per quã ridiculũ.

Tripus, põt interpretari delicatus: nã triphe, es, est delicium, & tryphao delicior. Vlp. ti. de ædi. edi. l. idẽ Offilius, Balbus, inquit, & blesus, & triphus isq́. qui tardius loquiť. Vbi tryphũ ꝓ traulo hoc ẽ bleso posuit, & q. quodãmodo ex deliciis sic loqtur. Quint. li. 1. Illorũ delicias reprehẽdi, q̃ s, literã male proferunt.

Trochlea, instrm̃ est cũ orbiculis ad eleuanda & deprimenda onera. Cato de re rusti. Trochleas Græcanicas binis funib. sparteis. Vitr. li. 10. c. 2. & 3. de trochleis multa, dicta a trecho, qđ est curro. Vlp. ti. locati. l. sed ad

des. Tympanū, ĩq̃t, & trochleas q̃ b. eleuāt prælū.

Trozimos, Græcè, maturus siue comestibilis interpretat. Vñ vua q̃ esui adseruatur & quæ non est apta vino, trozimos à Iuris. appellat in ti. de uer. sig. l. qui fundū. Qui fundū, inquit, vendidit pomum excepit, nuces, ficos & vuas duntaxat duracinas, & purpureas, & q̃ eiusdē gñis essēt, quas nō uini causa hēremus, quas Græci trozimus appellant, excepta uideri.

Trulla, vas est quo culina in lauatrinam aquā fundunt atque ad alia eiusmodi ministeria comparatum. Hor. 2. Ser. ꝑ ua se potorio uiliori posuit, dicēs: Qui Veientanum festis potare dieb. Campana solitus trulla. Iuue. Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo. Pomp. de aur. & arg. leg. l. & si. Veluti paropsidas, inquit. tabulas, trullas. Pau. de fun. īstr. l. tabernæ. Trullæ, inq̃t, q̃ circa cœnā solēt traiici.

Tubus, bi, siue sit fictilis, siue ex alia materia, est fistula per quam aqua deducitur, imò uerò aquæ ductus ipse tubulis pyxidatis cōstat, Hispani aranoras appellāt. Colu. li. j. Aqua, inquit, sic hr̃ eximia, si fictilib. tubis in cō tectā cisternā deducitur. Pli. li. 31. Aquam è fonte duci fictilib. tubis utilissimnm est. Sene. lib. 14. epist. Suspensuras balneorum & impressos parietib. tubos. Vlp. tit. de cloacis. l. 1. Cloacæ appellatione & tubus & fistulæ continentur. Et ꝑ diminutionē tubulus in eadē sigñone. Pli. lib. 33. pro cuniculo subterraneo posuit. Hi colores, inquit, in eisdē tabulis inueniūtur. Procul. in ti. de ser. urb. prę d. l. quidā. Non licet, inquit tubulos hēre admotos ad parietem cōem. Hic Acc. tribulos pro tubulis legit, interpretaturq. esse uasa lapidea, in superiori lege tubum putat esse foramen cloacæ.

V

Vadimonium accipitur pro ea sponsione quæ

datur

datur in causa grauiori, puta criminali: dictũ uadimonium à uadib. hoc est sponsorib. quos qui dederit in iudicio, uadere. i. decedere põt quocũque libuerit. Autores sũt Acron & Porphyrion in illud Hor. in primo Ser. Ille datis uadibus qui rure extractus in urbẽ est. Iuuena. Differt uadimonia pretor. Et Plinius in proemio naturalis historiæ: Propter qđ, inqt, uadimoniũ differri possit,

Valesii, apud antiquiores dicebantur qui postea s, litera (ut in plerisq; aliis) in r, literam mutata Valerii sunt appellati. Fuit aut Valeriorum familia Romę dicta à Valesio viro præclaro, nec minus locuplete, in gente Sabina, qui postea Manius Valerius Terẽtinus cog. est, à Terento loco quodam Diti patri sacro, Romę in campo Martio, in quo arã illi dicatam ab antiquis primus omniũ mõstrauit. Quint. lib. 1. Vt Valesii, inquit, & Fusii, in Valerios, & Furios uenerũt, ita arbos ætatis fuit. Idẽ quoq; Festus Põpeius scribit in dictione Aurelia familia Pomponius in titu. de origine iuris. l. necessariũ. autor est, Appium Claudiũ cæcũ fuisse autorẽ, ut in illis nominib. s, litera in r, trãsiret. Appius, inquit, Claudius inuenit, ut pro Valesii Valerii, & pro Furiis Fusii essent. Hinc est in lib. Institutionũ ti. de l. Fusia canina pro eo quod est Furia canina..

Valetudo, & ualetudinarius, & nunquã ualitudo & ualetudinarius legendũ est in lib. dig. quoniã sic scriptũ esse animaduertit Ludo. Bonogn. in Pande. Flo rent. atque apud antiquos hæc nomina sic proferebãtur.

Varus, uaricus, & uaricosus, quid significent, nõ est in promptu. Est autẽ uarus qui habet crura obtorta, pedesq; introrsus figens: quemadmodum ediuerso dicuntur uaciẹ q extrorsum crura habent, ideq; Vatinii, & Vaci eni. Piin: Hinc, inqt cognomina inuanta, Plãci, Pansæ, Scauri. sicut à

cruribus Vari, Vaciç, & Vacieni, & Vatinij. Horarius primo Sermonū. Hunc, inquit, Varum distortis crurib. Et Persius per translationem: Vel cum fallit pede regula Varo. Inde uaricus, pro eo qui ex distorsione pedum inæqualiter ambulat. Ouidius in tertio de arte: Ingentes uarica fertque gradus. Vlpia. titulo de ædilitio edict. l. Offilius. Varus, inquit, & Varicus an sanus sit & opinor sanos esse. Acc. nomina esse dicit illorū qui non possunt rectè pronunciare. Varicosus qui à tumentib. & intortis uaricibus dicitur, uitium est lōgè diuersum. Iuuenalis: Varicosus fiat aruspex. & Persius. Dixeris hæc inter varicosos centuriones. Vlp. in eo. titu. Varicosus, inquit, sanus non est. Neq; est qui vt insipiens modo huc, modo illuc uadit, qđ Accursius somniat: sed, ut diximus, qui ex nimio labore uenas habet crurum intortas & conglobates, quas Hippocrates appellat cirsas, Aristoteles ixias.

Venaliciarius, est seruorū mango. Quintilianus: Adolescentem, inquit, apud venaliciariū repertum. Et iterū: Dedit libertus pecuniam uenaliciario. Iidem & uenalicii dicuntur. Cicero in oratore ad Brutū: Aphricanos, & Lęlios multi venaliciarij mercatoresq; superarunt. Caius titulo de ædil. edict. l. iustissime. Venaliciarii, inquit ita societatē coeunt, ut quicqd agunt, &c. Vlp. quoque: Quia uenaliciarii, inquit, sciunt, decurri ad nouitiorū emptionē. Item Aphricanus de uerb. signific. l. mercis appellatione. Mella mā gones non mercatores, sed uenaliciarios appellari ait.

Veneficus, nō simpliciter est qui uenenū necandi alterius gratia porrigit, sed quia adhibitis incantationib. quibusdā utit, qui & maleficus dicitur. Ouid. 7. Metamorphos. de Medea: Validosq; uenefica succos Mergit in

ære

tere cauo. Lucanus in 7. Pollutas cātu diroq. ue nefica succo. Hinc apud Iurisconf. titulus est de ueneficis & sicariis. Idē & venenarius dicitur. Iulius Firmicus libro 2. Si Mars Mercurium de diametro aut de quadrato respexerit, faciet uenenarios & maleficos. Callistratus titulo de pęnis. l. capitaliū. Venenarii, inquit capite puniēdi sūt.

Versicolor uestis, inquit Valla, non tam illa dicitur quæ colorem natiuū mutauit puta in rubrū, palidum, aut nigrum, q̄ illa quæ narium habet colorem. Gellius lib. 6. Tunica, inquit, lōga muliebri indutus & uersicolori pallio. Cicero 3. de finib. Plume, inqt uersicolores columbis. Plinius libro 35. Capita earum mitris uersicolorib. operuit. Vlpianus de legatis tertio. lege, si cui lana. De uersicolorib. inquit, uidendum est. Paulus de auro & argento lega. lege, pediculis. Vestem, inquit, tam coloriā, quàm uersicoloriam.

Vespilones, & uespæ, ut inquit Festus, dicūtur qui funerandis corporibus officiū gerūt, nō à minutis illis uolucribus, sed quia uespertino tēpore eos efferūt, qui funebri pompa propter inopiā nequeūt. Suet. in Domi. Cadauer, inquit, eius populari sandapila per uespilonesexportatū. Apuleius lib. Floridorum 4. Vespilonum manib. extortum uelut ab inferis postliminio domum retulit. Martialis: Chirurgus fuerat, nunc est uespilo Diolus. Martianus in titulo de solutionib. l. qui decem. Num ergo & si uespilonem aut aliàs turpem dederit hominē, pro quo mēdosè legitur uespertilionem. Item Vlp. titulo ad Senatuscōsultum Treb. lege, sed sciendum. Vel nomen quidem uespilonis testatoris ferre. Hic Accursius non minus insanit, quàm in superiori lege fecerat. Nam utrobiq; uespilonem intelligēdū ait esse nomē infamię, ut si cognominare

carnifex:ut apud Mart. Postq̃ triste caput fasti dia uespiloniũ, Et misce ri meruit tędia carnificis

Vestiarium, pro loco ubi reponuntur uestes, ut apud Plin.lib.15.Vestia rium,inquit, cõtra tere dines ac noxia anima lia amurca aspgi. Aliàs uestiarium pro ipsis ue stib. sicut ministeriũ ꝓ ministris, cibaria pro ci bis. Seneca li.de uitę trã quillitate: Familia ue stiariũ petit victũq́. Sce uola.tit.de ann.leg.l.an nua. Ac ꝑ hoc inquit,ne que ueniaria,neq; ciba ria his debeatur. Iabol. tit.sol.matr.l.in his. Ser uis, inqt, uxoris uir nũ mos ĩ uestiariũ dederat.

Veterator,seruus is dicitur qui diu seruiuit, & qui ex uetustate callidus est quẽadmodum ediuerso nouitius, qui nouus est ĩ seruitio. Festus: Vetera tores,inqt,callidi dicti à multa rerũ gerẽdarũ ue tustate. Donatus in il lud Terentii in Andria: Quidnã hic vult uetera tor sibi. Veterator,inqt, est uetus in astutia. Vlp. titulo de ædilitio edict. l.præcipiunt.Præcipiũt, inquit,ędiles, ne uetera tor pro nouitio uęneat. Atque ibidem: Quia ue naliciarii sciunt facile decurri ad nouitiorum emptionem, idcirco ĩn terpolant ueteratores.

Veterinarius, ęst u eterina rum medicus. Est autẽ ueterina iumẽntũ,uel à uehendo dictum, ut pu tauit Cato,referente Fe sto Pompeio,uel vt Opi lius, ueterinam dici uo luit, quasi uterinã, qđ ad uentrẽ onus religatũ gerat:inde ueterinaria, medicatiua iumentolũ ars.Columella lib.8. Ve terinariæ &edicinæ pru dens esse debet pecoris magister. Callist. tit. de iure immunitatis. l. qui busdam. Accursius: Qui fodiunt,inquit,aurũ & argentum, aut qui fa ciunt vitra, sed hoc diui nare est.

Viaticum,ci,est pecunia il la quæ in ulæ sumptus alicui datur. Cicero de senectu. Quominus uiæ restat, eo plus uiatici q̃ rere. Pli. Cęcilius de Mar tiale.

tiale. Prosequutus, inqt, et uiaticō sedentē. Inde Viaticulū, paruū uiaticum. Apul. lib. 7. de asino: Viaticulum, inquit, mihi corrasi. Vlp. lib. 5. ti. de iudiciis. l. si lōgius. Egestate, inquit, Romæ laboraret uiaticulo suo non recepto quod ad sumptus, pater ei destinauerit. Accu. ignorans quid uiaticū sit: quod, ꝓpter impēsas, inquit, in scholis datur quia suprà dixerat, studiorū causa.

Viatores, inquit Festus, appellabātur qui magistratib. parebant, eo ꝙ plerūque ex agris homines euocabantur à magistratib. & frequēs erat eorū ab agris in urbem uia. Plin. lib. 18. Cincinato uiator attulit dictaturā. Tales tunc uiatores erāt quib. idipsū nomē inditum est subinde ex agris senatum ducēsq; accersentib. Vlp. tit. de reb. eorum qui sub tutela. l. magis. Dari, inquit, uiatorē qui ei renunciet.

Vicarius seruus, dicitur ille, quem Atriēsis seruus substituit. Itaq; uicarius dicit serui seruus. Martialis: Esse sat est seruū, iam nolo uicarius esse. Plau. in asinar. Sticho, inqt, uicario ipsi tuo. cui Leonidas Atriēsis respōdet: Mihi scio uicarium esse. Vlp. tit. de leg. 3. l. seruos. Vicarios seruorū suorū numero nō contineri. Idē in titulo de peculio legato. l. si peculiū legetur. Rectè igit atque Latinè Pontifices appellant se uicarios hoc est, seruos serui Petri, qui se appellat seruū Iesu Christi ī suis canōicis, sed Petrus nō uicarius Christi, quia nō est seruus serui.

Vienna, ciuitas est Allobrogum in Gallia Narbonēsi cuius meminit Iurisc. titulo de censibus.

Vinacium, uel uinacius ꝓpriè acini semen est. Acinus aūt granū vuæ. Cato tñ in lib. de re rustica, pro acinis musto exhaustis uinaciū posuit. Dolia, inquit, quib. uinacios cōdat decē habeat. Vlp. quoq; tit. de fur. l. si quis vxori. Vuarū, inqt, & musti & uinaciorum nomine furti agere pōt.

Vin

Vindicta, uirga prętoris erat, qua seruo imposita illum faciebat liberū. Persi. Vindicta post quā meus à prætore recessi, vnde metonymiam, uindicta ꝓ libertate aliqñ. Oui. de reme. Vindictæ quisq; fauet e suæ. & ibidem. Optima uindictę proxima quęque dies. Dicta est autē uindicta à uindicando, hoc est in libertatem asserēdo, uel à Vindicio seruo Vitelliorū, qui coniurationē de reddenda vrbe Tarquiniis patefecit. De quo Liu. lib. 2. & Pompon. de orig. iuris. l. necessarium. Titulus est prætetea in libris dig. de manumissis uindicta.

Viriolæ, armillæ erant ex gemmis margaritisque auro cælatis, quæ & uiriæ dicebantur. Plin. lib. trigesimotertio. Vt habeāt quidem in lacertis iam quidē & uiri, quod è Dardanis uenit, atque itaque Dardanium uocabatur, uiriolæ celticæ dicuntur uiriæ celtiberięę, habeant fœminę in armis digitisque totis, collo & aurib. Itaq; vult Plinius quod Dardaniū sit armilla, qm̄ à Dardanis uenit, Viriola qua utuntur Celtæ .i. Galli: Viria, qua Celtiberi. i. Hispani. Vlp. tit. de au. & arg. leg. l. arg. Armilię inquit, uiriolæ, annuli præter signatorios. & in fta l. medico. Lineas duas ex margaritis, & viriolas est smaragdis. Paulus de optione & electione leg. l. si tibi. Si ex q̄tuor inqt, uiriolis duę.

Vitis, centurionis gestamē erat ad fustigandos milites pigre munera sua obeūtes, de qua ī uerbo Cēturio multa diximus.

Vniones, dicuntur margaritę grandiores, dicti ab eo, ut Plin. libro nono scribit, quod nulli duo reperiantur indiscreti: vnde nomen unionum, inquit, Romanæ imposuere delicię. de auro & arg. le. l. Seia. Legauit, inquit, vnionem cum hyacinthis, & postea vnionem soluit.

Vrinatores, dicuntur qui subter aqua natantes tēpore multo cōtinēt spiritum,

rītū,ab eo qđ est vrino, urinas,uel urinor, urinaris.Vatro de lingua Lat. Vrnę, inquit, dictæ qđ urinant in aqua haurienda. Vrinari enim est in aqua mergi. Plin. lib. 2. Vrinantibus in quālibet profundā aquarū altitudinem. Idem lib. 9. Has, inquit,urinantiū cura capi.Idē lib. 11. Eadem est causa quare sub aqua diu Ranæ & diu Phocæ urinētur. Callistratus ad legem Rhodiā de iactu. lege nauis. Merces per urinatores extractę. Audi somniū Accursij: Qui ita,inquit, subtiliter perpendunt & uident sub aqua, sicut medicus per urinam perpendit agritudinem.

Vulpianus an Vlpianus dici debeat Iurisconsultissimus Alexandri Cæsaris ille assessor, multi dubitant:quę ambiguitas ex Pandectarum Florent. lectione tolliē, in quibus semper Vulpianus ꝑ duplex u, alteram consonātē, alterā uocalē scribiē.

X

Xeniū, interpretatur munus qđ hospitibus datur. Nā xenos interpretatur hospes. Vitruuius lib.6.Primo, inquit, die Græci hospites inuitabant ad cœnā, postero mittebāt pullos, oua, olera, poma, reliquasq; res agrestes. Ideo pictores qui ea quæ mittebātur hospitibus, picturis imitabantur, xenia appellarunt. Martialis: Omnis in hoc gracili xeniorū turba libello,& sequitur: Hæc licet hospitibus pro munere disticha mittas. Inde per diminutionē xeniolū. Apuleius libro secūdo de asino: Mittit byrrhena mihi xeniola, porcū optimum & quinque gallinulas. Vlpianus libro primo,titulo de of. proconf. l.solent. Non, inquit in totū xeniis abstinere debet procōsul. & paulò post: Quantū ad xenia, inquit, pertinet uetus prouerbium est,&c.

Xenodochium,interpretatur

tur hospitium, quod hospitibus & peregrinis publicitus siue priuatim patet, Hieron. in quadam epistola ad Pammachiũ: Audio te Xenodochiũ, in portu fecisse Romano. In Codice Iustiniano, tit. de sacrosan. ecclesiis. l. illud. l. sancimus. l. si qs. Item de episco. & cleri. tum xenodochium, tũ xenon appellatur.

Xenoparochus; is est qui publicè munera hospitibus cõtribuit, quia xenos hospes interpretatur, & parochus tributor. Archadius li. 50. tit. de muner. l. munerum. Tabularii, inquit, uel xenoparochi ut in quibusdam ciuitatibus.

Xerolophum, locus erat celebris Bizantii, quæ Cõstantinopolis postea cognominata est. Priscianus lib. 1. de octo partibus orationis: Epigrammata, inquit, quæ egomet legi in tripode uetustissimo Apollinis, q stat in xerolopho Bizãtii scriptus. Idem lib. 6. Ostendunt, inquit, epigrammata uetustissima quæ literis uetustissimis scripta in multis tripodibus legi, & maximè in tripode Apollinis, qui est Constantinopoli in loco quem Xerolophon uocãt. Iustinianus lib. quarto Institutionũ, titulo de publicis iudiciis. Quod nos, inquit, telum appellamus, illi telos appellant. admonent, inquit, nos epigrãmata ĩ Xerolopho scripta. Et sequitur epigrãma Græcum.

Xystici, dicuntur athletæ, dicti à xysto, qui, ut ait Vitruuius libro sexto, est porticus ampla latitudine, in qua athletæ per hyberna tempora exercebantur. Sueton. in Augusto: Xysticorũ certatiões, aut gladiatorũ pugnas seuerissime semper egit. Idem in Galba: Si qd scænici aut xystici donatum olim uendidissent. Vlpianus tit. de iis qui notantur infamia. l. athletas. pro eò qđ esse debuit, xystici, rcsustici corruptè legitur.

Zythum,

Z

ZYthum, potus est quē è frugibus excogitauit Aegyptus, unde à Columella pelusiacum cognominatur in horto, cum dicit, Et pelusiaci proritet pocula zythi. Vlp. tit. de trit. & uino lega. l. si quis, Zythum, inquit, & cætera pro hominum affectione.

Zona, non tantum pro cingulo accipienda est, sed aliquando etiā pro marsupio & loculis nūmorum refertis accipitur. Apuleius lib. 7. de asino. Plotina, inquit, preciosissimis monilium & auro monetalizonis refertis incincta. Sueton. quoque scribit Vitellium zonam se aureorum plenā circūdedisse Spartianus etiam Pescenium nigrum Imperatorem iussisse, ne milites in zonis nummos aureos uel argēteos portarent ad bellum. Lampridius quoq; Alexandrum Cæsarem dicere solitum ait, Miles non timet, nisi uestitus, calceatus, & satur & aliquid in zonula habens. Et ferè hæc est consuetudo Hispanorum, ut cingulo bursam escariam applicent, in qua portet nummos. Itaque Saluator noster discipulis interminatur, ne portent zonam. In hoc significatu accepit Vlpianus in titulo de bonis damnatorum. l. diuus. Neque si zonam, inquit, circa se habuerit: protinus aliquis sibi uindicare debebit. Accursius putauit zonam esse cingulum magni pretii.

EX OBSERVATIONIBVS AELII Antonij Nebrissensis in libros Iuris Ciuilis.

DE GLAVCO ET DIOMEDE, ACCVRSII SOMNIVM.

EST in præfatione digestorum perora tio Iustiniani Imp in hæc uerba: Incipite igitur legum doctrinã eis Dei gubernatione tradere, & uiam aperire, quam nos inuenimus, quatenus fiant optimi Iustitię & reip. ministri, & uos maximũ decus in omne æuum sequatur. Quia nostris temporibus talis legum inuenta est permutatio, qualem apud Homerum patrem omnis uirtutis, Glaucus & Diomedes inter se faciunt dissimilia permutantes, & subdit carmina Homeri sumpta ex 7. Iliad. lib. ubi narrat quo pacto in obsidione Troiana Diomedes cum Glauco Hippolochi filio congressus, cœpit ab illo quęrere quis esset, quibusq. maioribus ortus. Cui Glaucus se Bellerephontis nepotem, Hippolochiq. filium esse respondit. Cumq. Diomedes uetus hospitium Oenei Bellerephontisq. utriusq; auorum fuisse intelligeret, pugna abstinuit, atque ita cõmutatis armis digressi sunt, quasi pignus amoris alter alterius reportantes. Fuerunt autem Glauci arma aurea centum bobus æstimata. Diomedis ærea nouem boum. Quod Accurs. nescio quibus furiis agitatus, exponens ait: Diomedes cum rediret per mare à Troiana uictoria, indigebat uino, & inuenit Glaucum iuxta mare abundantem uino & carentẽ equis, at ipse multos habebat equos, quos in prælio habuerat, & ita dedit illi de equis inutilibus pro uino necessario & utili sibi, & Glaucus dedit uinum superfluum, & accepit equos necessarios, sic & nos fecimus ꝑmutationem de inutili modo legẽdi ad utilem. Hucusq. Accursius. Omitto corruptissimum & mille

mille acyrologiis deprauatim dicendi genus. Vbi le git ille bonus uir hæc historiarum portenta, aut q̄s illum docuit in rebus quarum ignoratione teneba tur, diuinare? Aliud est enim, ut diuus Hierony. scri bit, esse uatem, aliud interpretem: illic spiritus neu tra prædicit, hic eruditio & uerborum copia quæ in telligit interpretatur. Quod si fuisset Accursio mix tum cum pudore iudicium, aut omnino tacuisset iis de reb. quas ignorabat, aut ea scriberet quæ de Glauco & Diomede ab autoribus memoriæ prodi ta sunt, Homero præsertim, quem Iustinianus citat testem. Quod si Accursius Græcas literas ignorabat didicisset saltem latinas, in quib. lib. 1. Serm. Horatii legeret: Aut si disparibus bellum incidit aut Diome de, cum Licio Glauco discedat pigrior ultro Mune ribus missi. Atque apud Martialem lib. 9. epigr. Tam stupidus nunquam nec tu puto Glauce fuisti, Chal cea donanti chrysea qui dederas. Aut quoniam Iu ris libros interpretabatur, illud saltem quod Arist. lib. 5. ethic. cum de iustitia & iure dissereret, scripsit: Volenti, inquit, non fit iniuria, sed qui sua donat, vt Homero de Glauco scribit, dedisse cum Diomedi ar ma aurea pro ferreis, cēteni pretii pro noueni, huic iniuria non fit. Aut imitaretur saltem pudorem S. Thomæ qui locum illum exponens, nihil tale somniat quale Accursius, sed tantum ab ignoran tia interpretis deceptus, dixit accepisse Diome dem centum boues pro nouem, cum Homerus dicat arma æstimata pretio centum boum, pro ar mis nouē boū, quod & Pli. lib. 33. affert. Quanq̄ Ho merus inquit admiratus aurū, æstimationes rerū ita fecit, ut centum boum arma permutasse Glaucū di ceret, cum Diomedis armis nouem boum, & hoc est quod Iustinianus dicebat talem permutationē legū antiquarum pro nouis esse factam, qualis fuit Glau ci & Diomedis, hoc est, centeni pretii pro noueni.

DE LEGATIS ATHENAS MISSIS SOMNIVM ACCVRSII.

POmponius lib.1.Digest.sub titulo qui est de origine iuris:Placuit inquit, publica autoritate decem constitui uiros, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatib.ut ciuitas fundaretur legib. quas in tabulis eburneis perscriptas pro rostris composuerunt.Audite nunc obsecro uos ęgrotãtis Accursij somnia uana : Antè, inquit,quàm hoc fieret, miserunt Græci Romam quendam sapientē, ut exploraret an digni essent Romam legib. qui cum Romã uenisset,Romani cogitantes quid poterat fieri,quēdam stultum ad disputandum cũ Græco posuerũt, ut si perderet,tm̃ derisio esset.Græcus nutu disputare cœpit,& eleuauit unum digitum,unum Deum significans.Stultus credens quod uellet cum uno oculo decæcare,eleuauit duos, & cum eis eleuauit etiã pollicem,sicut naturaliter euenit,quasi cæcare eum uellet de utroque.Græcus autem credidit quod trinitatē ostenderet.Item Græcus apertam manũ ostēdit,ut ostenderet oĩa nuda & aperta Deo. Stultus aũt timens maxillatã sibi dare, pugnũ clausum quasi repercussurus leuauit,Græcus intellexit qđ Deus omnia clauderet palma:& sic credens Romanos dignos legib.recessit.O miserrimam seculi nostri conditionem,qui hæc audimus & patimur.Ecquis unq̃ talia deliramenta nisi a mulierculis lanificio intentis audiuit?& non uidet homo perditus non habita rõne temporum & personarum sibiipsis repugnantia dicere?Quod si tanta erat illi historia mentiēdi libido,at debuit saltem aliq̃d dicere quod nos falleret.Nunc uero ea per crapulam ructat,quæ nec credent pueri,qui nondum ære lauantur.Nam si quod hoc in loco Pomponium scribit, constat esse factũ

trecen

treecentesimo altero anno ab urbe condita, hoc est, ante natalem Christianum annos circiter quadringentos quinquaginta quo pacto Græcus & Romanus de trinitate personarum atque unitate substantiæ in diuinis disputare poterant? hoc ne Ezras quidem fecisset, doctissimus illa tempestate legis interpres, nedum homines in falsa deorum gentilium religione occupati. Aut si tam diligens in historia esse uolebat, illud potius annotare debuit, Romanarũ rerum scriptores, non quod Pomponius scribit creatos esse decem uiros per quos leges peterētur, sed cũ prius deferendis legib. iter Rom. cõueniret, de latore tantum disceptarent missos esse tres legatos Athenas, iustosq́. inclytas Solonis leges describere, & aliarum Græciæ ciuitatũ instituta moresq́. pernoscere. Postea uero quàm illi redierunt, creatos decem uiros condendarum legum & iuris dicundi causa. Quod uero Pomponius scribit tabulas fuisse eburneas, Dionysius Halic. diligentissimus antiquitatum Rom. scriptor lib. 9. æreas fuisse memoriæ prodidit. Quòdq; idem autor scribit tabulas in foro positas, non est diuersum ab eo, quod Pomponius tradit positas esse pro Rostris: nam Rostra templum erat in foro Romano quod placuit exornari Rostris nauium, quas ab Anciatib. acceperant, nõ ut Accursius delirat pyratarum. Illud uero perquã ridiculum, quod in re manifesta dubitans, pro rostris exponit ante oculos & ora hominum. Ab Hispano, opinor, aliquo id didicerat, quoniam Hispane facies rostro appellatur.

MVTIVS PRO FABIVS.

IDem Pomponius in eod. tit. de orig. iuris: Q. inquit, Mutius qui ad Carthaginienses missus legatus, cũ essent duæ tesseræ positę, una pacis, & altera belli, arbitrio sibi dato utram uellet referre Romam, utranq; sustulit, & ait Carthaginiẽses petere

 debe

debere utram mallent accipere. Atqui non Q. Mutius, sed Q. Fabius fuit, qui cum Valerio Flacco missus est Carthaginem legatus, ut nisi Hannibal uiolator fœderis dederetur, bellum Carthaginiensibus indiceret. Hic Fabius, Pamphilus cognominatus est ad differentiam illius Fabii qui in eodem secundo bello Punico singularem operam Reip. nauauit, atque tum maximus, tum uerricosus, tum ouicula dictus est. Atque ea propemodum Fabium Pamphilum fecisse coram Carthaginiensibus quæ Pomponius refert, autores sunt Polybius, Liuius, Plutarchus, Silius præterea lib. 2. Punicorum.

Non ultra patiens Fabius texisse dolorem,
Concilium exposcit propere, partibusque uocatis.
Bellum se gestare sinu pacemque profatus.
Quid sedeat legere, ambiguis neu fallere dictis:
Imperat, at sæuo neutrum renuente senatu
Ceu clausas acies gremioque effunderet arma.
Accipite infaustum Libyæ euentuque priori.
Par inquit bellum, & laxos effudit amictus.

Tam insigne mendum non debuit Accursius dissimulare, atque intactum relinquere, ubi non in parte, sed in toto error committitur. Nam quid habent simile Mutius & Fabius? nempe hoc quod Thais & Hermione.

COLVMNARIVM, PRO COLVM NIVARIVM.

POmponius Iurisconsultus in lib. dig. tit. de auro & argento leg. In argento, inquit, potorio utrũ id duntaxat sit quo ubi possit, an etiam id quod ad præparationem bibendi comparatum est, ueluti columnarium & urceoli. Quod uasis genus columnarium sit nullus unquam scripsit, sed neque legit, prĕter unum Philippum Beroaldum, uirum alioqui singu

singulari eruditione, qui ex huius legis deceptus le ctione, putauit esse poculi genus, & Accursium, qui anglisteriam interpretatur, sic Itali uulgo appellant ampullam uitram longioris colli. Ego uero cum co lumnarium esse nihili uerbum pro comperto habe rem, cœpi mecum recogitare quid columnarii loco substituerem, cum subito fuit mihi præsto Martia lis poetæ distichon, cuius lemna est, Colum niuariũ. Cumq. adhuc subdubitarem, an pro columnario co lum niuarium reponerem, legi sequens distichon, cuius index est, Vrceoli ministratorii. Exilui præ ni mia lætitia, atque cœpi mihi ipsi gratulari quod lo cum aliis incognitum atque intactum mea diligẽtia restitui. Quid uero colum niuarium fuerit, reliquũ est ut ostendamus. Fuit consuetudo apud maiores nostros, non modo colare uina, ut essent mollиora defœcatioraque, uerùm etiam aquam per niues trãs mittere, quo fieret gustui suauior. Instrumenta uero ad percolandum erant cola minutissimus uiminib. contexta, aut ex sacco lineo siue cilicino. Virgil. 2. Georg. Tu spisso uimine qualos Colaque prælorum fumosis diripe tectis. De colatorio sacco Martialis in disticho, cuius lemna est, saccus niuarius: Atte nuare niues norunt & lintheo nostra. Frigidior colo non salit unda tua. Plin. 14. Vtilissimum omnibus sacro uiribus fractis. Idem decimonono: Inueteraui uina saccisque castrari & uigesimotertio libro: ut plus, inquit, capiamus, sacco frangimus uites. Atque iterum Martialis: Turbida sollicito transmittere ce cuba sacco, & Horatius secundo Sermonum: Inte grum perdunt lino uitiata saporem. Quod Porphy rion exponit sacco percolata. Cum itaque Martialis duo disticha continuata scripserit, alterum de colo niuario, alterum de sacco uinario, subdideritque sta tim urceolos ministratores, quis non uidet apud Pomponium legendum esse colum niuarium, cum

præsertim e uestigio sequatur & urceoli? Quid, q̃d sensus pulchre coit, atque satisfacit ei quod uenire potuit in dubitationem, an uidelicet uasorum potoriorum appellatione ueniant uasa quibus non bibimus, sed præparantur ordinanturque ad id quod bibendum est, ut colum & saccus per quæ colantur uina niuesque, atque præterea urceoli, quibus uinũ & aqua discumbentibus ministratur. Non quod Accursius & Philippus putabant esse uasa potoria. Esset nanque sensus legis ridiculus, si dixeris appellatione uasorum potoriorum uasa potoria contineri.

FINIS.

TRACTATVS DE MODO STVDENDI in utroque iure per decem documenta, cum nominibus omnium scribentium in iure tam canonistarum, quàm legistarum usque ad hæc tempora, editus per famosissimum V.I.D. dominum Ioannem Baptistam de Gazalupis de S. Seuerino, tunc cathedram iuris ciuilis ordinariè de mane in alma uniuersitate Senensi regentem, nunc uero aduocatum consistorialem rotę & palatii apostolici.

CVM expurgaueritis vetus fermentum, & iam sitis noua conspersio, (vt opinor) in azimis sinceritatis & veritatis in quo statu vos conseruet clementissimus Deus, visus est mihi sitienti vtilitatem vestram, tempus esse connentus quo studiosis anxie diligentibus religionem iuris ciuilis, rectum callem ostendam, quo gressus eorum dirigam, & viam aperiam per quod ambulent, non in tenebris, sed in luce, ad illam legalem sapientiam capescendam. Dicam igitur quæ sentio, & pro vtilitate vestra fideliter loquar, quasi mihi ipsi consilium dans.

Docu-

Documentum primum principale.

Anima purganda & conscientia.

QVicunque cupit iuri operam dare, sit circũspectus in infrascriptis. In primis bene & diligenter pręparet animam suam confitendo peccata sua integre, & satisfaciendo pro commissis ut sit spiritus sancti gratia omnem habẽs uirtutem & omnem scientiam inueniat receptaculũ mundũ & tribuat plenam perfectamq́ue scientiam, nam quicquid alibi quæritur, hic perfectius inueniť 38. di. c. legimus. §. sed ecõ. in fi. Illud est potissimum & primum consilium quod dedit uenientibus ad studium uenerabilis doct. Gul. de Mon. Lau. in clemen. 1. de magistris subdens, ꝙ scholastici qui ad quamuis scientiã approbatam transeunt & diu noctuq́ue torquẽtur, in uanum laborant nisi dei gratiam habeant secũ coadiutricem, quia ut dicitur Sap. 1. In maliuolam animam non introibit sapientia. Idem consilium dedit recolendæ memoriæ doct. do. Simon de Bursiano, Card. Mediol. in procœm. Clem. dicens quòd scholaris non confidat in ingenii perspicacia & capacitate, studii assiduitate, & memoriæ tenacitate, sed in eo speciem ponat qui scientiarnm dominns est, in quo stant omnes thesauri sapientię absconditi. Nam scriptum est. Qui confidunt in domino intelligente ueritatem. superbis autem deus resistit. Idem consilium suum opere laudauit in d. cle. 1. de magistris. dominus Franc. de Zabar. de Padua olim Card. floren. Et insignis doc. do. Gof. ga. in d. clem. 1. & Mart. de Fano. in epistola quam fecit de modo studendi, in quinto requisito. Caueat etiam omni conatu à singulis peccatis, quia delinquens in uno factus est omnium reus, ut in d. c. deßeat. extra de re. iur. & per unum peccatum tota gratia euacuatur. 32. quæst. 1. cum renuntiatur. totum enim hominem non dimidium saluat deus. uersus. Larga dei pietas totum non dimidiabit. aut nihil aut totum

totum te lachrymante da. Dicit etiam Gul. quod specialiter caueat idem studens à uenere, uitio con sueuerunt facile studiosi inquinari, cum per tale ui tium ratio & intellectus tanquam superiores par tes mentis confundantur, sensualitatem (quæ est in ferior pars) attrahente & prædominante. 37. di. c. turbat: in c. 1. de sacra unct. uer. in pectore. Simile in caule, cuius spica per quam emittitur semen si per mittatur luxuriari, cito crescit, sic est in scholari, si pinolum, id est ingenium permittatur defluere uir tus, superne rationis & intellectus impediuntur & corporis paratur infirmitas. Idem dicunt præfati do ctor. in d. cle. ubi subdit do. Car flor. quòd ipse ha buit auditores qui notoriè obiit ex hoc, & ego co gnoui plures quo doc. uitio dedit male uitam finie runt, uno contexti perdiderunt omnem uirtutem, omnium honorem, & omnium substãtiam: & inter cætera uidi quendam scholarem diuitẽ & ingenio sum, qui fuerat rector cuiusdam studii captum mu lieris amore (quæ est rete diaboli, ut inquit Hier.) tandem propter illius meretricis amplexus uagabũ dum discurrisse prouincias, & tandem carceratum pro mulieris contractu pro nutrienda illa diabolica fœmina. iste idem præ rubore & uerecundia ne cõ gnoscerem eum, prono in terra uultu petiit à me eleemosinam. ad hoc uide 27. di. c. legimus: uer. hinc etiam. & Hie. in epistola ad Damasum. Caueat ab alea, quæ fames est & incendium omnium malorũ, ut plenè dixi anno superiori opusculo contra luso res: uelis omnino uidere, quia ipsius lectura cum adiutorio dei reformauit te, si reformatione indi ges. Caueat à crapula & ebrietate, nam non uici na sint uenter & genitalia, ex uicinitate membrorũ resultat quædam confœderatio malorum. l. uitio secundum Hier. & Greg. in mora. dicit quod domi nante gulæ uitio, omne quod homines forte ege

A uenere abstinendo scholaribus.

A ludo abstinendum.

Crapula ebrietas.

rint perdunt,& dum uenter non restringitur, simul cunctæ uirtutes obruuntur. Et hic est quòd pinguis uenter tenuem sensum non gignit. Ideo suadeo ut mutuas commessationes fugiatis, nam escarum usus est insatiabilis, & origo uitiorum & est quod pituitosum, & sanitati inimicum, & quod peius est, inutilis comsumptio temporis, quia nihil ea rius secundum Theopra. Audi Aug. in libro 2. de ordine contra academicos. cap. 8. Adulescentulis studiosis sapientiæ ita utendum est ut à uenereis rebus, ab illecebris uētris & gutturis, ab immodesto corporis cultu & ornatu, ab inanibus negotiis ludorum, à corpore somni atque pigritiæ, ab æmulatione, obtrectatione, inuidentia, ab honorum potestatuumque ambitionibus, ab ipsius etiam laudis immodica cupiditate se abstineat. Amorem autem pecunię totius suę spei certissimum uenenum esse credat. Nihil esse ruitur facient, nihil audacter. Inimicitias uitent cautissime, ferant æquissime, finiat citissime. In omni uerbo contractu conuersatione quòd cum hominibus, satis est seruare hoc vnum vulgare prouerbium. Nemini faciant quod pati noluit administrare, nisi præfecti. Perficiant uel intra senatoriam ætatem festinent, uel certè intra iuuentutem. Sed quisquis sero ad ista se conuertit, si arbitretur nihil sibi esse præceptum. Nam ista utique facilius decocta ætate seruauit. In omni autem uita, loco, tempore, amicos aut habeant aut habere instent. Obsequantur dignis etiam non hoc expectantibus. Superbos minus curent minimè sint. Aptè congrûenterq. uiuant, Deum colant, cogitent, querant spe, fide, charitate subnixi. Optent tranquillitatem atque certum cursum studiis suis omniumq; sociorum, & sibi quisq; poscat mentem bonam, pacatamq. uitam.

Qualiter iuuenibus uiuendũ.

tam. Hæc August. Optimum at salutare est remedium ad prædicta consequenda, frequens oratio ad Deum, de qua oratione plenissimè loquitur, gloss. in clemen. dominum, de reliq. & uene. sanct. super uer. orationem, & specialiter hortatur quòd quilibet studiosus uelit singulis diebus dicere officium Beatæ Mariæ gloriosæ uirginis, quæ est inuentrix gratiæ, genitrix uitæ & mater salutis, in qua qui specie ponit nunquam uacuus abit. Certum licet omnis quicunque adultæ ætatis tenetur credere articulos fidei, ut habetur in symbolo. Credo in Deum, & Athanasiii. Quicunque uult saluus esse, qui 38. distinct. capitulo 1. & 2. & licet laico simplici, & forte omnibus etiam literatis sufficiat articulos fidei credere implicitè, id est credere uerum esse quicquid credit ecclesia cat. ut dicit. In 1. capitulo 1. de summa Trinit. & sequitur magister Ber. Compost. ibi. illum tamen qui ingeniosus est hortatur idem compost. ut uelit illos arti. fidei scire magis distincte, & quamuis hoc ex dono scientiæ & ingenii sibi à Deo dato, quasi debito rationis & ingratitudinis uitam de causa scire debeat, putant tamen ibi quòd, d. laici etiam ingeniosi & literati non peccant mortaliter si d. ar. fid. nesciant explicitè uel non sunt solliciti de his sciendis, quia eorum professio ad hoc non est, quę uerba nota diligenter.

Quid orādū.

Quō credendū.

Documentum secundum principale.

CONuenit adolescenti studioso qui sicut dictum est uiuere instituerit, quærere doctorem sibi & magistrum cuius autoritas aperiat sibi ianuā sciendi necessaria magna & occulta, quam ianuam quisque

Doctor eligendus. quisque ingressus sine ulla dubitatione uitæ optime præcepta sectatur, quæ cum docilis factus fuerit, tunc demum discet, & quanta ratione prædicta sint ea ipsa quæ secutus est ante rationem, & quid sit ipsa ratio quam post autoritatis cunabula firmius & idoneus iam sequitur atque comprehendit. hæc Aug. ubi suprà. Plin. secun. libro secun. episto. epistola 18. inter cætera cuidam mario qui enim consuluerat de præceptore eligendo pro fratre, dicit hæc uerba. Cum omnes qui profitentur audiero, quod de quoquam sentiã, scribam. Nec ignoro suscipiendas offensas in eligendo præcept. sed oportet me non modo offensus, uerum etiam simultates pro fratris tui liberis tam æquo animo subire, quam parentes pro suis illust. doc. Mar. de Tano in d. epist. quam fecit de modo studendi, dicit primò quærendum esse de doct. si qualia doceri oportet doceat, si libenter ad interrogata respondeat, si respondendo dubitationes de pectore quærentis euellat, si patitur rationabiliter contradici, si causam rationabilem suis dictis adiungit. si uidetur quòd asserit, de fonte uel scripturæ uel æquitatis ubi iustitia deficit prouenire. Item quærendum an sit satis sufficiens, an uim habeat impressiua, ut exemplis intelligibilibus instruat quod ostendit. nec sic in sua lectione pomposus, sed potius utilis & fidelis & plus ueritatis quam truffis & ornamento uerborum inhæres. dicebat recolendum memoriæ doct. & præce. meus dominus Ioann. Petrucii de Perusio quòd aliqua quæ adulta in ætate ab imperito & inepto præceptore erronee sibi tradita didicerat, uix sexagenarius factus dediscere potuerit, unde suadebat in electione præceptoris esse propriæ utilitati non alieno ho

no honori consulendum. hinc Hierony.in epist.ad athletam de institut.paule modo, & ꝙ si discamus in teneris annis quæ dediscenda forent, quia diffi culter eradicatur quod rudes animi didicerunt. & subdit.Græca narrat historia Alexandrum potentis simum regem orbisq; dñatorem & in moribus & incessu Leonidæ pædagogi sui nō potuisse carere vitiis quibus adhuc paruulus fuerat infectus. Hinc sumat exemplum quisque vt illum æmuletur & cū illo conuersetur cuius mores sunt probati, aliàs in formabitur coherentia. Tu intelligis quid dicere uelim quorsum tendent hæc dicta mea. Qui habet aures audiendi audiat. Adde ꝙ Macedonum sapiē tissimus rex Philip. Alex. filium Arist. in disciplinā tradidit, extat atque illius epistola ad A. Gel. li. 9. noc.att. his uerbis ponit. Diis pol habeo gratiam, non tam proinde, ꝙ natus est mihi filius, quam pro eo ꝙ cum nasci contigit temporibus uitæ tuæ: spe ro et fore, ut eruditus edoctusq; abs te dignus exi stat & nobis, & rerum istarum successione. Hæc re fert Leonar. Aret. in quadam epist. Item Plu. de li. edic. sic ait. Maximum omnium longeq; primariū dicturus accedo. Inquirēdi sunt præceptores filiis, quorū uita nullis obnoxia criminibus, irreprehensi mores, & optimum sit experimentum. Honestatis enim forum simul ac radicem esse quot legitimam consequi disciplinā, pauloq́. infra subdit. Illud cer te stultitię extremæ. Sunt quidā qui licet p̄ceptoris sciētiā cognouerint, idq́; p̄senserint, illis tn̄ suos cō mēdant pueros, nonnulli placidis ipsorū uicti blan ditiis, sunt & qui rogantium amicorū grē tribuant, qui in re simile quippiam factitant, ut si quis ęgro to laborans corpore doctum ac salutiferum omit tens medicum, ut amici gratiam ineant imperitum hominem diligat, à quo fortassis in perniciem de tur. de hoc satis apud Plutarchum.

Mores magistri

Docu

Documentum tertium principale.

Honor præceptorib. impendendus.

COnuenit adoleſcenti ſtudioſo poſtquã idoneum præceptorem elegerit, illum honorare, obſeruare, colere, amare ut genitorem, & conari habere beniuolum. Ipſum interroget, ut ab eo inſtruatur, non autẽ ut calunnietur, & qui aliquam cauillationem aut fallaciam intercipiat eum. hæc Mar. de fa. in d. epiſt. & car. Med. in d. proœ. cle. Non ſupererat ille diſcipulus cui aliqñ contigerit aliquid ſcire docto. ignotum. nam in hoc latiſſimo prato iuris ciuilis bos herbam, canis leporem, ciconiaq; lacertam inuenire poteſt, ut in ſimili dicit Señ. in epiſt. cviij. Pręterea oĩa intelligere, & oĩm habere memoriam diuinitatis eſt potius qui humanitatis, ut l. ij. §. ſi quod autem, C. de uet. iu. enu. Capiat unuſquiſq; exemplum ab Aug. dicẽte. Ego epſ tot annorum ab anniculo paratus ſum doceri, xxiiii. q. iii. ſi habes. Conetur præceptoris opiniones defendere quantum põt exemplo Caſſii iuriſcon. uidetur habetur in l. qualẽ. ũerſi. Caſſius. ff. de arb. cum ſi. Qñ ſi non poteſt ex errore manifeſto ueritatem præponet & honorabit eam: nam ambobus exiſtentibus amicis ſanctius eſt honorare ueritatem, ut inquit Philoſophus 1. Ethic.

Documentum Quartum principale.

Quid facere ſtudens debeat.

COnuenit ut oẽm curã ſtudium & diligentiã adhibeat, Deum & facultatẽ cui indulget, corde gerens, ut inquit idem Mar. de fa. in d. c. epiſt. Circa quæ quicunq; uoluerit ad ſaturitatem uidere, legat Plin. lib. 1. epiſtol. 3. 5. 6. 9. 14. 16. 19. 20. & 21. Item in lib. 2. epiſt. 1. & 3. ſed ſuper omnia legat & memoriæ commendet epiſt. 5. dili. 3. ad marium, quæ incipit, pergratum. in qua deſcribit uitam & mores Pli. maioris auunculi ſui, quæ literis aureis eſſet ſcribẽda, non omiſſo apice. Incitaret enim animum cuiuſcunque ad diligentiam,

tiam, & moueret pectora etiam duriſſima & ſaxea, quinimò ex ipſius lectione plerique qui ſe credunt diligentiſſimos, cognoſcerent manifeſtè ſe eſſe negligentes. Imitetur exemplum Pomponii iuriſconſ. dicentis hæc uerba. Nam & ego diſcendi cupiditate (quam ſolam uiuendi rationem optimam in 8. & 70. annum ætatis duxi) memor ſum eius ſententiæ quam diſceſſerunt Iulianum. Nam & ſi alterum pedem in ſepulchro tenerem, adhuc tamen diſcere quidem uellem, ut habetur in l. apud Iulianum. ff. fideic. lib. Subdit Mart. de fa. in d. epiſt. *Semper ſtudendum.* Nec tantum ſtudeatis quod triſtitia aut pectoris dolor uos affligat anxietatibus, recipite requiem, & animum ad gaudia reuocate. Hoc fuerit ſuperfluum monere temporibus noſtris. Nam libri ſcholarium regulariter ſunt pleni puluere, quotidie circumeunt plateas ut cum, ſine*, an non, imò luxurioſè induti, uidit, & ſi uideantur. Peſtis efficaciſſimæ ſtudioſis luxuriæ ueſtigium, propter quam tempus otioſè perditur, & rotæ conuerſæ ſunt in ſcabella. Scio, intelligis quod uelim monere per hęc uerba. Hic Ioann. An. reprehendit ſcholares ueſtibus doctoreis utentes, ut eſt gloſſ. prima capit. ad apoſtolicę. de priuileg. libro ſexto. Hæc non ſunt intelligenda de nobili, & potentibus. Vnde Car. med. in dict. proœm. clemen. dicit paupertatem eſſe unam ex clauibus per quas intramus ianuam ſapientiæ: nam paupertas luxuriam compeſcit. & Senec. dicit, ſi uis addiſcere ſis pauper aut ſimilis pauperi, Socratis Thebani recipiens exemplum. 12. quęſt. 2. gloria. uerſi. ętatis. Hoc intellige cum temperamento, dummodo neceſſaria adſint, ut inquit Philoſo. decimo Ethicorum.

Documentum quintum principale.

An expediat habere multos libros?

NOn curet scholaris in usu multos libros habere, nam lectio multorum autorum omnis generis uoluminum, habet aliquid uagum & instabile. Certis ingeniis immorari oportet si uelis aliquid trahere quod animo fideliter sedeat. Nusquam est qui ubique est. In peregrinatione existentibus hoc euenit ut multa habeant hospitia, nullas amicitias. Idem accidit his qui nullius ingenio se familiariter applicant, sed omnia cursum & properanter transmittunt. Nihil æquè sanitatem impedit, quàm remediorum crebra mutatio. Nec prodest cibus sumptus qui statim eiicitur. Non conualescit planta quæ sæpe transfertur, distrahit librorū multitudo. Itaque cum legere non possis quantum habueris, satis est habere quantum legas. Sed modo hunc librum euoluere, modo illum, rarò est fructuosum, Fastidientis stomachi est multa degustare, quæ ubi uaria sunt & diuersa, inquinant non alunt. Non refert quàm multos, sed quàm bonos libros habeas. Lectio certa prodest, uaria delectat, &c. hæc Se. in epistol. 2. maiori parte. vnde Dominus Card. Flor. in dicta clement. 1. de magistris. dicit, quòd expedit scholari paucis libris uacare, ut possit commendare memoriæ quę fuerint opportuna, utputa scholari in iure studenti conuenit memoriæ commendare textus & gloss. sine quibus frustra laborat ad subtilitates, quas non posset iure probare. Doctor autem indiget multis libris, & si fieri posset omnium qui scripserūt, ut ex multis possit elicere ueriora. Tu si nolueris plenius uidere an expediat habere multos libros, uide eundem Sen. in li. de benefic. capitulo 2. & in li. de

uita

uita & morib. philo in 3. par. & Hie. in epist. 40. & Old. consilio 85. Quòd si omnino uoluerit illos habere, & cum profectus fuerit illis uti. no tum sibi facio quòd primus qui cœpit glosare text. & leges, fuit Guarnerius seu Irnerius dum studuisset legibus ex seipso legit Bon. unde tunc fuit maximi nominis & meritò appellatus lucerna iuris, tanquam primus illuminator nostræ scientiæ, ita dicit Odof. in l. ius ciuile. ff. de iustit. & iur. Post eum secuti sunt Bulg. Mar. & Placen. Ioan. Azo. Accur. quorum gloss. quæ autoritate factæ fuerint non memini legisse, sed circum scripta licentia prin cipis, an impune licuerit gloss. uide gloss. in l. 2. §. hoc autem. C. de ueter. iur. enucl. Notabil. ta men circa prædic. aliqua demulcentia aures audito rum. Primo not. quòd 1. sum. quæ fuit in iure no stro fuit composita a Rug. & dicit Odof. in rubric. ff. ad l. Iul. re. Huius discip. fuit Roff. Beneuen. ut colligitur ex dicit Ioan. Andr. in additio. Specul. in titulo de fruc. & interes. & in titulo de conf. Sciendum etiam quòd dominus Placen. præclarus & famosus iurisp. apud montem pessul. super C. & Institut. summ. laudabiles composuit, ut dicit Azo in procem. suæ sum. super C. & incipit d. sum. Placen. cum essem Mantuæ: & ista sum. Pla cen. erat tunc melior aliqua alia quæ publicata esset usque ad illa tempora ut dicit Odof. in le ge prima, ff. de pact. post hæc Ioan. Basia. Cremo nens. fecit vnam summ. breuissimam super Pan. de quo Odof. in lege prima, in princip. ff. de eden. dicit quòd erant uentosa. & quòd illam fecit, ut Placen. reprehenderet, & quòd aliquid boni non est illa sum. Idem Ioan. fecit quandam lect. super C. Iste Io. fuit præceptor Azo ut in sum. Azo. super C. in titulo pro so. de quo in gloss. fit sæpe men

Doctor. multos libros habeāt.

 tio.

tio. floruit anno Domini M CC. Iste fuit iuris lucerna,& speculum mundi, ut inquit Ange. de Perus. in rep. l. falsis. C. de fur. Eodem tempore fuit Bulgarus, ut habetur in l.bene à zenone. C. de præscri. Superuenit Azo qui primo fecit minorem apparatum super C. & ff. deinde fecit sum. quam habemus,& dicitur Azonis, & est, licet quidam dixerint olim illam summ. quæ attribuitur Azo. fuisse Ioan. Basiani Cremon. sed male dixerunt, nam Ioan.tantum fecit sum. super Pand. ut dixi, hoc dicit Odof. in l. legem. C. de pac. & illius sum. Azonis Odof. fecit additio. quas in aliquibus sum. incorporatas uidi, post hanc sum.idem Azo fecit magnos apparatus super ff.uetus. optimus fuit, ut dicit Odof. in l. Iulianus. ff. de conditio.indeb.Hunc Azo. Bald. in l.contractus. C. de fid. instrum. & l. cum aliter C.de fideiuss.dixit fuisse fontem legum, & uas electionis. Lotarius fuit contemporaneus Azo ut per Bartol.in l.sancimus.C.de iu.Rofr.Beneuen. qui fecit utilissimum opus libellorum in iure ciuili & canonic. fuit discip. Roggerii in initio, ut prædixi, postea discip. domini Azo. ut ipsemet sæpius attestatur in d.opus.libel.succurrit deinde tenebris iuris ciui. Accurs. Florentinus, qui glossauit ff. C. institut. librum authent & tres li. C. tempore Gregorii IX. Pontif.185.& Federici II. 24. in ordine Imperat. tempore qui glossauit lib. authen. currebant anni domini M CCXXVI. ut ipse notauit in authent.ut præpo. nomen Imperat. §. si quæ uerò, super uer. indictionis, & consequenter à glossat. Accurs. usque ad præsentem annum cucurrerunt ann.226. uel circa. Iste Accur. fuit discip. Azo. ut ipsemet notauit in l.fin super uer.possum, ff.de condit. ob cau.Iacob. Balduini fuit præceptor Odof. floruit anno domini M C L X X. de isto sæ

Accurs. fuit tempore Federici 2 Imper.

pè

pē Odof. in lect. suis facit mentionem. Inno. 4. fuit Ianuensis de domo de fisco, & de comitibus Lauoniæ, fecit apparatum solenne super decretal. fuit magnus legista, floruit anno domini MCCXLIIII. ut per Ioan. And. in additio. Specul. in titulo ne sede uacant. Dominus Ber. Compostellanus scripsit super 1. decretal. usque ad titulo de translatio. prælat. fuit capellanus Innocen. prædic. & edidit illud de mandato Innocent. Odof. fecit lecturas super C. ff. Floruit anno domini MCCLX. colligitur ex dictis eius in l. imperium. ff. de iur. om. Viuebat etiam tempore Ioan. And. ut colligitur in additio. Specul. in titulo de loc. Hostien. id est dominus Henr. Card. Hostien. qui fuit de Segusta, secundum Ioan. Andr. in additio. Specul. in titulo de rescrip. præsenti actione fuit præceptor Specul. ut dicit Ioan. And. in additio. Specul. in tit. de offic. iudic fecit summam mirabilem & edidit lect. super decre. Specul. Gui. durandi fuit prouincialis, ut colligitur in pe. in titulo de feud. Tempore quo condidit librum speculi, currebat anno domini MCCLXXI. patet in Specul. de instr. edit. §. primo, uer. Item hodie Iacob. de Belui. legit sæpius librum auth. & fecit optimam lecturam super illo lib. & multas disputationes & Bar. Brix. qui fecit additio. ad gloss. decreti fecit etiam quæstiones dominicales & ueneriales. Floruit tempore Gregor. IX. Garsia Hispanus floruit anno Domini MCCLXXXIII. Guido de Baisio, archiepisc. Bonon. Floruit eodem tempore commentauit solenniter decretum & sextum decretalium. Dyn. Mugelanus claruit anno domini MCCXCVII. tempore Bonifacii VIII. CCI. Pontif. & Adolfi. Imperat. scripsit subtilissime super ff. & super titulo instit. de actio. fecit etiam mirabile commentum super

Henric. Cardi. Host. de Segusta

titulo de re. iu. in 6. huic diſputando determinan ti aliquam quæſtionem adeſſe uidebatur tota ſyno dus legalis philoſophiæ, ut dicit Cyn. in l. unica. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. Reperiuntur etiã conſilia eius elegantiſſima. Iacob. de Rauen. pro uinciæ Lotoringiæ, legum profeſſor in theologia magiſtra ac Verdunenſis ciuitatis in dicta prouin cia epiſcopus, ſcripſit ſuper ff. & C. & multa ſim pliciter tradita à maioribus, reduxit ad dialecticũ arguendi modum, ut per Cyn. in l. quicunque. C. de ſer.fu.quæſtione 6. Petr. de Bellaper. Burgund. doctor.illuſtris ſcripſit ſuper ff. & C. & ſuper inſtit. Edidit etiam infinitas diſputationes ut audiui nu me. centum. Floruit anno domini MCCC. colli gitur ex dictis Cyn.& Bartol.in l.1.C.de ſentẽ.quæ pro eo quod int. & fuit contemporaneus Dyn. Ia cob. de Aret. Parmenſis, cuius opiniones ut pluri mum ſunt de mente iuris, ut dicit Bartol.in ſua di ſputat.quæ incip.ſtatuto Lucanæ ciuitatis, ſcripſit breuiter,ſed utiliter ſuper C. & ff. & fecit multas di ſput. Mar.de Silimano fuit contemporaneus Dyn. iſte fuit præceptor Ioan.in li.ut refert Ioan. And.in addit.Spec.in titulo de arbi. Bartol. de Neap. fuit contemporaneus Dyn.ſecundum Ioan. And. in ad ditio. Specul. in titulo de iur.calum.& in titulo de donat. Franciſ. Accur.fuit etiam contemporaneus Dyn.ſecundum doctor.in lege unica.C.de ſentent. quæ pro eo quod inter.& Cyn.in lege fin.C. de ſu ſpec.& Bartol.in lege prima.§ ſuſpecti. ff. ad Tur. Alber.Odof.fuit contemporaneus Dyn. uidi conſi. ſubſcriptum ab utroque, de quo patebat publi. in ſtru.in archiuo Sen.Ric.de Petro.de Senis car.unus ex compilatoribus 6. decr.fuit de ſequacibus Fran ciſc.Accur.ut refert Cyn.in l.tutori.C.de negot. ge ſtis obiit Ianu. anno domini MCCCXIIII. ut

Iac. de Rauen. profeſſor in theolog.

ui di patere publico instrumento. Guil. de tyn. do. ultramontanus qui legit longo tempore in studio Aurelian. fecit breuem apparatum super C. & ff ve. fuit doctor illustris. Ric. Ma. Cremon. qui legebat Paduæ tempore Roberti secundum Cy. in l. si uiua matre. C. de bo. mat. fuit ualentis doctor. Italię suo tempore, ut dicit Bald. in lege quicunque, C. de episcopis & clericis. Iste Ric. fuit condemnatus de hæresi, ut in dicta lege quocunque per Iaco. Bud. & Bald. multa scripsit quorum copia rara. Floruit anno Domini MCCC. dominus Lampertinus de Ramponibus, doctor profundissimæ & fundatissimæ scientię scripsit super ff. & C. suorum scriptorum rara est copia hunc doctorem extollit usque ad sydera. Ioan. Andr. in capitulo si pater. de test. in 5. nouel. & in additio. Specul. in titulo de test. do. Bat. de Bu. extollitur à Ioan. Andr. in additio. Specu. in titulo de acc. in 4. par. Ioan. And. fons & tuba iuris canonici fecit nouellas super decretalibus, glossauit & sextum & clemen. fecit nouellam super sexto, & mercuriales opus dignissimum, & ultimo loco fecit mirabile opus additio. Specul. anno Domini MCCCXLVII. ut colligitur ex his quæ ipsi ponit in additio. prædict. in titulo ne sed. uacan. & in titulo de fil. pres. Mortuus est anno Domini MCCCXLVIII. tempore magnæ pestis, ut scribit Ioan. Cald. eius filius adop. in capitulo uestra. de cohab. cler. & mu. De qualitate patris. Ioan. And. & aliis ad notitiam sui pertinentibus, uide in dicta additio. & in titulo de fil. pres. & in titulo de ætate & qualitate, & in titulo de succes. ab intest. hunc uirum tibi propone patre ludi magistro tenuisque fortunæ homine natū, qui ista molestissima utriusque iuris studia & pertulit & didicit pelle ursina tectus citra lecti delicias, neque postea

Ri. Ma. legebat Paduæ

uxoris factus solitam diligentiam intermisit, huic ad urbem uenienti(ut refert Nic Fuerar. in locis suis legalibus,loco ab autoritate)dixit pontifex. Bene uenerit quo lux mundi cognominatus est. Plura alia his similia de iuris doctoribus referuntur in dicto loco ab autoritate Cyn. de Sanctibal. de Pistorio, Floruit anno Domini MCCCXIIII. quo anno in die Sancto Barnabæ apostoli finiuit lecturam super C. quam inchoauerat anno præcedenti ista lectura perfecit ingeninm Bartol. ut inquit Baldus in capitulo si uasallus. in tirulo si de feud.fu er.controuer.inter domiuum & uasallum. Scripsit planè super prima parte.ff. uete. usque ad titulo si ex noxa. cau. addatur inclusiue, & super titulo de rebus cred. in secunda par. super reliquis paruam additionem scripsit, fuit iste Cynus amicus Ioan. Andr. ut attestatur Ioan. Andr. in additio. titulo de locat. Fuit discipulus Dynus quem præceptorem suum reuerendissimum fuisse profitetur in mille locis. Old. de laude fuit contemporaneus Ioan. Andr. & Cyn. & fuit discipulus Dynus, fuit aduocatus consistorialis. Edidit super iure ciuili plures lectiones quarum rara copia reperitur, solenne opus consiliorum fecit. Floruit anno Domini MCCCXX. Vixit imperante Ludouic. IIII. Vidi eius compendiosum & utilem lectio. super feudis, circumfertur hodie eius tractatus de legitimatione cum aliis qui sunt multum utiles. Nicol. de Matarel. doctor. Mutinensis fuit contemporaneus Ioan. Andr. ut colligitur in additio. ad Specul. in titulo de confessio.§. sequitur. Edidit pulchras lectiones super ff. & C. illarum copia rara. Ioan. Calder. Bononiens. adoptiuus Ioan. And. doctor. magnæ scientiæ & uitæ sanctæ, Floruit tempore Ioan. And. & post commuta

Oldrad. fuit tempore Ludouic. 4

muta

mutauit decretales, & fecit pulchrum opus con
ſiliorum Gaſpar. de Calder. Floruit paulò poſt
Ioan. Fabr. doctor. vltramontanus,qui fuit Aqui
tanicus ſcripſit ſuper C. & inſtitut. Fere per ea
dem tempora Iacob. de Bud. ſcripſit ſuper ff.
uet. & ſuper C. fecit duas lectio. ueterem & no
uam. Item commentauit titulo inſtitut. de act.
Edidit etiam infinitas diſputationes. Fuit unus
ex præceptoribus Bartol. Floruit anno Domini
MCCCXX. Reine. de Forliuio alius præceptor
Bart. qui commentauit etiam ius noſtrum, obiit
anno Domini MCCCLVIII. vt refert Nellus
de ſancto Geminia.in par.vlt.bannitorum, quæſt.
12. Fede. Petrucius de Senis fuit contemporaneus
Ioan. Andr. Cyn. Oldr.Nicol. de Mater.& aliorum
de quibus paulò ſuprà. Floruit anno Domini
MCCCXV. Edidit notabile opus conſiliorum.
Recuperius de ſancto Miniate, & Ioan. Pagliaren
ſis de Senis fuere contemporanei Fede. & uiri ſin
gulares. Lapus de Caſtellione contemporaneus
prædictorum, fecit inter cætera opus notabile alle
gat.ſuarum Bart. de Saxor. Picenus ſpeculum, pa
ter & lucerna iuris ciuilis natus anno Domini
MCCCIX. incœpit ſtudere in iure ciuili anno
Domini MCCCXXIII. idem publicè de iure
reſpondit anno Domini MCCCXXX. obiit an
no Domini MCCCLX. ætatis ſuæ ann. 46. fuit
diſcipulus Cyn. Iacob. Bud. & Reinerii, ut colligi
tur ex dictis eius in lege ſi is qui pro emptore. ff.
de uſuc. & in lege quidam cum filium. ff. de uer
borum obligatione ibi coniicere potes quibus pa
rentibus natus ſit Bar. & in lege prima, C. de ſum.
Trinit.& ex repe.dominus Nicol. Alexand.eius ge
neri. in l. & ſi filium. ff. de munc. & hono. Edidit
mirabilia commenta in iure noſtro,quę propter eo
rum

Bart. pater & lucerna iu. ciui.

rum celebritatem notoria ſunt : Franc. Tiguri de Piſis floruit tempore Bart. fuit doctiſſimus & ſanctæ uitæ . Franci . de Alberg. de Aretio ſolidus doc.ut plurimum imitatur Bar. floruit per eadem tempora Alb.de Roſ.Bergomenſis eximius commẽ tator,floruit an.Dom.M.cccl.fuit contemporaneus Bar.Bar.non uidit ipſius commentarios qui conti nent ſuper ff.& C.multa uolumina quorum copia frequens eſt in Lombardia. Albe. tamen uidit Bar. nam allegauit eum in ſuo tract.ſtatutorum, par. ii. quæſt. 219. & pluribus ſequentibus. Signorel lus de Homodeis de Mediolano , fuit contem poraneus Alb. ut colligitur ex dictis Alberi. Mar taganus de Aroguidis de Bononiæ , floruit tem pore iuuentutis Bar. obiit ætatis ſuę, an. 25. fecit multas diſpoſitiones quas uidi , & illarum copia rara, de illo mentionem facit Bal.in l. aſſiduis. C.q po. in pig. ha.Pe.& Ang. magiſtri Franc.de Vbal. de Peru. germani fratres , utriuſque iuris excel lentiſſimi doc. diſcipuli Bart. Franc. Tigri & do. Ioann.Papiliaren. in iure ciuili floruerunt longo tempore , obiit Bal. ann. Domini. M. CCCC XXIII. in Aprili. Papiæ iacet ſepultus in eccle ſia fratrum minorum. hinc aiunt ſcioli quidam & iuris eius ſcientiæ ſtudioſos odio uatiniano pro ſequentes , inſcalatum fuiſſe , quòd neſcio quod in archetypo piſano immutaſſet. Alciat. in para dox. negat eos libros archetypos inſipienterque agere qui ob eorum inſpectionem feria omittunt. Inter alia eademque innumera ingenii ſui monu menta ſcripſit Bald. diuinum conſi. de ſchiſmate in fauorem pontificis Vrbani ſexti , & præiudi cium Clementis XII. pſeudopontificis à Gal lis creati ea ſpe , ut Ro. curia in Gallia perſiſte ret , & Vrbani cauſam defendit etiam Ioann. Li gna.

Bal. iacet Papiæ ſepultus.

gna. Contra ædis uedacti abbas, idem à consi. Regis Franciæ monumenti literarum Vrbanum damnat. Ang. decessit Florentiæ eodem anno. Ambo isti, videlicet Bald. & Ang. illustrauerunt ius ciuile, Pet. illuminauit ius canonicum. de Bald. & eius doctoratu mentionem facit Bart. in l. quidam suo. ff. de com inst. in fi. Ric. de Salice. floruit tempore Bald. Barth. de Sali. floruit eo. tempore & ambo commentauerunt ius ciuile. Pet. de Anch. Bonon. fuit discipulus Bal. floruit tempore Sali. scripsit plenè super decret. sexto & clemen. Edidit pulcherrima commenta super reg. iur. in sexto & clementinis & pulchrum opus consiliorum. Scripsit etiam super ff. uete ri. & ff. nouo. hunc Pontanus in suis consiliis ex tollit usque ad sydera. Ant. de But. & de Bononia uir excellens & sanctæ uitę commentauit decre. & clemen. & fuit contemporaneus Petr. de An char. d. c. omni ueneratione dignus. Ediderunt etiam ópus consiliorum & duo pulchra reperto ria, vnum in iure canonico, & aliud in iuré ciuili. Franc. de Zabarell. de Padua Car. Floren. floruit ann. Domini. M. CCCC. commentauit dec. & clemen. solemniter. Christ. de Castel. de Mediol. floruit eo. tempore, multa tentauit contra communem doctrinam quæ licet ingenia excita uerit confusionem, tamen fecerunt scholaribus hebetis ingenii. Raph. Fulg. de Placentia. Raph. Cu. (uel melius diceretur Commensis) contem poranei & subtiles doc. in iure ciuili claruerunt Pa duæ. M. CCCC XX. imitati sunt mores do. Christ. eorum præceptoris Pet. Mauroc. Card. Ve netiis floruit an. Domini. M. CCCCXXIIII. scripsit super sexto decr. solemniter. Ioan. de Imo. claruit eo. tempore commentauit primum, secun

Petrus Mauro, card. Venet.

dum

dum & tertium decre. item sextum & clemen.praeterea infor .& obiit,ann.Domini.M.CCCCXXXVI. 18. Febr. Paul. de Castr. clarus & utilis doct scripsit super ff.& C. Edidit etiam pulchrum opus consiliorum, obiit paulò post. Io. de Imo. cuius fuerat contemporaneus legit Florentiae, Senis & Paduae. Dominic.de sancto Gemini.floruit per eadem tempora, commentauit egregiae sextum decre. Lud. Ponta. origine, sed incolatu Rom. doc. memoriae singularis & quasi stupendus, scripsit super aliquibus partibus digestorum. & C. copiosissimè. Edidit consi.solemnia & repet. aliquas fecit inter quos obtinet principatum repetitio auth. similiter. C. ad l. Falc. & ibi omnia specialia piae causae collegit. floruit ann. Domini. M. CCCCXXX fuit discipulus do. Ioann. Petrucii de quo infrà tanta fuit huius Pontanis autoritas ob eximiam doctrinam in conci. Basil. & Eugenium non damnauerit, damnatum rursus partibus reconciliauerit Nic.quondam Moniacensis abbas.postea archiepiscopus. Pan. origine de Cathania insula Siciliae iuxta montem Aethnam floruit, eodem tempore cum Lud. Pontano ambo clarissimi facti sunt in almo studio Sen. & in conci. Basi. commentauit iste do.Abb.mod. decre. solemnibus claris & ordinatis commentis, incoepit commentare decretum.Edidit multas disputationes,repetitiones,& consilia.Eius fama (ut opinor) quotidie crescit, Pet.de Mathesi.de Bono. floruit eo. tempore. Io.Alua.de Padua Floruit per eadem tempora,commentauit egregium librum feud. Ioan.de Ana. tandem Arch.Bon.Floruit Bon. longo tempore, commentauit decre. Obiit ann. Domini. M. CCCC. LVI uel circa. Tho. doctius Senen. doc. uerus & clarus iuris interpres obiit an. Domini.M. CCCC, LV. Io.

Ioan. de Imo. legit Florentiae, Senis & Paduae.

L V .Io. Petrucii de Peru. & Ang. de Perig.de Peru. praeceptores mei primus de mane,alius de sero, florebant ann.Domini.M. C C C C L X I.quo anno incœpi studere in iure ciuili.obiit.d.An an.M.CCCC L X.A.d.uerò Io.obiit.an. M.C C C C x11. quorum animae requiescant in pace,fuerunt illustres doc.ut notum est.Multi alii fuerunt ueri solemne in iure ciuili,ut And de Yser. commentator feudorum & constitutionum regni.Alb.Galeotii Permen. qui fecit opusculum quod dicitur margarita.An.de Pisis qui scripsit super ff.Arg.do.Reine.de Forli. Bened. de Plomb.qui commentauit aliquos tit.in 1. parte. ff.noui incip.à tit.de manu.ff.fecit etiam solemnes rep.& dis.Bartolucius de Presby.de Bon. Barth. de Cap.Comites de Peru.Franc.de Ramp.de Bon.Fed. de Sca.de Bon.Flor.de S.Pet.de Bon.Gand.i. Alber. de Gand.de Cremen.Guid.de Snza. Vgoli. de Fontana Parmensis. Homobonus Cremo. Onofr. Barto. de Peru. Ia.de Archizo.de Vero.commentato. feu. Iac. de Ysolanis olim cardinalis, Lanf. de Luca. Mart. de Catami. de regno, gloss. constitutionum regni. Marsil. de Mantigelis de Bonon. illustris doc.cuius multae disputationes inueniuntur. Mat. de Matthe. de Bonon. cuius reperiuntur notabilia dicta quodam & clara opuscula, Nicol. Cremonens. Nicol. Furiosi qui glossauit librum feudorum. Nicol. de Neapol. maximus textualis. Nellus de sancto Geminiano qui edidit illustre opus bannitorum. Hospertus de Cremonens. qui fuit primus doct. qui incœpit legere Perusii. Petr. de Cer. qui scripsit super lib. feud. Petr. de Boacte. de Bonon. Petr. Boemus. Tanc. de Corne. cuius reperitur opusculum quod dicitur compendiosa. Vbert. de Bonacurse. Vbert. Bobio , & alii. plures. Item in iure cano. prae nota

Doct. in iure ciuili.

notatus Abbas antiquus. Bern.gloss. Permensis. Bonogni. Areti. Bert. Hispanus qui scripsit super cle. Basianus Berengarius olim cardinalis, qui inter cætera fecit pulchrum repertorium super Speculo. Aegid.Bon. Franc. Vercellensis. Goff Beneuentanus cuius reperitur utilis summa. Gratia. Areti. Gui. de Monte Laud. Vltramont. Gui. Naso. Gandu. Guliel. de Bonis consiliis de Bon. Henric. Boic. Io. glossator decre. Io. de Deo Hispanus. Laurent. antiquus doc. Laur. de Pinu, qui scripsit super clemen. Lauren. de Rodul. de Florentia, cuius reperitur egregium con uentum super usuris inter cætera. Matth. Roma. qui scripsit super clemen. Nepos de monte Alba no. Pau. de Leaz. Pet. de Saxo. Pet. Manducator. Pros docimus de Padua. Simon de Barsiano. Card. Me diol. qui scripsit super clemen. Steph. prouincialis, qui similiter scripsit super clemen. Steph. Troches & Pet. de Stagno qui similiter scripserunt super clemen. legentes apud montem Pessulanum. Cancr. gloss. Luc. de Pen. doct. Gallicus. Tho. de Pipe rata. Raymun. de Penna. Torti. Vincentius antiquus doct. Vgu sio Vercellensis. Zenzelinus Vltramō. Io. de Blamasco Burgundus. Io. Floren. Io. de sancto Geor. de Bono. Io. de Morio de Floren. Ioan. de Fan tusis de Bonon. Iason. de Mayno doctor celeber rimus, & profectò admirabilis, est suus in primis do cendi modus eruditio noua omnino atque incredi bilis politiorum, inaudita & lacteo fonte exuberans facundia scripsit super ff. & C. Edidit insuper con cessa solennia. Item fecit additiones ad Christofo rum Porcum in inst. Phil. Dec. doct. memoriæ singu laris scripsit egregiæ in iure canon. Iodocus Lau ueri. utriusque censurę, & doc. ualde subtilis almæ uniuersi. Tho. edidit multas repetitiones super Isti pulationes, non diuiduntur. ff. de uerb. oblig. & su per

Basianus Berengarius card.

Philip. Dec. scripsit in iure canon.

per l. rem maioris pretii, de resti. uen. C. & alium infiniti quorum tempora, patrias, celebritatem & opera tu ipse prosequaris.

Duorum solidissima ingenia in quorum dictis rarius inuenitur error tibi propono, ut illos eligas tanquam principatum tenentes inter commentatores iuris, scilicet Ioan. And. in iure ca. & Bar. in iure ciuili. Illi sunt tibi colendi v. rra. ceros. Io. And. in iure cano. cæteris præferendum, esse ordine & emolumento exclamat Car. Flo. in proœ. cle. dicit enim, q̃ sapiẽtiam canonicam adeò locupletauit suis cõmentis, ut à centum annis simul omnes commentatores reliqua non æqua commentauerint, & merito datur ei principatus ut eius commenta textui sint apposita texti, & clementinarum, Recolo etiã q̃ ipse idem Io. An. in addi. Spe. in ti. de fil. presby. dicit sibi puero fuisse reuelãtem à quodam religioso uiro ipsum illuminaturum ius canoni. Bar etiã in iure ciuili fuisse principem quis negabit? Huius dictis semper ferè inesse causam ueritatis reipsa patet, ut Pontanus exclamat. consi. 418. Propterea in Hispania & Lusitania decre. regio & communi illarum partium est sanctum constitutione publica (ut aliàs audiui à quibusdam auditoribus meis illarum partium) q̃ in casibus in quibus reperitur cõtradictio doctorum, opinio Bar. preualeat tanquam principalior, & secundum illam iudicetur. Si Hispani tantũ deferunt Bar. nos Italici quid faciemus? Intrepidi sua scripta curemus habere scire, imitari, quia Bartolista optimus, Iurista censendus est.

Io. An. in iure canon. *Bart. in iu. ciuili*

Documentum sextum principale.

Congruit utilitati scholaris, ut doctorem & præceptorem sine intermissionẽ audiat. Vnde Laur.

antiquus

antiquus doct in d.cle.i.de magi.& Gul. de monte Laud.& d.Car.Flo.& d.Go. Porretanus exclamant contra scholares capitosos non intrantes scholas, qui quadam capitositate credunt plus addiscere, quàm si à docto. doceantur, quod dicunt in uanū, sensus auditus aptior sit ad percipiendum. & memoriæ tradendum quod uerbali uoce traditur quā in scriptis, uel sit nunquam uisus uel alius sensus. xliii.dist.sit recto. Zenzelinus etiam dicit ibidem ꝙ requiritur instructio à uoce magistra. Primò est tempus tacendi, postea loquendi. Ecclesi. 3. & ueritas prius addiscitur à magistris. postea docetur xxx. dist.§.ecce uersi. hinc etiam Salo.unde Hie.ad rusticum monachum dicit: Nō ingrediaris absque doctore uiam quam nunquam ingressus es.xvi.q.i.c.si clericatus. Nec sufficit scholarem moram trahere in studio, nisi studeat: xvj q.j.c.generaliter.& in c.cùm ex literis.de in inte.rest. notatur. Hinc dicit Host.in c.fi.de magi. & Io. de Lig.in proœ.cle. ꝙ scholares habitu & non actu non sunt appellandi scholares, quinimò fortius, dicit do.de S.Ge.in pro.sexti,& d. Abb.in c.i.in fi.de iud. ꝙ tales scholares solo habitu possunt puniri tanquam mendaces, bene facit gl.xxxvij.q. v.cauere. & ꝙ doc.notant in l.qui sub prætex.C.de sacrosf.eccl.uide circa hæc quæ dixi,& quæ no.l.j.scriniarios.C.de test.mili. dominus Pau. de Cas.etiam exclamat contra scholares non intrantes contiune.in l.frater.ff.de cond. Viua enim uox multum imprimit, quia habet nescio quid latentis energiæ, ut inquit Hie.in proœ.Bibl. Plin. etiam in quadam epist. primum nepotem exhortatur, ut audiat uocem magistri. Ab istis excipiēdi sunt scholares prouecti & proximi cingi, quia aliquādo ruminant in studio camerario quæ didicerunt aut per se student quæ non leguntur in scholis.

Moram trahere ĩ studio Scholares habitu.

Quisquis

Quisquis sibi proficiat prout sibi nouerit esse consultius. Caueat tamen ne decipiatur à pigritia uel alia causa.

Documentum septimum principale.

SCholares diligens & intra institutus seruet hunc modum, ut cum audit doctorem non numeret regulas, non faciat castra in mari, ut dicit gloss. in lege prima. C. de stu. lib. vrbis Romæ. deinde, secundum Mart. de Fan. in dicta epistola, hoc seruet ut casum ad totam & ad quam licet partem literæ concordet, & non credat se intelligere si aliquam particulam non intelligat ad plenum, & uideat si lex pertinet ad rubricam, deinde ipsius casus, & quare sic statuta fuerit consideret rationem, & soluere contrarias causas solutionis diligenter attendens de quo fonte procedant. Curet sibi ex se inuenire similia, ex generalibus non inhęreat multitudini, nam uel duas leges de generalibus quæ melius id exprimant memoriæ commendando, & illas quasi unicas gemmas teneat & amplectat. Tempus nō perdat in litera commendando memoriæ, sed intellectui & ubi & quare sub tali sint positæ contemplando studeat. Demum in corde suo concipiat si aliquem casum audiuisset uel sensisset cui decisio illi l. possit applicari, & illum casum auditum quasi præfigurationem illius legis habeat. Cæterum dum uigilat in lecto, ruminet in corde dicens tot leges; & sic incipientes habuimus, ex quib. in effectu istud reportauimus aduertat etiam dum legit legem, an super illa possit formare aliquam quæstionem, perquam possit legem ad inconueniens reuocare. Tandem quærat ueritatem & æquitatis & iustitiæ sit semper amator, hæc Mar. in epistol. præal leg.

Cuncta conside ret.

Similia quærere

Non vie omnia memoriæ impo nenda.

leg. Sed in præmissis aliquando clarius loquar cum inoleuerit iste mos dandi in scriptis, & multiplicati sint infiniti commentatores uariè loquentes, quid fiendum? Dicet intra se diligens auditor, si recollectis institero, ego confundor, si non instan dum in illis, ut quid perdimus illud tempus? malo domi studere cum uno commentatore præcipuo, puta Bartol. uel cum intra uero, nolo scribere respondeo. Super omnia consultius est intrare propter impressionem uocis magistri, ut sic dixi in sexto consi. Item si stas in scholis consultius est scribere relictos §§. nullus enim liber est tam malus quin aliquid boni habeat, ut dicit Plin. lib. 3. epistolarū. epist. 5. ipsa etiam scriptura facit te olfacere omne minimum uerbum, Præterea multo magis (ut uulgo dicitur) uiua uox afficit, non licet acriora sint quæ legis altius: tamen in animo sedent quæ pronuntiatio, uultus, habitus, gestus etiam dicentis afficit, ut dicit Pri. secundus in epist. 3. secundi lib. Cū autem domum redieris, & uolueris studere lectionē nimis textus legas & lectites ut imprimas: magis enim firmum & stabile est quod repetita probauit lectio, ut dicit tex. in const. cordi. C. de emen. iust. codi. Casum figurabis literæ & intellectui doctorum congruentem, deinde iterum resumatur tex. & notando singula uerba, & partes postquam a daptaueris ad rub. & quæsieris rōnem dubitandi & decidendi colliges sextualia & notabilia quæ doctores inde eliciunt, & coneris ēt tu scire euellere aliquod ex litera. Et hoc potissimum & primarum in nouitio. Et cum hoc feceris, surgas cum intellectu, & calcules tecum, dicens, ex ista l. in effectu habeo hoc non dignum. & illum commenda memoriæ, non de uerbo ad uerbum sed sufficit in effectu, & hoc sufficeret nouitio, nec ultra, ne si pergat sentiat

Quæstiones formandæ.

stoma

stomachum oneratum, quia fragilis hominum memoria sæpè aliud nouum quærit, aliud iam quæsitum amittit, ut dicere solebat Seneca. Quod si intellectus tuus & memoria sit capax ulterioris inquisitionis capias gloss. illas & explica opponendo uel quærendo secundum modum quæ dat Bar. in lege petens. C. de pac. & ibi dixi. & tandem calcula gloss. si aliquid habeat not. dignum & illud assigna memoriæ, & semper habeas ante oculos monitiones Senecæ quas uidisti supra in 5. consilio tibi dato. Circa recollectarum tuarum usum do tibi hoc consilium ut recollectis qui non uersantur circa legem tuam & intellectum & notabilia, & necessariam declarationem legis & glossæ, licet extra uagantur cum floribus uariis singularium dictorũ aliquando recollectorum & principaliter extra rẽ, non inhæreas dum es scholaris, quouis modo ista sint uaria, quæ licet delectent, inquinant. Et doctor, qui ista tradunt consultius facerent si omitterent, unde bellissime exclamat Sal. in repet. l. quod te. ff. si certum petatur, & lege quod nerua. ff. depos. contra illos qui negligunt regulas scire, & implet caput suum casibus singularibus & peregrinis quæ doctrina est fallax & periculosa. *Regulas scire expedit.*

Quando uero doctor tuus ordinaret tibi recollectas claras pro intellectu legis in primis illud uideat omnino nouitius & super textuali intellectu uigiliam præmat, omnia pertentet, reliquum quod doctor subdit additiue, uel cumulando quæstiones & dicta reseruet in aliud tempus postquam erit solidatus in regulis & terminis iuris, & hoc modo recollectæ prosunt & non obsunt, si clare traduntur & non impertinenter, quando vero impertinenter absint omnino à te tanquam uenenum.

Quod si diceres, nonne melius esset studere cũ Bar. tantum? Confiteor quòd Bar. omni tempore omni personæ utilis & necessarius est, sed aliquando breuis, aliquando obscurus, aliquando non legit legem, aliquando non habetur. Itaque impleas stomachum tuum bonis cibis & nutritiuis, id est bonis legibus & regulis & bonis doctri. communibus secundum capacitatem ingenii tui.

Laudo quòd tu qui es iam solidatus in reg. iur. & reali cognitione terminorum, & audisti partes quæ ordinariæ leg. ntur, uideas totum corpus iuris cum Bartol. & toties facias, ut Bar. doctrinas pro uiribus assequi coneris, & tenere illum in studiis æmulaberis, licet illius ingenii adipisci arduitatem etiam sperare nimium est, quod dari nisi à deo non potest, sicut in simili de Cic. dicit Plin. lib. 4. epistolarum epist. 8. eius tamen Bar. uestigia semper adorabis, ut de Virg. dicit Statius in fi. lib. Thebaidos ibi. Nec tu diuinam eneida tenta, sed longe sequere, & uestigia semper adora. Dixi quòd æmuleris Bar. nã stultissimum est ad imitandum non optima quæque præponere, ut inquit Plĩ. tit. 1. epistolarum epist. 5. & lib. 7. epistol. 9. Cum Bartol. bene uideris, legas alios dignos author. ex his quos suprà memoraui, & semper notes & excerpas quæ digna inueneris, ũt facere consueuerunt omnes illustres uiri, & tuæ memoriæ debilitatem artificio styli & pupillarum iuuabis. Ad id te inuitat epist. Plin. 5. in lib. ?. quæ incipit per gratum Ioan. dico, quòd uideas alios r quia quanto plures respicies, tanto magis proficies, quia non est unus quamuis prestet imitandus præcipuus & solus, quia nunquam par fit imitator authori: hæc rei natura est, semper enim ueritate similitudo minor est, ut dicit Senec. in prologo declamationum suarum. Præterea sicut

Excerpere.

terræ

terræ uariis mutatisque seminibus, ita ingenia nostra, nunc hac nunc illac meditatione recoluntur, ut inquit Plin. libro duodecimo epistolarum, epistola nona, quæ incipit quæris. Laudarem quòd nouitius memoriæ commendaret titulum de uerborum significatione & titulo de regulis iuris. ff. & regulas iuris de quibus in sexto singulis diebus aliquas, nam & animum recreant ipsarum uarietate & plurimum conferunt. Sunt enim principales claues iuris quibus est in heredum tanquam Bononiensi carocio ut dicit gloss. in lege omnis diffinitio. ff. de regulis iuris, quinimò illas ignorare lata culpa est. Deinde prouectus cum rusticatur aut peregrinatur, potest secum conferre Dyn. de regulis iuris, quod non puto esse utilius opusculum. 2. magis uarium consulat sibi ipsi, illum uideat authorem ad cuius cognitionem ingenium ardentius excitatur, & per cuius æmulationem credat melius legitimos assequi thesauros. Tempore uacationum repetat quæ audierit, legerit, & commendet memoriæ ea quæ fuerint notatu digna. Fœlix ille cuius memoria fuerit bonæ fidei, quæ in promptu reddit sibi credita ut inquit. Senec. in prologo declamationum suarum. Quod si memoria tua fuerit infidelis custos committis excepta filio, & pupillaribus ut prædixi, & quicquid dixeris audieris, egeris, in die uesperi commemorabis, ut inquit Cic. in libro de senect. & ad hoc studium in secessu habendum uideat epistolam. Plin. 9. libro septimo, quæ incipit quæris: quæ est elegans ad hoc. *Vacatio num tempora.*

Documentum octauum principale.

Nouus Iustian. Edictalis.

COnsulo nouitio donec nouus Iusti. appellatur id est durante primo anno, ut nunquam curet ad ostentationem arguere, curet scire potius quam ap parere, discat non uideri doctus, sed esse quærat iuxta consilium moralis uiri Arb. causidici brixien sis pars enim scientiæ est scire quod nescias. De omnibus sibi ignotis diligenter interroget, quo rum possit esse capax. Nam si non purgauerit ali quid erroneum quod ipsum faciebat musare illud, inde continuo transiret in habitum, & faceret apostema, idest esset causa multorum errorum. Vnde Martia.

Discendi modus est dum te nescire uidebis.
Disce sed assidue, disce sed ut sapias.
Sumpta parum prodest quæ mox emittitur esca.
Bos quibus est pastus ruminat hæc eadem.

Quinimo fortasse melius facere si secundo an no quo edictali uocatur, ab argumentatione ostentandi causa obstineat. Ille solent esse fructuo sæ contentiones quæ secreto fiunt inter collegia tos in collegiis ordinis literarii, ut in domo sapien tię senensis & similibus, quo secreto generę dispu tandi nihil sincerius aut simplicius aut melius. Aul. Gel. libro primo, capitulo 9. quòd cum quis ex ploratus a Pythagora idoneus inuentus fuerat re cipi in disciplinam statim iubebat certum tempus tacere. si omnes idem, sed alium aliud tempus pro ęstimato captu solertiæ, sed non minus quisque tã cuit quàm biennium. Reperi etiam quod Hippo. cum discipulos suscipiebat, antequam doceret, iuramẽ tum ab eis extorquebat inter cætera ut silentium, sermonem, incessam mansuetudinem habituũ mo

rumq́ue seruarent. Tertiò anno quo Papiniani ita. uocabitur, audacter. incipiat disputationis genus ad utilitatem & frequẽter, non ad pompa. Disputationis enim multiplex & mixta est utilitas, ut luculentissime ostendit eloquentissimus uir Leo. Aret. in opusculo quod ædidit de utilitate disputationis. Quarto anno quo græco uocabulo ab antiquitate uocabatur hircos in proœ. ff. §. sed quia solitum, quod gl. ibi exponit, quasi subtiliter uidens quod opinor dictum, quia hircus est oculorum angulus, secundum Seruium grammaticum hinc apud Vir. Transuersa tuentib. hircis. i. oculis in hircos, hoc est in angulos retortis. Vnde scholaris qui studuit tribus annis, & inchoauit studere quarto, fortasse ideo huius dicitur, quia sit conueniens ut oculos habeat fixos & speculationi diu intentos, & eundem in locum directos, hoc enim facere solent cogitabundi, ut supra in domo recolendæ memoriæ domini Angel. do. pig. glos. de Perus. de quo suprà, uel ideo hircus, quia sanguis hirci frangit adamantem lapidem durissimum, sic scholaris qui iam tres annos studuit, omnem duram & perdifficilem materiam iam tractare potest. Est enim tempus speculandi & pensitandi. Sic igitur in continuatione & colluctatione legali ut cum opus fuerit in corona, denique hominum acri magnoq́ue iudicio ab origine causisq́ue primis repetat, discernat, expendat, ponderet, colligat, concludat, & omnem hæsitationem dubitationemq́ue redundantem resoluat, & in audientium animis aculeum relinquat, quo fiet ut in disputando per usum qui est magister egregius fiat incomprehensibilis & lubricus, & ianuam fame patefaciat per illas actiones. Radices disciplinæ sunt amaræ, fructus dulces, secundum philosophum. Patienter igitur seruat omnem laborẽ, quia labor improbus

Quãdo disputandum.

omnia uincit. Quintò anno coloritæ uocantur, ut in dicto proœ.digestorum de his nominibus habetur.Iam enim sciunt colorare uerba cognitis legitimis arcanis eis reseratis sciunt utilegum inductionib. congruenter,quod est potissimum,ut l.non solum §.qui pilum.ff.de excu.tuto.ibi rectè adaptans omnibus similibus.& iste inducendi modus imitatione amarum potissimè habetur, & disputationis usu coalescit.Audi Leonardum in præal. opusculo de utilitate disputationis, dum dicit. Nam quid est, per deos immortales, quod ad res subtiles cognoscendas atque discutiendas plus ualere possit quam disputatio?ubi rem in medio positam uelut oculi plures undique speculentur, ut in ea nihil sit quod subterfugere nihil quod latere, nihil quòd ualeat omnium frustrari intuitum? Quia est quod animum fessum atque labefactatum ex nimia longitudine otii assiduitate lectionis plerumque fastidiente magis reperiet atque redintegret quam sermones in corona cœtuque agitati? Vel gloria si alios superaueris,uel pudore si superatus fueris,ad legendum atque perdiscendum uehementer incenderis. Quid est quod ingenium magis acuat,quod illud callidius uersutiusque reddat quàm disputatio? cum ibi necesse sit ut momento temporis ad rem se applicet,uique uerborum se reflectat, colligat,concludat,ut faciliter intelligi possit hac exercitatione exercitatum,ad cætera discernenda fieri ullociorem. paulò infra subdit. Itaque ego qui uestræ utilitatis sum auidus. quique uos quammaximè florentes in studiis uestris uidere cupiam , non iniuria uobis irascor,siquidē hunc disputandi vsum ex quo tot emanant utilitates negligētis . Et enim absurdum est intra parietes atque in solitudine secū loqui multaq. agitaret si in oculis hoīum atq; in

Disputationis utilitas.

cœtu

cœtu ueluti nihil ſapias obmuteſcis. Et quæ unam aliquam utilitatem in ſe habeant ea magno labore proſequi, diſputationem uerò ex qua per multę utilitates proficiſcuntùr ſumma cum iocunditate, nolle attingere. Nam uelut is agricola improbandus eſt, qui cum liceret ei fundum uniuerſum excolere ſeltus quoſdam ſteriles arat, partem uerò quampiam eius fundi pinguiſſimam atque uberrimam relinquit incultam ſic reprehendendus eſt, is qui cum omnia ſtudiorum numera adimplere poſſit, cætera quamuis leuiora accuratiſſimè obit, diſputandi uerò exercitationem aſpernatur & negligit, ex qua tot fructus colliguntur vberrimi, ut per eum ibi latius. Et hoc eſt quod dicere uoluit Iuriſconſult. in l. numerum. §. mixta. ff. de mu. & ho. ibi Herennius Modeſtinus ex notando & diſputando bene & optima ratione decreuit.

Documentum Nonum principale.

Tibi conſulo ut ſi diſputaturus in corona fueris, nunquam temerariè illud onus ſuſcipias reſpondendi de ſingulis de quibus fueris interrogatus. Licet enim Valerius libro octauo capitulo antepenultimo commendet Gorgiam Leontinum ſtudiis literatum ætatis ſuæ cunctos præſtantem, eo quòd primus in conuentu auſus ſit poſcere qua de re quiſque audire uellet. & ideo ei (ut idem dicit) vniuerſa græcia in templo delphici Apollinis ſolido ex auro ſtatuam poſuit cum cæterorũ ad id tempus auratas collocaſſet. beatus tamen Hieron. in opuſculo contra Ioannem epiſcopum Hieroſolymitanum. Orig. ſcilicet aſſertorem ſic, inquit, Gorgiam Leontinum cũcti philoſophi

Diſputare de quolibet.

ſophi & oratores laterent, quòd auſus ſit publicè ſella poſita polliceri reſponſurũ ſe de qua quiſque re interrogare uoluiſſet. Sed de nouiſſimis agamus. Tempore quo illuſtris do. Bald. de Peruſio legebat Papiæ, quidam dominus Philip. de Regio qui fuerat doctor omnium ferè illorum doctorum Pariſienſium, & apud eos erat maximæ autoritatis cum multis annis poſtea legiſſet Paduæ rediens Papiam in principio ſui aduentus publice pollicitus eſt ſe uelle reſpondere de quolibet in materia ultimorum uoluntarium. Dominus Bald. ibi præſens interrogauit eum dicens. Vbi habemus nos ſubſtitutio vulgaris facta in legato non comprehendat niſi caſum ſi uoluerit, & facta in hæreditate comprehendit caſum ſi noluerit uel non potuerit uti. l. cùm proponas. C. de hæred. inſti. Breuiter ille dominus Philippus obmutuit, & Bald. tunc aperuit librum, & legit tex. l. pater Seuerinam. ff. de cond. & demon. ubi erat caſus ſecundum unam lec. unde illi cathedranti reſultauit magna confuſio. Hoc refert dominus Paul. de Caſt. in dicta lege pater Seuerinam, dicens, Caueat à talibus actibus præſumptuoſis, quia ſolus Deus nouit omnia.

Documentum decimum principale.

Argumentandi modus.

Conſulo ſcholari quod in diſputando ſolis textum allegationibus inhæreat, non ut quidam inexperti faciunt, aut qui arguendo gloſſ. allegant & doctores abſque iurium allegatione, illo enim nihil apud doctor ineptius, cõtra iſtos exclamat gloſſ. in l. ſed licet ff. de offic. pręſid. ſi uolueris aptè arguere in forma legiſtis congruentę, utaris argumentandi modis quos edidit

ſubtilis

ſubtilis doc. Iac. de But. uel illis quos edidit Albe ric. de Roſa. uel illis quos Bald. inſeruit in l. conuen ticulam. C. de epiſcopis. & clericis. Si uero fueris reſponſalis, tunc ut facile delines omnia argumen ta tibi facta, uideas Odofre. in proœ. digeſt. in prin. & ibi Bald. mira quadam dexteritate inſtruit om nem argumentandi uim altero de trib. modis poſ ſe repelli & declinari, ſcilicet per aliter & aliter, per aliud & aliud, & per ſecundum quid non ſim pliciter quod qualiter intelligatur & practicè ad aptandum ſit belliſſimè, explicat ibi Bald. quem omnino uideas. Hæc ſi ſeruaueris, optimus quoque iudiciorum tam athleta quàm guberna tor euades in omni æuo locoque felix, ut dicit tex. in d. proœ. dig. §. diſcipuli. faciliusque continget, ſi patriam propriam fueris egreſſus gratiam ſtudio rum, uam in propria patria multa diuertunt, ut di cit dominus Simon de Buliano Card. Mediol. in proœ. clemen. & ſi egredi decreueris eligas locum ubi ſint celebres doctores, & ubi ſit numeroſa mul titudo ſcholarium prout erat Bononiæ tempore domini Azo. quo tempore ibi erant decem millia ſcholaruim, ut refert Odof. in authe. habita. C. ne ſi. pro pa. refert ꝙ ſemel propter multitudinem ma gnam orta contentione inter ſcholares Lombardos & Thuſcos ciuitas illa fuit in magno periculo, ne mo enim poterat coercere illos, & ut facilius coer ceri poſſent in futurum de concordia, tunc renun ciarunt priuilegio iudicum, de quibus eſt d. auth. & in criminalibus ſe ſubmiſerunt iuriſd. poteſtatis. Fa cio igitur finem. Quo præmiſſo licet prædicta par ua ſint & talia quæ auribus & ingeniis ueſtris cul tiſſimis tanquam puerilia (non dubio) & dimi nuta uidebuntur, aut fortaſſe non carentia ru bore, & cum & ego ipſe alterius conſilio in

Stude extra pa triam.

præ

prædictis & aliis indubitanter indigeam, sed tamen sincere locutus sum quasi mecum loquens. uos diligentiam uestram omnem sinceritatem ineptitudinem emendabitis & melius reformabitis, potissimè cum omnia prædicata absque diligenti præmeditatione ediderim.

Compilatio iuris ciuilis.

Discipuli precep tores. VErum quia suprà in 3. consilio dato dictum fuit quod discipuli debent amare præceptores, ut habetur etiam apud Quinti. lib. 2. institutionis oratoriæ, ubi dicit Discipulus moneo ut præceptores suos non minus quàm ipsa studia ament, eosq. parentes existiment non quidem corporum, sed mentium; plurimum hæc pietas discipulis proderit, nam ita & libenter audient & dictis credent & similes fieri concupiscent: sicut læti & alacres in conuentu aliorum emendati, non irascantur laudati gaudenti: nam ut illorum officium est docere: sic horum præbere se dociles. Doctrina enim coallescere nequit, nisi sociata tradentis atque accipientis concordia. Cùm sim utilitatis uestræ auidus, & optem quòd per uos facta sint bona fundamenta, & ab origine causisque primis intelligatis ut dicitur in lege prima ff. de iusti. & iur. uisum est in signum mei in uos animi aliqua præmittere acuentia ingenium, quæ non reperietis alibi tradita, & paucis sunt nota, & quę ignorare est lata culpa, scire plurimum affert decoris, ne illotis manibus templum sacratissimum iustitiæ opus. C. & ff. ingrediamini, ut in l. 1. ff. de orig. iur. iuncta l. 1. §. has itaque. C. de uet. iur. enuc. Videamus ergo quæ sit causa efficiens, materialis & finalis libri. C. & ff. in hac scientia legali. Quidam (ut Azo) dixere quòd causa efficiens libri C.

cum

cum Iustin. Imperator. Alii dixerunt quòd fuit ipse Deus cuius minister fuit Iustin. & hoc not. in auth. debere. & fa. in rub. hoc probari uidetur ex eo, quia lex est inuentio & donum Dei. l. 2. ff. de legibus. Item leges fuere per ora principum diuinitus promulgatę, ut l. 2. C. de uet. iur. enuc. & l. fi. C. de pręsc. longi temp. & hoc tenebat antiquus doc. Ia. de Ranignei Lotoringus glossator uester Accur. breuiter se expediuit, dicens una cum Azone quòd causa efficiens fuit Imperator Iustin. ut not. in rub. ff. de iureiur. Tertii quidam nituntur conciliare, dicentes ꝙ causa efficiens potest considerari tripliciter. s. prima, remota, magis remota. Causa efficiens proxima primi uoluminis. C. Iust. fuerunt illi decē illustres compilatores qui numerantur in 1. & 2. cōsti. Cod. scilicet Ioannes, Leontius, Phocas, Basilides, Thomas, Tribunianus, Constantinus, Theophilus, Dioscorus & Præsentinus. Isti commissione domini Iustiniani compilauerunt primum C. Iustinia. commissio eis data patet in prima constitutione Codic. Confirmatio uerò d. Codic. ab illis compilati patet in 2. constitut. illius uoluminis. Causa uerò efficiens proxima Cod. emendati. i. Codicis repetitæ prælectionis, quem hodie habemus, fuerunt quinque illustres uiri ab eodem Iustiniano electi, scilicet Tribunianus, Dorotheus, Mema, Constantinus, & Ioannes, ut patet in constitutione quę incipit cordi. C. de emend. iust. Cod. Causa efficiens remota fuit Iustianus Imperator, cuius autoritate cōpilatio facta fuit, & qui post compilationem confirmauit, ut patet in d. prima constitu. & secunda & tertia, & in lege secunda const. omnia enim. C. de uet. iur. enuc. Iste Iustinianus Imperator fuit 14. in Oriente. Cuccurrerunt ab urbe condita usque ad tempora sui imperii, secundum computationem

Triplex causa efficiens.

quam

quam puto ueriorem mille & quadringenti pene anni, ut exprimitur in lege. 1. §. cunque hæc materia. & 2. in prin. uersic. erat enim mirabile. C. de uet. iur. enu. Ab urbe uero condita usque ad aduentum Christi cucurrerunt anni septingenti quinquaginta, ut patet in chronicis quas ueriores puto. Ab aduentu uero Christi usque ad tempora imperii Iust. prædicti cucurrerunt an. sexcenti quadraginta septem uel circa, assumpsit Imperium præfatur Iusti. die Aprilis, an. domini nostri Iesu Christi. D C V I I. indictio. 5. ut probatur in auth. ut præpo. nomen Imp. §. si qua uero & ibi not. iuncta data qua in 2. & 3. constit. C. & l. 2. de uet iur. enu. si recte inspiciatur. Imperauit autem annis 39. fuit iste Iustin. positus in catalogo sanctorum ut refert Bar. in 1. rub. C. & in proœ. ff. uer. super prima rub. Cæterum insignis doc. dominus Ioan. Fabri Aquitanicus, super rub. proœ. insti. dicit se uidisse nomen. Iusti. scriptum in catalogo sanctorum calendis Aug. Gennadinus etiam qui prosecutus fuit libellum Hier. de uiris illustribus ecclesiasticis ponitur Iustin. inter illos. Quod ad sacras leges attinet, notandum quod Iustin. Imperator in primordio sui imperii commisit præfatis 10. Illustribus uiris, ut uisis antiquis Codicibus Gregoriano, Hermogeniano & Theodosiano, multis constitutionibus extrauagantibus à Theodosio, imperatore & successoribus factis nouum Cod. Iustinian. ederent: & hoc patet in prima consti. C. sub rubri. de nouo co. facien. & colligitur ex constitutione 3. quæ incipit cordi ibi, primordio nostro. Supradicti 10. illustres compilatores Cod. Iusti. ediderunt illum anno 3. imperii domini Iustinian. tempore consulatus Decii, an. do. nostri Iesu Christi D C X L I X. inditio. septima. Et eo an. 5. idus April. id est, 9. die

Decem compilatores Codicis.

die April.dominus Iusti.illum Codicem confirmauit,ut probatur in tit. C.de iust.Cod. confir.in fin. constitutionis ibi posito,iunctis his quæ præmissa sunt.Post hæc Iustin.imperator uertens animum ad enucleanda infinita & immensa prudentiæ ueteris uolumina,cōmisit sex illustribus uiris,uidelicet Tribuniano,Constantino,Theophilo, Dorotheo, Anatolio & Cratino, ut una cum aliis xj. doctissimis uiris excellentissimis causarum patronis apud partes Orientales, uidelicet Stephano, Menna, Prodocio,Entalino,Timotheo, Leonide, Leontio, Platone,Iacobo, Constantino & Ioanne legerent immensa prudentiæ ueteris uolumina, & sub compendio redigerent in unum Codicem distinguendum in quinquaginta libros, communem Romanam sanctionem continentes, quæ ab urbe condita & ab Romuleis descendit temporibus, iam confusam per tanti temporis lapsum,& tot uentorum dispersa uolumina,uno Codice indita ostenderent, fuitque his data à Iustiniano amplissima autoritas corrigendi ac diminuendi,ut probatur in l. i. C. de iu. au.Tandem iste Tribunianus magister huius operis legitimi una cum aliis sexdecim prenominatis compilarunt, enuclearunt ex immensis patrum uoluminibus pandectas & digesta,uidelicet quinquaginta libros digest.quos habemus.quod opus uelut sacratissimum templum consecratum dominus Iusti. approbauit & confirmauit anno viii.sui Imperii,& iii.consulatus sui anno domini dcliiii.indict.xii.iii. cal.Ianua. i.penul.die decembris,ut ipse Iustin.attestatur in l. per.C.de uet.iur. enuc.col.ult.§.leges autem.Hic notandum ꝙ ideò semper Tribunianus præfuit, ut magister legitimo operi prædicto,tum qui ultra legum peritiam,experientia rerum decoratus erat,tum quia antiquæ sapientię librorum copiam

Quo tēpore, C. compilatus est.

piam ipse maxime prębuit, in quibus multi fuerunt etiam ipsius eruditissimis hominibus incogniti, ut dicit tex. in d. §. iii. præsenti autem. Estque hic singulariter aduertendum ad unum quòd dicta antiquitas commentatorum iuris nostri ignorauit ꝙ continebant dicta ueterum immensa uolumina penè tricies centena millia uersuum, & duo millia librorum, ut d. l. ii. & in proœ. institut. & ff. ueteris. Digesta noua quæ hodie habemus iuris enucleati, cōtinent penè. cl. millia uersuum. & 50. libros, ut d. l. ii. & in aliis locis præal. Vellent scire quidam hoc dictum. Accursius glossator qui omne uerbum digest. glossauit, illud exponit uersum, id est legum seu paragraphorum aut responsorum, quasi senserit quod hodie digest. quæ habemus contineant cl. millia legum uel paragraphorum uel responsorum. Aduerte quia Accur. noster qui affirmauit se succurrtisse tenebris ciuilis, ut dicit in l. facta. §. si in dāda. ff. ad Treb. in hoc passu adduxit tenebras. hoc tibi demonstrabo ad oculum, uolui aliàs numerare omnes leges dig. quæ habemus, uidelicet ff. ueteris, infortiati, & ff. noui. Comperique in ff. ueteri sunt duo milia non ingentæ decem & octo. In infortiato sunt duo milia ducentæ triginta quatuor. In ff. nouo duo milia noningentæ octoginta tres. Et in summa leges digest. uidelicet omnium quinquaginta librorū sunt viii. M. cxxxv. Vnde patet manifestissimè ꝙ Accurs. noster in hoc dormitauit, puto non aduertens. & incautè glossam super hoc faciens. Cogitabam aliàs ꝙ exponi debuisset uersuum, id est linearum, feci periculum & numerum literarum ff. ueteris, infortiati, & ff. noui: reperi hoc esse uerissimum: nam secundum computum meorum textuū reperi ff. uetus constare ex quinquaginta milibus uersuum. i. linearum. Infortiatum cōstat ex 39. mili

Numerus legū

milibus & quingentis uiginti lineis. ff. uerò nouum ex quadragintaquatuor milibus linearum. Vnde ipsum omnes quinquaginta digestorum lib. constan. secundum uolumina mea ex cxxxix. milibus uersuum, id est linearum & quingentis uiginti. Opinor quòd si quis computaret numerum linearum pandectarum quæ sunt Florentiæ quod facile fieret per numerationem quinternorum & numerum chartarum, & per lineas unius lateris inueniret illas constare ex centum quinquaginta penè millibus uersuum, id est linearum: ad hoc neminem reperi ante hac aduertisse. Sed accuratius inuestigando quære à te quid vult dicere tex. dum dicit quòd olim erant tricies centena milia versuum, hodie verò centum quinquaginta? Disceres fortasse quòd olim erant trecentena id est trecenta milia versuum, hodie uerò centum quinquaginta. Cogita quid dicas, nam cùm olim essent duo millia librorum, hodie uerò quinquaginta libri, & sic fit quadragesima pars respectiuè ad computum librorum, ergo respectiuè ad numerum uersuum erit dimidia pars, & ideo expone tricies id est triginties, sicut uiciet id est uiginties: nam sciendum quòd omnia quæ sunt suprà cùm centum syncopantur, ut terceni id tercentum, duceni, id est ducenti, quadrigeni, id est quadrigenti, intra centum uerò non syncopantur, ut quinquies, septies, decies, centies, ducenties, trecenties, millies, decies millies, uicies milles, & ita deinceps. Cæterum ita reperi exposita illa uerba tricies & uicies à Prisciano in opusculo de numeris. Similiter exponit eloquentissimus uir Lauren. Valen. Romanus in libro tertio de eleg. lingnæ Latinæ, sub rubr. de numeris. Olim ergo erant tricies centena millia uersuum

Tricies centena millia uersuũ.

ſuum, hodie centum quinquaginta milia, & conſequenter ex xx. partibus una eſt compendium digeſtorum, quæ habemus quo ad linearum nume rum quod ſingulariter notabis, quia non re peri hoc expoſitum ab aliquo iuriſta de quo pluri mum miror.

His incidenter intermixtis quæ non ſunt extra rem, ſed ex re, ut not. in lege prima, ſuper uerbo be ne. ff. ſi certum petatur. Reſpondeo ad rem, & di co quòd Iuſtinianus cum edidiſſet codicem Iuſti nianum & deinde digeſta, ut prædixi, componi fecit Inſtitutiones quas habemus à Tribuniano, Theophilo, & Dorotheo, ex inſtitutionibus uete rum, & commiſit inſeri in illo libro Inſtitutionum ea quæ per conſtitutiones Iuſtiniani emendata eſ ſet, & ita factum eſt. Fuit autem conſummata dicta ordinatio Romani iuris tribus annis, ut di ctá lege ſecunda. §. omnia igitur. Poſt hæc ad unum aduertens Iuſtinian. quòd anno III. ſui Imperii ediderat codicem, & demum digeſta & inſtitutiones anno VIII. ſui Imperii, ut prædi ctum eſt, eundem codicem quem fecerat primo componi a decem illuſtribus uiris prænominatis, fecit relegi, & iterum edidit propter aliquas con ſtitutiones de nouo factas ſuper quinquaginta de ciſiones quas iuſſit inſeri. Et hanc ſecundam editio nem C. quæ dicitur repetita præfectio, commiſit quinque illuſtribus uiris: uidelicet Tribuniano, Dorotheo, Menne, Conſtantino, & Ioanni, & fa cta fuit dicta ſecunda editio id eſt codex emenda tus domini Iuſtinian. repetitæ prælectionis quem *Codex emendatus.* habemus. item confirmatus à Iuſtinian. prædicto imperii ſui, an. x. & tempore ſui quarti conſulatus, & etiam Paulini, anno Domini CCCCCCLVI. indictione 14. 4. Calend. Ianua. id eſt XXVIII. die Decemb.

Decembr. ut probatur C. de emendando iust. cod. in constitutione cordi. iunctis præmissis. Et hunc C. iussit appellari C. domini Iustiniani, repetitę prælectionis, ut dicta constitutione cordi. Et ita dicta est prima rubri. C. Ideo autem dicitur codex repetitæ prælectionis, nam apud ueteres quando post primam editionem fiebat secunda editio, appellabatur à ueteribus repetita prælectio, ut colligitur ex libris Vlpian. ad Sabinum, & exprimitur in dicta constitutione cordi uer. in antiquis etenim. Et ideo dicitur repetitæ prælectionis, id est secundę editionis, quia præcedens lectio, id est prima editio fuit repetita. Protestatus etiam fuit Iustinianus quòd si postea nouas constitutiones ipsum facere contingeret, illas congregabit in libros qui appellabitur liber nouellarum constitutionum, ut patet in eadem constitutione uer. hoc etenim. Suadente postea uaria rerum natura Iustinianus multas constitutiones nouas, fecit, numero centum uel circa, quas hodie insertas habemus in lib. auth. quæ factæ fuerunt ab eo (ut opinor) anno 11. sui imperii, anno Domini nostri Iesu Christi CCCCCCLVII. indictione 15. ut colligitur ex tex. in auth. ut præp. nomen Impera. §. si quæ uerò. iunctis aliis præmissis. Hoc notandum quòd ex eo quod Imperator (ut paulò ante dicebatur) dixerat quòd appellaret librum nouellarum constitut. scilicet quem postea ederet quòd Irnerius dicebat librum auth. quem habemus non fuisse Iustinian. quia non appellatur nouellarum, sed authentic. adducebat Irnerius rationes quas ponit gloss. in dicta constitutione cordi. super uerbo, congregationes, & idem dicebat Placentinus, ut refert Bald. in l. humanum. C. de le. Io. uerò antiquus glossator dicebat contrarium per tex. in d. constitutione cordi, scilicet ꝙ li *Liber auth.*

ber authenticorum fuit Iustiniani, & cum hoc transire uidetur gloss. ibi, & in d. l. humanum. C. de legi. & Bald. in d. l. Cor. & Cynus & Bald. in d. l. humanum. Et ita tenendo proculdubio, patet ex suprascriptionibus cuiusque titul. & ex data in multis titulis, & nomine ipsum in titul. ut præponatur nomen Imperatoris & in titul. ut iudices sine quoquo suffragio. & in titul. iusiurandum quod præstatur ab his, & miror quòd de hoc aliquis unquam dubitauerit. Ratio tamen dubitandi potuit ori ex eo, quia fertur reperiri quendam librum qui dicitur liber nouellarum, quem dicunt continere easdem constitutiones quas continet lib. authentic. licet in aliquibus sit uarians de quo libro nouellarum mentionem facit gloss. in authentic. hoc amplius. C. de fideicommiss. & doctores in authentic. res quæ. C. commun. de legat. vnde egregius commentat. Albericus de Rosate Bergomensis quem refert dominus Raphael. Fulgos. in authentic. hoc amplius. C. de fideicommiss. dicit, quòd liber authentic. quem habemus excerptus sit ex libro nouellarum, ut compendiosior fieret. Vnde dicit, quòd liber nouellarum erat multum prolixus, dicit dominus Raphael. se nunquam uidisse dictum librum nouellarum dominus Paulus de Castro in dicta authentic. hoc amplius. dicit, quòd quilibet nouellarum fuit extractus de lib. authent. per breuiora uerba & magis apta. Item dominus Panormitanus in dicta authentica res quæ, dicit non esse standum illi text. nouellarum quando textui authentic. contradicit, quia de fide illius operis dubitatur. Baldus etiam in dicta authentic. hoc amplius, dicit quòd præualet titul. authentic. eo quòd ille liber nouellarum non le

gitur

gitur in scholis. Sed ibi reliquit nos incertos, quis liber corrigat alium vel liber nouel. uel liber auth. Ego semper credidi & semper credam (do nec constet de contrario) quòd liber nouel. tan quam de cuius fide dubitatur, & qui per studia vniuersalia non uersatur, sit respuendus, & quòd lib. authent. sit liber constitutionum à Iustiniano editus, & ideo illum glossauit Accur. & etiam super illo fecit summam Io.Basianus Cremonensis & Azo. & illum studia receperunt, & plerique illustres commentatores commentauerunt, ut Iacobus de Beluisio, Bartol & Ang. nec obst. lege humanum. C. de leg. nam illa lege fuit Imperatoris Valentini, non Iustiniani, ut patet ex suprascriptione, ideo gloss. ibi somniauit. Nec curandum de uarietate styli, quòd non ipse, sed illi de quibus committebat componebant, qui erant alii ab ipsis præmissis compositoribus codicis. Adde prædictis quòd egregius doctor. Odofred. in authent. cassa, C.de sacrosanct. eccles. sic ait: Vnum sciatis quòd authenticum quod fuit compositum à Iustiniano, habet nouam collationes. Postea quando uenit Federi. minor, misit has constitutiones ad ciuitatem istam, scilicet Bon. ut doc. legum adaptarent eas singulis legibus sub congruentibus titul. Doctor. conuenerunt in Sancto Petro, & adaptauerunt. Postea quid fecerunt? domi. Vgo. post nonam collationem posuit librum feudorum, & omnes constitut. Federic. antiqui & minoris, & aliquas leges Corradi Imperatoris, & uocatur decima collatio, licet pauci sunt qui habeant ita ordinatum in libris suis. Odofr. hæc refert, & eum sequitur Baldus in præludiis feud. in uersiculo porrò aduertant ignorantes, & moderant sibi labia reprehensores ueritatis, quia ego uidi

Decima collatio

Odofr. ita dicentem. Aduertat etiam nouitius, quòd ante authenticas quæ sunt insertæ C. solet esse scriptum constitut. no. id est constitutio noua. Patet ergo ex prædictis quo tempore fuerit factus lib. authentic. & qualiter fuerit factus à Iustiniano. Item authentic. quæ sunt in C. fuerunt insertæ de mandato Federic. secundi qui regnabat anno Domini M C C X V. tempore Honorii tertii, item & tempore Gregorii noni, qui Gregor. IX. decessit anno Domini M C C X L I. de mense Iulii, & deinde regnauit ipse Innoc. 4. qui fuit assumptus anno Domini M CC X L I I I I. die j. mensis Iulii, ut attestatur Rofre. in libellis iuris canon. in titulo ne sede uacant. & Ioannes Andr. eodem titulo in additio. Iste Innoc. 4. Federic. ecclesiam persequentem deposuit, & imperiali dignitate priuauit anno Domini M C C X L I I I I. in concilio Lugdunensi, de qua dispositione habetur in capitulo ad apostolicæ. de re iudic. lib. 6. Est etiam notandum quòd cum multa bella fuissent inter imperium & quasdam ciuitates Lombardiæ tempore Henrici V I. & deinde Federici secundi minoris. Iste Federicus secundus fecit pacem cum dictis Lombardis in ciuitate Constantiæ, quæ pacis capitula habentur pro lege & allegantur a doctor. in lege imperium, ff. de iurisdictione omnium iudic. & alibi Bald. super dicta pace in uersiculo uolumus, dicit ipsam per legem allegari, & consueuit allegari hoc modo, ut in extrauaganti de pace Constantiæ, quam glossauit & commentauit Odofr. deinde Bald. etiam solenniter commentauit reperto in archiuo Bononiensi apparere dictam pacem registratam & dicitur conclusam, anno Domini M C C L X X I I I I. inditio. I. anno d. xxij. sui im

De pace Constantiæ facta.

perii

perii, regni uerò anno xxxii. 7. Calend. Iulii. Hæc ideo feci te scribere, quia Baldus in fin. dicti commenti dicit istam pacem fuisse factam post depositionem Federici, & tamen concludit pro lege debere seruari, ut ibi uidendum. Ista pax deberet esse situata in fin. lib. seu post alias constitutiones eiusdem Federici secundi in illo libro insertas. Vidisti quod lib. authent. est diuisus magistraliter in 9. collationes, & post ea superuenit lib. feud. quem decimam collationem uocamus, ut suprà dicebat Odofr. & Bartol. ponit Bart. super rubr. extrauagantis, ad reprimendum. Deinde factæ fuerunt constitutiones ad reprimendum, & constitutiones, quoniam nuper ab imperatore Henrico septimo, anno Domini nostri Iesu Christi MCCCVIII. quas Bartol. super rubric. appellat vndecimam colum. & glossauit illas tempore Caroli 4. seu Ludouici cùm fuisset donatus pluribus insignibus & priuilegiis à præfato Henrico, & dicta Bart. super dictis extrauagantibus puto maioris autoritatis aliquibus aliis dictis eiusdem alibi: quia magis digestæ edidit tanquam gloss. *Constitutio ad reprimendum.*
Sed dicet aliquis, quomodo tibi constat de tempore approbationis. C. digestorum institutionum & compilationis authenticorum, & aliorum prędictorum, quo anno Domini, quo anno Imperii domini Iustiniani hæc acta sunt, quo consulatu, & qua indictione? Respondeo quòd hæc collegi ex numeratione annorum ab urbe condita ad tempora imperii Iustiniani: Item ab urbe condita ad aduentum Christi. Item ab aduentu Christi ad tempora Iustiniani. Item ex data quæ ponitur in secunda constitutione, & in tertia constitutione uoluminis C. & in l. ii. C. de ueter. iu. enucle. & ex tempore aperte posito in authe.

ut præponatur. & ex computatione chronicarum. Item dicet aliquis, Tu notas tempora consulatus domini Iustiniani Imperatoris. Si Imperator quomodo consul. Si consul quomodo Imperator? Respondeo qꝑ Imperator aliquando assumebat sibi consulatum ut quidam extraneus, & hoc erat quando sibi placebat, ut est textus in auth. de consulibus. §. fin. ibi, adnenit autem cùm ipse annuerit, & not. gloss. in proœm. di gestorum, in fin. gloss. Iterum dicet aliquis, tu dicis quod Romana sanctio fuit triennio cōsummata ut d. §. omni. imò uidetur quòd quinque anni sunt lapsi, nam codex primus fuit factus tertio anno imperii domini Iustin. liber uerò ffforum. an. viii. ut suprà est dictum. Glos. aduertens ad hæc in secunda constitutione C. §. fi. super uerbo optime dicit quòd aliqui opinantur quòd duo anni fuerunt interpositi post compositionem primi codicis ante inchoationem ffforum. Alii uero opinantur quod immediate post compositionem C. fuerit inchoata compositio ffforum, & cum triennio consummata esset, biennio fuit super sessum antequam publicaretur. Huius rei non habetur certitudo. Credo ergo quòd uoluminis causa magis remota fuit ipse Deus à quo lex & omnis scientia, ut suprà dicebatur. Sequeretur uidere quæ fuerit causa materialis legalis sapientiæ. Azo. super hoc in summa. C. in prin. multa uerba dicit actiter obscurè loquens, ad cuius dicta in hoc omnes refugiunt, uerum quia aliqui mordent dicta in hoc omnes refugiunt, uerum quia aliqui mordent dicta Azo. si uolueritis ista uidere, uidete per Bar. in proœ. ff. præsertim in lect. antiquis: quæ dicuntur lect. Padua. Videte etiam Bald. ibid. & in l. 1. ff. de iusti. & iure, & per Io. Fab. in proœ. inst. Tertiò

Causa materialis legũ (margin)

tiò uidendũ esset quæ sit causa formalis lib. iuris ciuilis. Doct. consueuerunt dicere quòd duplex ex causa formalis: nam ex parte tractatus est diuisio operis in libros librorum iu titulo titulorum,leges legum, in §§. §orum, in uersiculo opus enim constitutionum imperialium, de quibus suprà dictum est,in 12. libros digestum est,& conclusum,ut dicit tex.in l.2.in 2. co.uers.omnia.C.de ue.iu.enu. Horum 12. librorum nouem sunt insert uolu.codicis quem habemus:tres uerò reliqui sunt insetti in libro qui appellatur uolumen. Constat autem totum ius constitutionum & decisionum imperialium esse distinctum in dictos duodecim lib.in rub. CCCXLVIII.leges quatuor millia quingentos sexaginta duas.Codex uerò quem habemus, habet rub.CCCXXXI. leges uerò tria millia & sexcentas 8.Illi uerò tres libri codicis de quibus in uolumine habent CCXXVII.rub.leges uerò nongentas 54.ff.uetus habet rub.clii.leges uerò duo millia nongentas 28.Infortiatum habet rub.101. leges uerò duo millia ducentas trigintaquatuor, Digestum nouum habet rubr. CLXXII. leges uero duo millia nongentas octogintatres.Summa rub. ff. CCCCXXXIIII. leges. ff. octo millia centumtriginta quinq;. rub. Inst. xcix.non cõputato procœmio.rub. xcix. rub.feudorũ lxxxij. §. c.feudorũ, quæ habẽtur. CXXXII. Summa legum.ff.8155.legum uerò C. 12.libr.quatuormilia quingentas sexagintaduas.

Summa omnium legum. ff. C. & uoluminis ponendo quemlibet titulum Institutionum & authentic.pro una lego 13. millia. 27. & istud est mare per quod nauigas. Causa formalis ex parte tractandi idem est quod modus agendi, qui multiplex est diuisionis ordinis & exemplorum positionis, & regularum traditionis, ut per Azo. lo *Causa finalis.*

co

co præalleg. Quartò loco esse uidendum quæ sit causa finalis, & super hoc dicas, ut per Azo. loco præalleg. & doctor. in dicto procem. ff. uete. Quintò loco esset uidendum cui parti Philoso phiæ supponatur iuris scientia, & dicendum est quàm ethicæ idem morali Philoso phiæ. Tractat enim de moribus, ut dicit text. in lege prima, ff. de iusti. & iure. Reliqua considerate per uos, & studio inui giletis, vt tandem consequamini quod commuuiter optamus, quod uobis concedat Altissi mus Deus, Amen.

FINIS.

REGISTRVM

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn.

Fol. N°. 60.

VENETIIS,

APVD MICHAELEM

BONELLVM.

MDLXXV.

REGISTRVM

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn.

Foliũ, ca.

VENETIIS,

APVD MICHAELEM BONELLVM.

M D LXXV.


QVOQVE MOVE CVM MINERVA MANVM
Z M
B.V.

